This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UC-NRLF
$B 65 318


LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LET THERE BE LIGHT
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
ORGANIZED 1868
JANE K. SATHER
LIBRARY FUND.
ACCESSION 770K
1841
CLASS v. 2

UNIV. OF
CALIFORNIA

Q. HORATII FLACCI EPISTOLAS

COMMENTARIIS UBERRIMIS INSTRUCTAS

EDIDIT

S. OBBARIUS.

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

EPISTOLAM OCTAVAM USQUE AD VICESIMAM

CUM COMMENTARIIS

S. OBBARII.

LIPSIAE,

SUMPTUS FECIT GEORGIUS WIGANDUS.

MDCCCXLVII.

QUINTI HORATII FLACCI

OF CALIFORNIA

EPISTOLAS

COMMENTARIIS UBERRIMIS INSTRUCTAS

EDIDIT

S. OBBARIUS.

FASCICULUS SEPTIMUS

ET TOTIUS OPERIS POSTREMUS

CONTINENS

EPISTOLAS XVII. — XX.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LIPSIAE,

SUMPTUS FECIT GEORGIUS WIGANDUS.

MDCCCXLVII.

UNIV. OF
CALIFORNIA

780K
1841
v.2

GATTIKER

157122

PA6393
E2
1841
v.2
MAIN

UNIV. OF
CALIFORNIA

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA VIII.

AD CELSUM ALBINOVANUM.

Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano
Musa rogata refer, comiti scribaeque Neronis.
Si quaeret quid agam, dic multa et pulchra minantem

V. 1. *Ad Celsum Albinovanum.* Ms. Dess. 2. Lips. 2. Berol. 2. Monac. c. l. Edd. Ald. Junt. Glar. Lamb. et vulg. *Ad Albinovanum Celsum.* Porphyr. ad v. 1. *Ad Celsum Albinovanum Comitem Neronis.* Ms. Jk. 1. Graev. Lips. 3. cod. Mentel. *Celso Albinovano.* Ms. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. 98. 502. 16. Loch. 498. Asc. 519. *Quintus Horatius Flaccus Celso Albinovano S.* Ms. Gott. 2. Santen. (sed hic omissa litera *S.*) Edd. Ven. 479. 81. 520. — *gaudere bene.* Ms. Mon. g. — V. 2. *refert — scribique.* Ms. Mon. l. — V. 3. *Si quaeret.* Mss. et edd. vulg. *quaerit.* Mss. alq. Cruq. um. Fabr. vid. 10, 24. Comb. B. C. D. G. Fe. 1, c. (a 2. m.) o. 2, e. 6, a. (a 2. m.) d. Orell. bc. Gott. 1. (corr. in *e*) Mon. a. e. d. f. g. m.* Ed. princ. ap. Comb. et Fe. *quaerat.* Mss. alq. Cruq. Alt. ap. Haberf. Mon. e. Ed. Chab. — De variante scriptura *quaerit* et — *ret* dixit Bentl. ad Od. 3, 24, 27. — *agam? dic.* Edd. Oberl. Praedic. — *pulcra et multa.* Ms. Guelf. 2. Mon. g. (*chra*). *multa et plura,* sed corr. in *pulchra.* Ms. Mon. c. *plura et multa.* Ms. Mon. e. (Schol. *pulchra*). *multa ac pulchra.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh. Sic et scripsit Cuning. Sat. 2, 3, 9. At qui hanc utriusque linguae consuetudinem in exemplis a Cortio ad Lucan. 1, 637., a Kritzio ad Sall. Jug. 102, 10., ab

* Ad mss. Monac. sex in hoc fasciculo accessit collatio ceterorum mss. Horat., quam nobiscum benigne communicavit doctissimus *Hocheder.*

Vivere nec recte nec suaviter; haud quia grando
Contuderit vitis oleamque momorderit aestus,
Nec quia longinquis armentum aegrotet in agris;
Sed quia mente minus validus quam corpore toto

Handio in Turs. II. p. 475 allatis conspicuam recte enodaverit, facile sibi persuadebit, voculam *ac* pro *et* ne bene quidem admitti. — *pulchra animantem.* Ed. Praedicov.

V. 4. 5. *non recte.* Ms. un. Bersm. Fe. 3, f. Dess. 2. — *haut.* Sic quidem mss. Lips. 1. 2. Berol. 1. Mon. c. — V. 5. *contulerit.* Ms. Guelf. 2. *constuderit* corr. in *concuderit* (tud.?!) ms. Mon. g. — *oleamque.* Mss. al. et nostr. paucis except. una cum edd. vulg. etiam Camp. Pott. Jahn. (qui def.) Schm. Braunh. Meinek. Orell. *oleamve.* Ms. Bentl. 6. Fea de suis tacet, quanquam recepit *ve*, quapropter suspicari licet, omnes vel plurimos ejus libros habere *que*, Jk. 5. 6. et ut videntur mss. C. D. ap. Oberl. itemque Mon. a. b. Edd. Bentl. (qui def.) Baxt. Maitt. Cun. San. Merv. Jon. Sandb. Franc. Bask. Val. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Zeun. Wetz. Haberf. Daru. Fe. Jk. Both. Doer. Zell. Hoched. Charpent. Bipont. 828. et Amar 838. Jam ante Bentlejum hanc scr. aliquot interpp. probatam esse indicat Cuningam. ad h. l. Obsecutus auctoritati libr. mss. sum; huc accedit, quod particulam *que* usurpatam videmus, ubi exspectaveris *ve*, hic autem *vites* et *oleae* conjunctim opponuntur *armentis.* Vid. Jahn. ad Sat. 2, 3, 157. ad Virg. Ge. 1, 441. Lübk. ad Od. 3, 2, 16. Dillenburg. Qu. Hor. p. 102. Hand. ad Stat. Silv. 1, 2, 160. Wagn. Qu. Virg. XXXIV. et de confusione utriusque partic. ad 10, 18. Exempla utriusque rei cogitatione conjunctae suppeditantur infra in Comment. Quapropter errat magnus Bentlejus, quum talia jacit: „Quid? an uno eodemque tempore et *grando vitibus* nocet et *aestus oleae*“ ?

V. 6. *in agris.* Mss. aliorum et nostri paene omn. Edd. Vascosan. Lamb. Cruq. (qui def.) Xyl. Min. Bersm. Talb. (qui def.) Bentl. Baxt. Cun. (in textis quidem *arvis*, sed invito auctore) Jon. Sandb. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Zeun. Dorigh. Wakef. Wetz. Hunt. Fe. Jk. Both. Pott. Doer. Jahn. Zell. Schm. Hoched. Web. Pass. Braunh. Meinek. Orell. et Bip. 828. *arvis.* Ms. Cruq. 6. unus aut alter ap. Torr. (nam septem codd. dicit *agris* habere) Bersm. ut videt. un. et cod. Mentel. Gott. 2. Berol. 2. Mon. c. m. Rudolst. (cum gl. *agris*) alq. ap. Lamb. Fe. et Valart. Edd. vett. etiam Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Ven. 520. Glar. Muret. Fabr. Bas. 580. Pulm. Biedm. Piscat. Torr. Chab. D. Heins. Tan. Fab. Rodell. Despr. Zurck. Burm. Tarter. Dac. Maitt. Merv. Bask. Phil. Franc. Val. Daru. Praedic. Camp. Charp. Amar. al. De confusis vv. *agr.* et *arv.* vide quos laudat Fea ad Epod. 2, 18. et cf. Cort. ad Lucan. 1, 224. Heyn. ad Virg. Ge. 3, 249. Jahn. et Bach. ad Ovid. Met. 15, 100., comprobat *agris* Burmannus quoque in Diss. de Vectig. P. R. c. 4. p. 961 (Polen. Thes.). Res in promptu est, vid. Doederl. Syn. III. p. 8 et Hertzberg. in Seebod. „Archiv“ 1839. V. 3. p. 419. — *aegrotat.* Ms. Guelf. 2.

V. 7—10. *pectore.* Ms. Jk. 5. De commutatis vv. *pect.* et *corp.* vid. Bentl. ad Sat. 1, 3, 34. Bach. et Huschk.

Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum;
Fidis offendar medicis, irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno; 10
Quae nocuere sequar, fugiam quae profore credam;
Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam.

ad Tib. 3, 4, 81. Observa autem, hic deficere nostrum Graevianum, quod de suo pariter annotavit Bentlejus et de ms. A. Combius, usque ad 2, 2, 20. Cf. annot. ad 3, 32. p. 197. — V. 8. *nec discere.* Ms. Guelf. 4. (*discere* ms. Lips. 1. a 1. m.) *nec discere.* Ms. Bad. 1. Mon. e. [Cf. Od. 1, 17, 19. Epist. 1, 1, 48] Hic versus a 2. manu ascriptus est in ms. Lips. 2. — V. 9. *Fid. irascar med. offendar am.* Ms. Guelf. 4. — V. 10. *Quod me.* Ms. Guelf. 2. *Cur miki.* Ms. Mon. b. *Qui me.* Ed. Praedic. *Cum me.* Conjecit Z. Pearce in Seeb. Bibl. crit. 1820 p. 861. — *properant.* Mss. Fe. 1, r. t. (a 2. m.) 2, c. e. (a 1. m.) — *urgere.* Ms. Comb. G. Fe. 1, t. 2, c. e. (a 1. m.) Lips. 2. (sed suprascr. *arcere*) cod. Mentel. Ed. princ. ap. Comb. — *veterno?* Sic dist. edd. Lips. 516. Baxt. Jon. Gesn. Oberl. Comb. Zeun. Bad. Wieland. Jaeck. „Sentio", inquit Baxterus, „cum Stephano hunc versum cum interrogatione proferendum: est enim Ethopoeia offensi et impatientia laborantis." At quum haec distinctio, tum illae conjecturae ex male intellecta particula *Cur* ortae videntur. Errant quoque, qui post *veterno* punctum ponunt, ut Cuning., Wakef., alii; ad verba enim quae sequuntur *sequar, fugiam, amem* particula *quia* cogitando repetenda est; conf. *Janius* et *Orellius* ad Od. 4, 9, 41.

V. 11. 12. *credant.* Ms. un. ap. Valart. — V. 12. *amo.* Ms. Fe. 1, g. Santen. — *ventosum.* Mss. Fe. 1, t (a 1. m.) 6, b. d. *venturus.* Ms. Cruq. 1. Bentl. 2. 4. 6. Fe. 2, d. 3, f. Jk. 1 complur., ap. Pott. (praeter mss. 7. 8. 9. 10. 13. 15., qui in scr. vulg. a Scholiasta quoque Cruquii comprobata acquiescunt) un. ap. Barth. Adv. 37, 22. et cod. Mentel. Hanc scripturam explicat Bentlejus, quem vide et conf. Jahn. et Schmid. *Romae Tibur amem nive, at aestu Tibure Romam?* Ita conjecit Burges, vid. Seebod. „Krit. Bibl." 1822 p. 1153. Quo monstro num absurdius quid excogitari possit valde dubito. Versum de terminatione *e* pro *i* usurpata laudat Servius ad Virg. Aen. 4, 224. De eadem dixere Rudd. II. p. 271. Hoffm. in Jahn. „Jahrbb. f. Phil. u. Paed. 1828. II. 1. p. 20, Klotz. in Zimmerm. „Zeitschrift" etc. 1835. p. 737. Praeterea observandum est, complures libr. mss., ut Cruquianos, Berol. 1. Dess. 2. Lips. 2. 3. post *amem* habere distinctionem, quam neque improbat et mira quadam ratione explicat Cruquius. Eandem distinctionem servant edd. vett. ut Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Ald. 501. Junt. 514. 19. Bas. 580. al. et e recentioribus San. Fe. Jk. Zell. Hoched. Quum Epitheton ad utramque rem referendum videretur, distinxerunt *amem, ventosus, Tib.* Bentl. Cun. Merv. Bask. Franc. Haberf. Wetz. Hunt. Daru. Contra Schmidius meus omnem sustulit distinctionem, quam post *ventosus* retinuerunt plurimi editores. Recte quidem, *ventosus* enim ad totam sententiam sese applicans dicitur ut *formasti catus* Od. 1, 10, 3. *spargas tua prodi-*

Post haec, ut valeat, quo pacto rem gerat et se,
Ut placeat juveni percontare utque cohorti.
Si dicet, „Recte“, primum gaudere, subinde
Praeceptum auriculis hoc instillare memento:
Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

gus Epist. 2, 2, 195. Vide similia ad 2, 42. p. 169. Rationem talium Adjectivorum diligenter expedivit *Jacob.* in Qu. Epic. p. 119 sqq., quocum conf. Jahn. ad Virg. Ge. 1, 477. Axt. ad Vestrit. Spur. p. 111.

V. 13—17. *ut valeat? — et se?* Sic distinx. edd. Oberl. et Wieland. — *atque* pro *et se* var. lect. ap. Minoem. — V. 14. *percontare.* Mss. tres Bersm. Orell. bc. Guelf. 3. Dess. 1. Goth. Lips. 1. 2. 3. Monac. ut vid. omn. Rudolst. Reliqui nil annotarunt. Edd. Junt. 514. 19. Ald. 519. Glar. Lamb. Pulm. Fabr. Bas. 580. al. *percunctare.* Mss. complur. Bersm. Bad. 1. Guelf. 1. 2. Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Edd. vett. Ald. 501. Cruq. Bersm. Torr. Despr. al. *perconctare.* Ms. Guelf. 4. Dess. 2. Orell. 8. Ed. Valart. Similis scribendi varietas Sat. 1, 6, 112., ubi vid. Kirchner. De vera orthographia vid. Kritz. ad Sall. Cat. 40, 2. Lindem. ad Paul. Diac. p. 568. Rupert. ad Tac. Germ. 11, 8. Dederich. ad Dict. Cret. 3, 9. p. 127. et quos laudant Schmid. ad h. l. atque Hildebr. ad Apul. Met. 1, 21. p. 62. — *utque.* Porphyr. et Schol. Cruq. in lemmate, mss. optimi ap. Lamb. Pulm. 1. 2. 4. 7. Cruq. omn. Bersm. quinque. Gul. Cant. un. (5, 20. in Grut. Lamp. crit. III. p. 633) Val. undec. Fe. 2, d. i. 5, a. e. f. Orell. et nostri (praeterq. Guelf. 3. *utique*) omn. itemque reliq. qui de suis tacent. Edd. vett. etiam Lips. 492. 98. 502. 16. Lamb. Pulm. Cruq. Fabr. al. qu. laudat Fea. *atque.* Mss. alq. Lamb. vulg. Palm. 3. 10. un. ut vid. ap. Bersm. duo ap. G. Canter. al. ap. Val. et Fe. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Ven. 520. 559. Bas. 531. Colon. 541. Glar. Muret. Victor. ap. Hoched. R. Steph. 613. Xyl. Pisc. Bersm. Rodell. Zurck. Burm. Gottschl. Dorigh. De confusione utriusque vocis vid. Kirchn. et Orell. ad Sat. 1, 4, 109. Burm. ad Val. Fl. 4, 1. Oudend. ad Apul. Met. 4, 3. p. 218. Hildebr. — *cohorti?* Sic dist. edd. Oberl. Wieland. *chorti.* Sic mss. Guelf. 2. Goth. et Lips. 1. — V. 15. *Si dicit.* Ms. Berol. 1. *Si dicat.* Ed. Wieland. — V. 17. *te nos.* Ms. Goth. — *caelse.* Ms. Gott. 2. Ed. Ven. 481. — *feramus.* Ms. Dorv. 2.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF
CALIFO

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM OCTAVAM

LIB. I.

Horatius in hac Epistola, quam scripsit ad *Celsum Albinovanum*, comitem Tiberii Neronis in Asiam a. u. 734. exercitu profecti, postquam de sua ipsius valetudine rationeque vivendi, non illa quidem prospera ac suavi, amicum fecit certiorem, ex eo quaerit, quomodo valeat, quid agat, quem locum teneat gratiae et apud patronum et apud ejus comites; quae omnia si ex sententia procedant, sibi pergrata fore ait simulque admonet Celsum, ut secum reputet, omnes de ipso aeque bene ac fortunam ferat existimaturos esse.

In hoc loco quamvis brevi observanda sunt plura. Primum interpretes imprimis veteres in hac aegra quae describitur animi conditione vel, ut utar verbis Ciceronis (Tusc. 4, 13, 30. ibiq. Klotz.) *conturbatione mentis* non ipsum Horatium vident ad tempus male affectum, sed Celsum ab Horatio in sua ipsius persona oblique perstrictum. Praeivit Scholiastes Cruquii his usus verbis: „Reprehendit Celsum morositatis et inconstantiae: ita tamen ut quae in eo carpit, in se transferat, quo reprehendat liberius.“ Conf. Acron. ad v. 7. Haec sententia, quae per aliquot saecula assensum tulit plurimorum hominum, improbata est a *Bentleio*, explosa a *Sanadono Dorighello-*

neque et his quidem temporibus praeter ceteros a *Fr. Jacobsio* (V. p. 336 sq. et p. 362.). Dubito autem, utrum magis mirer an doleam, *Dorighellonem* veris immiscuisse ridicula quaedam, quum Poetam turpi aliquo puellae vel pueri amore, quem celare studuisset, accensum et tortum opinaretur. Sed errant alii aliter, quippe qui Celsum illam reprehensionem, quam sibi errore opinionis in Epist. 1, 3, 15. fingunt, aegre tulisse opinentur, quapropter Poetam vafrum, eumque circum praecordia ludentem, verbis quidem: *fidis offendar medicis* etc. Celsum obstinationis atque jactantiae tecte coarguisse dicunt. In hoc interpretum numero est *Wielandius*. Quid de ista reprehensione sentiendum sit, diximus ad illum locum p. 211., atque etiam, uti postea cognovimus, istam ibi non vident *Bianconius* l. infra l. p. 155. 177. et *Walckenaer*. in *Histoire de la vie* etc. II. p. 144. Sed ut sit, quidni Horatius liberi sermonis amantissimus hic de se ipso male affecto dixerit? An fuit tam pusilli animi et tam obscure iniqui, ut quae libere ac simpliciter efferenda essent, verborum involucris involveret animumque quadam in Celsum malevolentia suffusum verbis cautis obtegeret? Aliis quidem haec Epistola frigide scripta videtur, quoniam Horatius e re sua esse duxerit, cum juvene satis superbiente non contrahere interiorem quandam familiaritatem. Nescio autem, cur Poetam, qui quae sentiebat eloqui nunquam dubitavit, hac quidem ratione faciant callidum tergiversatorem. Sed, ut semel dicam, is error a prava vel nimis subtili, quam sibi de Satirarum scriptore finxerunt, notione profectus esse videtur. Recte igitur *Hochederus*: „Dass es unser Dichter ehrlich und gut mit ihm meinte, bewies er im dritten Briefe. Daher zweifle ich auch, ob Horaz es je der Mühe werth hielt, so viele Politik zu haben, als ihm Wieland bei dieser Gelegenheit zumuthet.“ Idem sentit *Fr. Jacobs*. V. p. 339 sq., quocum faciunt *Orellius* et *Düntzer*.*) Deinde quod nonnulli interpretes verbo *referendi* v. 2.

*) Jam quae hujus sunt fasciculi scripseram, quum mihi traditus est *Düntzeri* liber: „Kritik und Erklärung der Episteln des Horaz.“ Braunschweig, Verl. von G. E. Meyer sen. 1843. Ut in lyricis, ita in epistolis. Vir doctissimus interpretandi rationem habet suam et propriam, quae quidem subtilissima symbolice limandi rimandique ars num simplicitati veterum scriptorum conveniat, dubitarunt multi, dubito et ipse. Miror autem hominis inhumanitatem, qua is aliorum fere discrepantes sententias impugnat vel eorum explicationes eo saepe modo interpretatur, quem ne ipsi quidem auctores sibi finxerunt. De hoc loco, i. e. de

nimium inhaerentes hic eam epistolam, quam Celsus ab Horatio petierit, intelligunt, aeque incertum est atque illud, quod Celsum priorem ad Horatium literas dedisse dicunt, ut infra videbimus. Ex iis ipsis, quae disputavimus, apparebit, nos quae hac de re scripserit *Walckenaerius* (II. p. 150.) ex parte tantum comprobare; is enim: „Horace en souffrait (eo morbo laborabat, qui ab Italis hodie *tiratura* vocatur) plus que de coutume, lorsqu'il recut une lettre de Celsus Albinovanus, qui montrait que les fonctions de celui-ci auprès de Tibère, le crédit et la faveur qu'elles lui avaient acquis, avaient *enflé son orgueil et exalté ses espérances.* Horace, dans sa courte réponse, l'avertit des dangers de la prospérité qui, lorsqu'on en use mal, fait souvent perdre les amis qu'on avait, et suscite des ennemis qu'on n'avait pas.“ At quis est, qui Horatium id unum egisse pro certo affirmet?

Celsum autem eundem esse, cujus Horatius in Epist. 1, 3, 15. mentionem fecerit, plerique omnes opinantur viri docti. Unus est, quod sciam, *Weichertus*, qui in *Poet. Lat. Reliq.* p. 382. de uno eodemque homine dubitet, sed quum causam satis probabilem non addiderit, in sententia omnium communi acquiescendum arbitror. Celsus autem eodem modo quo Pedo cognominatur *Albinovanus*, ut ii ex nostratibus errent, qui „von Albinovano“ interpretati sunt. Vide quae de hoc cognomine disputant *Torrentius*, *Bianconius* (l. infra l. p. 150 sqq.), *Orellius*. Celsus igitur duo cognomina habuit, sed cave hunc Albinovanum cum *Pedone Albinovano* confundas, quod quidem accidit *Marcilio*, *Josepho Scaligero*, *Merulae* (ad Ovid. ex Pont. 4, 10.), *Dacerio*, aliis. Restat, ut aliam sententiam, quae hucusque fere latuit, enodemus. Ea est *L. Bianconii*, qui in „*Lettere sopra A. C. Celso al celebre Abate Girolamo Tiraboschi.*“ Roma MDCCLXXIX. et in „Diss. de Celsi aetate“ in edd. Celsi de medicina Lugd. Bat. 1785. et Argentor. 1806. Vol. I. Cornelium Celsum, medicum illum, pro amico Horatii (IX. p. 147.), Ovidii, Fabii Maximi (p. 160 sqq.), itemque pro comite et scriba

---

eo, quod hac Epistola spectarit Horatius, praeter alia haec disputat p. 128: „So wäre denn, die tiefliegende Idee des Gedichts diese, dass der Mensch durch die Art, wie er sich und die Welt zu nehmen weiss, sich selbst das Glück des Lebens bereitet. Fortunam cuique mores confingunt sui. Horaz ist augenblicklich unglücklich, weil ihm die Ruhe der Seele fehlt, die er sich selbst durch die offene Beurtheilung seines Zustandes wiederzugewinnen sucht.“

Tiberii (IX. p. 140. 155. X. p. 177. 183.) habet. Nolo nunc universam viri doctissimi sententiam, quam de aetate Celsi medici proposuit, in dubium vocare, sed ea tantum attingere, quae spectant ad Horatium. Cetera *Bianconium* sequitur de aetate quidem Celsi, non de ejus scriptis medicus ille celeberrimus, *M. G. Schillingius* in *Quaest. de Cornelii Celsi vita.* Part. prior. Lips. 1824. p. 19—82. et in „Allgemein. Encyclop. Hal." XVI. (v. *Celsus*) p. 24. Quodsi ille in verbis Horatii Epist. 1, 3, 17.: *Scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo*, scriptorem *artium* significatum sentit eumdemque in hac Epistola (cf. *J. L. Bianconi* — Sendschreiben über den A. Cornelius Celsus an den Abt Hieronymus Tiraboschi, aus dem Italienischen übersetzt von L***. Nebst einer Zuschrift an D. C. Chr. Krause. Leipz. b. Gleditsch 1781. p. 131 sqq.), verendum est, ne opinio ante concepta in illo loco pro poematis *artes*, ut rhetoricam, agriculturam, cognitionem rei militaris etc. ex scriniis scriptorum undique haustas viderit. Et quis est, qui in hoc loco, propterea quod rei pecuariae, agriculturae, medicinae, philosophiae mentio fiat, Celsum scriptorem artium agnoscat? In his rebus commemorandis nonne aliud quid spectavit Poeta in ipsa mala animi affectione jocosus? Quodsi *Bianconius* ex silentio, quod de Antonio Musa, aquae frigidae commendatore (Epist. 1, 15, 2 sqq.), servat Celsus, effici vult, hunc libros de medicina ante a. u. 732. edidisse, rem aliter se habere ipse demonstrat *Schillingius* in Quaest. c. 3. p. 50 sqq., quum „libros illos de arte salutari aureolos" ad annum u. c. 760. (c. 4. p. 82.) variae doctrinae copiis instructus refert. Ne multa! Celsum medicum in Horatio non video.

In definiendo anno u. c. 734., quo haec Epistola scripta sit, consentiunt plerique omnes, nisi quod *Sanadonus Dorighelloque* addunt, scriptam videri ante ver, i. e. antequam Tiberius, qui jam tunc ex Asia Samum venisset ad Augustum, in Armeniam exercitum duxerit. Conf. annot. ad Epist. 1, 3. p. 200. *C. Frank.* Fast. Horat. p. 204. *Walckenaer.* Histoire de la vie etc. II. p. 140 sqq. et 626. Neque improbabilis est *Fr. Jacobsii* conjectura (V. p. 345), qua is hanc Epistolam ante tertiam scriptam putat. Etenim ex tota ejus dispositione apparet, Celsum paulo ante honorificum comitis et scribae munus accepisse Epistolamque quasi esse gratulatoriam. Quod autem *Grotefendus* (p. 473 b.) argumentatus est, omnes excepta prima epistolas eo, quo sese nunc exciperent, ordine scriptas esse, id haud scio an, ne alia commemorem, reliquorum poematum ratione

atque temporis ordine cadat. — Singulatim Epistolam in patrium sermonem transtulit *Düntzerus* in *Seebodii* etc. „Archiv f. Philolog. u. Paedag.“ 1841. VII. p. 478.

V. 1. 2. *Celso gaudere — Neronis.* Poeta hilari quodam animo ad verbum expressit Graecorum χαίρειν καὶ εὖ πράττειν, quare nollem *C. Passovius* vertisset: „Gruss sammt Glück zum Geschäft bring Celsus, dem Albinovaner, Muse zurück auf Begehr.“ Postremum enim verbum εὖ πράττειν, quo *Hochederus* res bellicas opinatur tecte significatas, est *amicam ac propitiam fortunam* experiri, ut bene interpretatur *Ruhnkenius* in Comment. ad Aristot. Ethic. III. p. 165. De ipsa salutandi formula disputat *Lucianus pro lapsu inter salutandum* III. p. 286 sqq. Bip., ibiq. interpp. 583—590 et cf. *Becker* ad Charicl. II. p. 127. In qua utpote usitata rem mirum i. e. amicum, qui sit ex vulgo amicorum quemque non magni facias, mire videt *Haberfeldus*. Quodsi interpretes plerique omnes *refer* ita intelligendum putant, ut si Celsus prior vel ad Horatium dederit literas vel eum saltem salutarit (ut quidem opinantur *Orellius* et *Fr. Jacobs.* V. p. 365), hanc equidem interpretationem non duco necessariam, quum *refer*, si ad verba *Musa rogata* referas, nihil aliud nisi poetae indicet mandatum: *Musa a me rogata nuntia meo nomine Celso salutem.* Similiter musa *Referre sermonem deorum* Od. 3, 3, 71. dicitur, Sat. 2, 4, 90. *quamvis memori referas mihi pectore cuncta.* Tib. 3, 4, 78. *Haec illi nostro nomine dicta refer.* Ovid. Trist. 4, 3, 10. *Sitque memor nostri nec ne, referto mihi.* Cic. de Orat. 3, 1, 1. *Instituenti mihi, — eum sermonem referre et mandare huic libro* etc. Tac. Ann. 2, 71, 1. *Referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus — vitam pessima morte finierim.* Sic supra 7, 53. *abi, quaere et refer.* Quae in talibus verbis cum syllaba *re* compositis insit significatio, dixerunt *Bach.* ad Ovid. Met. 4, 43. 5, 685. *Heinrich.* ad Juv. 1, 91. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 717. Cf. Ernest. ad. Tac. Ann. 1, 7, 4. Herzog. ad Caes. B. G. 1, 35. Simpliciter Plaut. Trin. 3, 3, 42. *salutem ei nuntiet verbis patris, Illum bene gerere rem et valere et vivere.* Hanc nostram explicationem*) adjuvant verba quae sequuntur: *Si quaeret quid agam.* Qui Musam *a Celso rogatam* intelligunt (*Düntzer*: „Gruss erwiedre und Glück meinem Celsus

*) Quae *Düntzer.* p. 117. contra disputat, pravam *rogata* interpretationem, non probabilem tangunt.

Albinovanus, Muse, *gebeten von ihm*, dem Genossen und Freunde des Nero.“), non animadverterunt rem illam jocosam, qua Poeta ad amicum poesis amantem literas daturus Musam alloquitur, ut sibi propitia sit in salutando Celso. Illam interpretationem improbat *Orellius* quoque cum *Fr. Iacobsio* l. l. p. 365. Qui *rogata* explicarunt *interrogata*, quasi Horatius gauderet etc., eos vellicavit *Ascensius*. Verba *comiti scribaeque Neronis* ad deridendum Celsum addita credere noli, quum iis H. sine dubio amico amice gratuletur munus honorificum; vid. annot. ad Epist. 1, 3, 2. Fr. Jacobs l. l. p. 341. 366. *Comes* enim est h. l. idem qui Tiberii *amicus*, i. e. ad consuetudinem cum eo in expeditione habendam electus. Sic *comites* et *amici Germanici* conjunguntur ap. Tac. in Ann. 3, 13. Postea *amicus* et *comes* certum nomen eorum, qui in consilio principis fuerunt. Vide *Marquardti* Histor. equit. Roman. IV. p. 80. et quos hac de re laudavi ad Epist. 1, 3, 6. De *scriba*, si audias Cruquium aliosque, res magis in dubio est, propterea quod scribae ab epistolis aut servi aut liberti his quidem temporibus erant. Vide *Becker.* ad Gall. I. p. 163. 180. et quos laudant *C. Passov.* N. 106. et *Seebodius* in „Scholien zu Qu. Hor. Fl.“ I. p. 8. N. 1. At quidni credamus Dioni, qui 52, 33. Maecenatem facit Augusto suadentem, ut *ad epistolas et ad libellos adjutores quosdam ex Equitibus* assumat? Aliter quidem de hoc loco sentit *Lipsius* ad Tac. Ann. 15, 35, 2., sed probe distinguendum videtur, quid factum sit ordine [Hadrian. in vit. Lamprid. Spartian. 22.] et quid extra ordinem, ita ut credamus, qui hujusmodi *cohorti amicorum*, quam secum duceret vel Princeps vel ipsius filius, ascriptus esset, eum interdum ad epistolas imprimis arcanas et gravioris argumenti ex illius mandato conscribendas esse adhibitum. Sic recte *Orellius*. Ceterum constat, qui actis privatis Caesarum praeessent, eos in inscriptionibus tum *ab epistolis*, *ab epistolis latinis*, *ab epistolis graecis*, tum *a commentariis* (Grut. 587, 6.), *a libellis* (587, 9. 10.) et quae sunt alia hujus generis commemorari.

V. 3. 4. *Si quaeret — suaviter*. Humanitatem, quae inest in Futuro, bene sensit *Haberfeldus*, in eo tantum lapsus, quod Conjunctivum *quaeras* ad eam conditionem, quae inter utrumque hominem vere intercessisset, accommodatiorem putavit. Sic ex praesumpta opinione alius super alium exoritur error. Praeterea *quid agam* formula est interrogandi post datam et acceptam salutem utriusque linguae communis, ut dilogiam, quam sensit *Baxterus* („ut

valeam, et quid scribam") intelligi non opus sit. Vid. Brisson. de Form. 8, 65. Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 35. Heind. ad Sat. 1, 9, 4. Schmid. ad h. l. coll. Hildebr. ad Apul. Met. 1, 26. p. 72. Sic Plaut. Aul. 78. *Rogitant me, ut valeam, quid agam, quid rerum geram.* Ovid. Trist. 1, 1, 17. *Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit; Vivere me dices, salvum tamen esse negabis.* Ibid. 3, 8, 6. (ibiq. Loers.) *Nec mora, quid venias quidve, requiret, agam. Vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim.* Conf. ex Pont. 2, 7, 1—4. Plin. Epist. 9, 32, 1. *Quid agis? quid acturus es? Ipse vitam jucundissimam, id est otiosissimam, vivo.* Theogn. 519. (1045. ed. Welck.) ἦν δέ τις εἰρωτᾷ τὸν ἐμὸν βίον, οὐδέ οἱ εἰπεῖν· ὡς εὖ μὲν χαλεπῶς, ὡς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ. Verbis quae sequuntur *dic multa — minantem* etc. Horatius Celso totum animi sui male affecti statum multa cum familiaritate aperit non sine aliqua rerum exaggeratione. Dolet igitur proventum rerum suarum non secundum et, quod inde eveniat necesse est, fastidium sui. Illud indicat formula: *multa et pulchra minari*, hoc *vivere nec recte nec suaviter*. In qua explananda si interpretes vel generatim bonam et cum Maecenate et cum Musis vivendi conditionem vel singulatim studia poetica, alii alia, vident indicata (bene *Hocheder:* „viel herrliche Pläne;" *Walckenaer:* „dis-lui que chaque jour je forme nombre de projets, tous plus beaux les uns que les autres; mais que ma vie n'en est ni plus sage [?!] ni plus douce"), haud scio an magis probanda sit *Fr. Jacobsii* sententia omne id intelligentis, quod „*Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque.*" Hoc comprobatur Epist. 1, 1, 11 sqq. 2, 2, 141 sqq., illud Sat. 2, 3, 3 sqq. Epist. 2, 2, 126 sq. Od. 4, 2, 29 sqq. At quum nesciamus, quid illis locis vere dixerit, quid simulate, sub judice lis est semperque manebit. De ipsa formula praeter *Schmidium Orelliumque* ad h. l. disputant Heind. ad Sat. 2, 3, 9. Burm. ad Phaedr. 4, 22, 4. Bünem. ad Lactant. Inst. 7, 6, 7. et de interposita particula *et* Hand. Tursell. II. p. 475. cf. Kritz. ad Sall. Jug. 102, 10. ad Vellej. 2, 116, 1. Grauff. ad Lucian. Somn. 10. p. 196 sqq. Verbum *minandi*, cujus vis ex Calpurn. Ecl. 4, 1. *Quid tacitus Corydon vultuque subinde minaci — sedes?* (ibiq. Wernsd.) bene perspicitur, plus aequo angent aliquot interpretes, ut *Cruquius*, *Baxterus*, *Zeunius*, alii. Quod *Vivere nec recte* etc. dicit, non est, ut interpretati sunt *Torrentius*, *Wielandius*, alii, *vivere cum virtute*, virtuti convenienter, sed, ut est ap. Marc. Antonin. 9, 41. ὁ βίος ἤγετο εὖ καὶ καλῶς,

non bene vivere i. e. taedio quodam rerum suarum affectum, non satis se ipso contentum et propterea *nec suaviter.**) Vid. annot. ad 6, 29. et *Rumpe*, quem laudat *Fr. Jacobsius*, in Progr. Gissae 1809. edito. Sic Sat. 1, 9, 5. *Suaviter, ut nunc est. J. Merkel:* „doch fehle die heitere Stimmung."

V. 4—6. *haud quia — agris.* His verbis, quibus abutitur in rem suam *Bianconius*, Poeta cavet, ne quis mentis aegritudinem a rebus externis sive humanis profectam putet, in qua quidem re leviter tangit frigidas hominum, ut sunt, imprimis locupletium curas. Ita Pers. 1, 1. *O curas hominum! o quantum est in rebus inane! — grando cont. vit.*, calamitas illa χαλαζοκοπία, quam Graeci uno verbo describunt χαλαζοβολεῖσθαι, χαλαζοκοπεῖσθαι. Od. 3, 1, 29. *verberatae grande vineae.* Colum. de Cult. Hort. 75. *Verbera gelida* (ibiq. Wernsd. VI. p. 49), ibid. 330. *Grandine dilapidans hominumque boumque labores.* Plin. Epist. 4, 6, 1. *Tusci grandine excussi.* Minuc. Fel. Octav. 5, 14. *temulenta vindemia — grandine caeditur.* Psalm. ex interpret. LXX. 78, 47. Ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν. et translate Ovid. Fast. 4, 628. (Heins.) *Caesar Grandine militia contudit arma sua.* Conf. Virg. Ge. 1, 448. 2, 419. et Weich. Epist. crit. ad Val. Flacc. 2, 359. — *oleamque mom. aestus.* Est sideratio illa sive *sub ortu Canis siccitatum vapor, quum*, ut ait Plinius in H. N. 17, 24. ed. Bas. 1525. (S. 34) *insita ac novellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vites*, id quod Palladio 11, 12. *aestu Canicularum fatigari* et a Graecis ἀστροβολία, ἀστροβολησία, ἀστροβολεῖσθαι etc. dicitur. Sic Geoponic. 5, 36. p. 396. Τὰς ἀστροπλῆγας γενομένας ἀμπέλους γνωρίσεις μὲν ἐκ τοῦ τὰ φύλλα πάνυ ὑπέρυθρα ἔχειν, ad quem locum *Nicolasius* praeter alios laudat Theophr. H. Pl. 4, 6. et C. P. 5, 10. Eadem oleae calamitas significatur Od. 3, 1, 30. (ibiq. Mitscherl.) *arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera.* Conf. Lamb. ad Epod. 3, 16. interpp. ad Petron. 2. p. 11. Beroald. ad Apulei. Met. 8, 8. p. 670. Senec. Oedip. 39—51. Ad v. *momordit* conf. Petron. 44. *nemo curat, quid annonam mordet* et ibi Burm. p. 202. Aliter Epod. 16, 57. *siccis urantur semina glebis.* Virg. Aen. 3, 140. *sterilis exurere Sirius agros.* Colum. de Cult. Hort. 320.

---

*) Dubitat de hac explicatione *Düntzer*. p. 123. „*Recte* ist der allgemeine Ausdruck, *wie es sein sollte*, der seine nähere Bestimmung durch suaviter erhält."

Emurat sata ne resoluti pulveris aestus. Ceterum *vitis oleaque* ut res coelo Italo convenientes eodem modo conjunguntur ap. Tac. Agric. 12. atque ap. Varr. R. R. 1, 2. p. 97. Bip. Maxim. Tyr. Dissert. 30, 4. 6. p. 120. 122. ed. Dübn. Alia ratio est Cic. Cat. maj. 16, 57. ibiq. Gernh. — V. 6. *Nec quia — in agris.* Si *Haberfeldus* pecus propter herbas in quadam earum calamitate longo quaesitas itinere morbosum vitiosumque factum opinatur, equidem crediderim, Poetam h. l. non tam de re sua (Epod. 1, 25 sqq.), quam de aliena dicere*); similiter de eo dubito, quod ex hoc loco de *vineis Sabinis* effici vult *C. Passovius* N. 232, quanquam rem ipsam in dubium vocare nolo. Romani enim locupletes (Rupert. ad Juv. 9, 54.) vel qui publica conduxerant et in Lucania et in Calabria imprimis hiberno tempore armenta et greges pascebant. Inde Varro R. R. 2, 2. p. 167. Bip. *Longe enim et late in diversis locis pasci solent, ut multa milia absint saepe hibernae pastiones ab aestivis* etc. Virg. Ge. 2, 195. *Sin armenta magis studium vitulosque tueri, Aut fetus ovium, aut urentis culta capellas: Saltus et saturi petito longinqua Tarenti.* Utraque autem terra, imprimis Calabria aestui exposita et ob eam rem gregibus interdum perniciosa erat. Epod. 1, 28. *Non — Pecusve Calabris ante sidus fervidum Lucana mutet pascua,* ibiq. Mitsch. et Fea. Conf. Schmid. ad Epist. 2, 2, 178. Mitsch. ad Od. 1, 31, 5. 3, 16, 35. [de ovibus Gallicis] et Epod. 16, 53. 54. Burm. ad Val. Fl. 3, 582. 1, 683. et de Vectig. P. R. cap. 4. Lorentz. Disqu. de civit. vett. Tarentinor. Lips. 1833 p. 6. Praeterea *armenta* et *greges* a scriptoribus saepe commutari, recte docent *Burmannus* ad Val. Fl. 3, 412. et *Peerlkampius* ad Od. 1, 31, 6. Quodsi *Stürenburgius* ad Cic. de Offic. p. 141. particulas *haud — nec* in usu esse negat, de prosae orationis scriptoribus recte fecisse videtur, de poetis non item. Vide exempla ab *Handio* in Turcell. III. p. 36. diligenter allata, qui idem p. 33. hunc locum recte interpretatus est: „keinesweges weil — sondern weil —." Conf. *Weissenborn.* Gr. lat. §. 191. N. 1.

V. 7. 8. *Sed quia mente — aegrum.* Schol. Acro: „inconstantiam et animi morbum in Celso taxat sub persona sua." At quum

*) Dissentit *Düntzer.* p. 124: „Nahe liegt die Andeutung von grossen Heerden auf einem weitschichtigen Gute, wo grade die Seuche wüthet, wobei wir nicht mit *Schmid* u. A. an eine durch Mangel entstandene Seuche denken. Vgl. Virg. Ge. 3, 441. sqq."

candidi interpretis sit, nihil de sua opinione fingere, dicemus, Horatium se ipsum descripsisse, cujus non tam corpus quam animus*) morbo laboraret. Varias hujus morbi causas enodant *Fr. Jacobsius* l. l. p. 336 et *Walckenaer.* II. p. 149 sq. Neque tamen oportet Acroni assentiamur ad A. P. 302 dicenti, „Horatium dici melancholicum fuisse." In rem laudant Hippocrat. Aph. 2, 6. *Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.* Similiter Ovid. Trist. 3, 8, 32. *Nec melius valeo, quam corpore, mente, sed aegra est Utraque pars* etc. Liv. 21, 53, 2. *eum* (Cornelium Scipionem) *animo magis quam corpore aegrum.* Plin. Epist. 9, 22, 3. *non minus aeger animo, quam corpore ille.* Senec. de Tranq. an. 1. *In statu ut non pessimo, ita maxime querulo et moroso positus sum: nec aegroto, nec valeo.* Cic. Tusc. 3, 3, 5. *animusque aeger, ut ait Ennius, semper errat, neque pati, neque perpeti potest; cupere nunquam desinit.* Ibid. 4, 13, 30. ibiq. Kühner. Inde Menand. Fr. 75. p. 91. (Dübn.) *Βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.* Cic. de Fin. 1, 18, 59. *quodsi corporis gravioribus morbis vitae jucunditas impeditur; quanto magis animi morbis impediri necesse est.* Quapropter Horatius Od. 1, 31, 18. precatur: *Frui paratis et valido mihi, Latoë, dones et, precor, integra Cum mente.* — V. 8. *Nil audire velim, nil discere.* Supra 1, 1, 48. *Discere et audire,* ubi vide p. 66. Ceterum omnis, quae hic describitur vivendi ratio, est ap. Tib. 2, 5, 110. *faveo morbo,* ap. Cic. ad Attic. 12, 18, 1. *quasi fovebam dolores meos.*, ap. Chrysost. Homil. IV. p. 116. Matth. *ἐνηδυπαθεῖν τῷ τραύματι.* — *levet.* Ita Tib. 4, 4, 10. *corpora fessa levant.* Ovid. Trist. 3, 3, 10. *Nullus Apollinea qui levet arte malum.* Ibid. 3, 5, 29. *oro mala nostra levate.* Id. ex Pont. 1, 3, 17. *Non est in medico semper, relevetur ut aeger.* Curt. 3, 6, 2. *tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse promisit.* Maximian. El. 1, 175. *Quid, quod nulla levant animum spectacula rerum.* Alia exempla verbi medici suppeditant *Bentl., Fea, Schmid.* ad Epist. 2, 2, 212. et *Broukh.* ad Prop. 1, 9, 34.

V. 9. 10. *Fidis — veterno. Fid. off. medicis.* Schol. Cruq.:

---

*) Nimis subtiliter *Düntzer.* p. 124: „Auch bin ich körperlich nicht unwohl, vielmehr fühle ich mich ganz gesund etc." Contra *J. Merkel:* „Nein, weil kränker die Seel', als sämmtliche Glieder des Leibes." Ita et cum Schol. Cruq. *Orellius.*

„supple *quia ἀπὸ κοινοῦ. medic.* magistris, scilicet philosophis, *qui animo mederi volunt.*“ Ad hanc explicationem prope accedit *Orellius*, quum „amicos corrigere hunc pravum animi habitum aventes cum medicis comparatos opinatur“ allato Celsi praef. 1. loco: *Concipio, quum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum quam extraneum.*“ At utrique aliis quoque locis i. e. *medici*, qui corpus curent, *amici*, qui animo medeantur, conjunguntur, ut ap. Menand. Fr. LXV. p. 63. Dübn. *Τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς χρεία ἐστὶν ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου· λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν φίλος.* Epictet. Fr. CLVII. ed Dübn. *Καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον, οὐ τὸν ἡδίω, ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτατον ἐκλέγεσθαι χρή.* Epitheton autem *fidis* ex eo explices, quod apud homines antiquos medicorum imprimis fides spectata est. Inde Sat. 2, 3, 147. *medicus multum celer atque fidelis.* Cic. ad Div. 13, 20, 1. de medico quodam: *in valetudine meorum, in qua mihi quum ipsa scientia, tum etiam fidelitate satisfecit.* Curt. 3, 6, 6. *Damnem medici fidem?* Conf. Pric. ad Apul. Met. 1, 18, 58. ed. Hild. p. 55. Sententiam ipsam explanant duae sententiae diversae: Epictet. Diss. 2, 15, 15. *Οὐ θέλεις τὰ τοῦ νοσοῦντος ποιεῖν καὶ τὸν ἰατρὸν παρακαλεῖν; Νοσῶ, κύριε· βοήθησόν μοι· τί με δεῖ ποιεῖν σκέψαι· ἐμόν ἐστι πείθεσθαί σοι.* Ovid. ex Pont. 1, 2, 87. *Nec tamen infitior, si possint nostra coire Vulnera, praeceptis posse coire tuis. Sed vereor, ne me frustra servare labores; Neu juver admota perditus aeger ope.* Qui Celsum medicum hic sentiunt, videant, ne adversentur Antonio Musae Epist. 15, 3. Quodsi *Cruquius* ad hos versus: „satis acerbe,“ inquit, „ex sua persona docet Horatius, Celsum esse incurabilem et animi prope deplorati, cujus malum, nimirum arrogantiam, jactantiam, levitatem, inconstantiam nominat metaphoricôs funestum veternum“ etc. et *Haberfeldus* cum *Wielandio* (cf. Eichstad. Krit. Nachtrag p. 222.) salubre quod Horatius amico dederit consilium (Epist. 1, 3, 15), male a Celso acceptum esse opinatur, lectores delegandi sunt ad *Fr. Jacobsii* humanissimam expositionem l. l. p. 344 et 362 sq. — V. 10. *Cur — veterno.* Haec verba aliquot interpretes ita intelligunt, quasi pronuntientur ab Horatio irato vel offenso sive elliptice, ut *Xylander* interpretatur, ut *irascar* sit „iratus cum amicis expostulem et cum stomacho quaeram, cur“ etc. At causalis interrogandi notio transiit in simplicem objecti, ut interdum sit *propter quod, quod*, ita tamen, ut non leve intersit inter utramque formulam discrimen. Simile quid de particula *οὕνεκα*

observavit *Nitzschius* ad Hom. Od. I. p. 20. II. p. 33. Sic Od. 1, 33, 3. *Albi ne doleas — cur tibi junior praeniteat.* Veget. de Re milit. 3, 4. *Irasci se simulat, cur non ducatur ad bellum.* Frontin. Epist. ad Ver. 1, 3. p. 85. Frcf. *Equidem multum fratrem meum objurgavi, cur me non provocavit.* Sidon. Apollinar. Epist. 1, 1. *Propter quod illum ceteri quique Frontinianorum, utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt.* Plura alia suppeditant ad h. l. *Lamb., Schmid., Orell., Lübk.* ad Od. 1, 33. p. 184. *Broukh.* ad Prop. 2, 2, 45. (sed ibi *quod* rectius legitur.) *Handius* in Tursell. II. p. 177. *Haase* in Zimm. „Zeitschrift" etc. 1838 p. 261. *Weissenb.* Gr. lat. § 422. N. 4. Acutissime autem *Hocheder.:* „Mir hat *cur* den Nebenbegriff einer kränklichen Empfindlichkeit und des Eigensinnes, der in propt. quod, welches eine directe Ursache angiebt, durchaus nicht liegt." Conf. 9, 7. In promptu autem est, Horatium his verbis nimium, quod quidem ipsi videretur, significare amicorum studium depellendi ab ipso torporis animi atque languoris. Quod dixit *me arcere veterno* non mera videtur hypallage pro eo, quod est *a me arcere veternum,* ut ait *Lambinus,* sed tali modo suam, qua se perditum iret, pertinaciam tecte significasse recte vidit *Hochederus* coll. A. P. 64. De *veterno* ipso, *lethargo* disputant *Torrentius* ad Sat. 2, 3, 30. *Bentlejus* ad Epist. 1, 2, 34. *Burmannus* ad Grat. Fal. Cyneg. 477. interpp. ad Fest. II. p. 742. Lindem. Inde *veternus* tropice vocatur omnis pigritia atque inertia nulli operi apta, ut recte docet *Wernsdorfius* ad Rutil. Itiner. 391. *Septima quaeque dies turpi damnata veterno.* Catull. 17, 24. *Si pote stolidum repente excitare veternum Et supinum animum in gravi derelinquere coeno.* Virg. Ge. 1, 124. *Nec torpore gravi passus sua regna veterno.* Auson. Epist. 14, 11. *Pelle soporiferi seninm nubemque veterni.* Prudent. Cathem. 9, 67. *Omnis aegritudo cedit, languor omnis pellitur: Lingua fatur, quam veterna vinxerant silentia.* Id. 11, 63. *Nam tunc renatus sordidum Mundus veternum depulit.* Id. contra Symm. 1, 6. *Patris imploranda medela est, Ne sinat antiquo Romam squalere veterno.* Apulei. Florid. p. 586. ed. Wouver. *Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit.* Tertull. de Pall. 5. ibiq. Salmas. p. 429. *At quin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco.* Boeth. Cons. phil. 1, Pros. 2. *lethargum patitur, communem illusarum mentium morbum.* Conf. Cic. Epist. ad Div. 2, 13, 7. 8, 6, 11. Markl. ad Stat. Silv. 3, 2, 119. Rupert. et

Heus. ad Tac. Dial. 20. Hildebr. ad Apul. Metam. 9, 13. p. 784. Epitheti vis *funesto* eo sentitur, quod Seneca *veternum animi aerumnosi* Epist. 115. dixit et Gratius Fal. *moestum*. Cum his compara elegantem *veterni* descriptionem in homine malo otio tabescente ap. Lucret. 3, 1058 sqq. et quos laudat locos *Axtius* ad Vestrit. Spurinn. 3, 8. Inde Demophilus ap. Orell. I. p. 36. *Ἄγρυπνος ἴσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.* [Conf. *Düntzer.* p. 125.]

V. 11. 12. *Quae nocuere — Romam.* In sententiam versus 11. *Gesnerus* laudat Ovid. Met. 7, 20. *Video meliora proboque, deteriora sequor* et *Schmidius* Eurip. Hippol. 380 ibiq. Valcken. et Monk. Neque absimile est illud Pauli in Epist. ad Roman. 7, 24. et Menandri in fragm. LXXVI. *Εὐηθία μοι φαίνεται, Φιλουμένη, τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.* Senec. Epist. 21. *Maximum negotium tecum habes: tu tibi molestus. Quid velis, nescis: melius probas honesta quam sequeris.* Conf. Ackermann: „Das Christliche im Plato." p. 246. — V. 12. Mira sane est *Cruquii*, qui interpunctionem post v. *amem* in aliquot codd. repertam probat, interpretatio hujus versus: „Ubi Romae sum, requiro solitudinem et ad agrum Tiburtinum propero: rursus, Tiburi existens, *ventosus*, i. e. vento seu capiditate popularis aureae plenus, Romam revertor, ut magistratus fiam." At Hor. nihil aliud nisi suam mobilitatem inconstantiamque ut Sat. 2, 7, 28. 112. indicat, inde *ventosus*. Sic Epist. 1, 19, 37. *ventosa plebs*, 2, 1, 177. ibiq. Orell. *ventoso curru*. Cic. Ep. ad Div. 11, 9, 3. *Imprimis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas.* Variam hujus Adjectivi significationem illustrat Daum. ad Cat. Distich. 1, 25. p. 66. ed. Arntz. Quid autem veteres philosophi de tali locorum mutatione senserint praeter ceteros dixit Seneca in Epist. 104. *Ceterum inconstantiam mentis, quae quum maxime aegra est, lacessit, mobiliorem levioremque reddit ipsa jactatio. Itaque quas petierunt cupidissime loca, cupidius deserunt.* Ibid. 69. *Mutare te in loca et in alium de alio transire nolo. Primum quia tum frequens migratio instabilis animi est* etc. Ibid. 52. *Quid est hoc —, quod nos alio tendentes alio trahit et eo, unde recedere cupimus, impellit? — Stultitia est, cui nihil constat, nihil diu placet.* Ibid. 2. *Non discurris, nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri enim animi ista jactatio est.* Id. de Tranq. an. 2. *Unus effectus vitii, sibi displicere. Hoc oritur ab intemperie animi et cupiditatibus timidis aut parum prosperis, ubi aut non audent*

quantum concupiscunt, aut non consequuntur et in spem toti prominent, semper instabiles mobilesque. — Quod proprium aegri est, nihil diu pati et mutationibus ut remediis uti. Alios locos laudat Bentl. quibuscum cf. annot. ad 11, 25 sqq. Quid de hac re vere judicarit Horatius, luculenter declarat infra 11, 25 sqq. 14, 12. 13. 16. Od. 2, 16, 18. 19. Quapropter quod hic profitetur, vox putanda est animi ad tempus male affecti, nisi forte quis credere mavult, Poetam alias aliud de iisdem rebus et sensisse et judicasse, quod crimen ab homine sano et liberali doctrina polito alienissimum est. Nam incoastantia atque mentis mutabilitas, quae ei Sat. 2, 7, 28. 112. exprobratur, ad liberale jocandi genus pertinet vel ad *εἰρωνείαν* illam Socraticam ingeniique leporem, quo quod Horatius imo pectore sensit jocorum saepe involucris implicat verbisque sic auget, ut, quae ex animo dixerit quaeque luserit, dubius haereas. Vid. quae verissime de illo loco disputavit *C. Passovius* N. 225. et cf. N. 235. De Horatii autem *secessu Tiburtino* infra dicemus in Excursu.

V. 13—16. *Post haec — memento.* Re sua ipsius exposita familiariter Hor. quaerit, quomodo Celsus et *rem gerat*, i. e. officium publicum et *se*, i. e. in ea, qua tum fuit, vitae conditione. Neque vero improbaverim zeugmate admisso *Bentleii* explicationem: *se habeat.* Ad locutionem prope accedit Sall. Jug. 55, 1. (ibiq. Kr. et Herz.) *ut aequa et exercitum more majorum gereret.* Ibid. 85, 47. *meque vosque in omnibus rebus juxta geram.* Cic. ad Attic. 4, 8. a) *Scribas ad me velim de gladiatoribus; sed ita, bene si rem gerunt: non quaero, male si se gessere.* Lambinus laudat Cic. ad Div. 11, 27, 11. *quonam modo me gererem contra Caesarem* etc., cui exemplo addi possunt multa, ut Cic. Offic. 1, 28, 98. Sueton. Tib. 21. Formulam*) *rem gerere* a re militari ad alias quoque res translatam esse constat, cf. Bentl. ad Od. 1, 6, 3. Schm. ad Epist. 17, 33. Ruhnk. ad Terent. Ad. 5, 1, 13. Giese ad Cic. Divin. 2, 36, 77. De interrogativa *ut* etc. dixerunt Heind. ad Sat. 2, 8, 1. Schmid. ad Epist. 8, 12. — *Juveni,* Tiberio tum annum 22. vel 23. agenti et

*) Ad hanc *Düntzerus* p. 120: „Das rem gerere et se ist nicht mit *Gesner* zu erklären, offic. publ. et privatam vitam tueri, sondern beide gehen auf die Stellung zum *Tiberius, sein Verhältnis und ihn selbst, insofern er darin lebt.*“ *Jos. Merkel:* „Dann nach seinem Befinden, Geschäft und ganzem Verhältniss Frage.“

eminenter sic vocato, ut Caesar Octavianus ap. Virg. Ecl. 1, 43. Ge. 1, 500. et ap. Hor. Od. 1, 2, 41. Sat. 2, 5, 62. et junior Caesar ap. Calpurn. Ecl. 1, 44. 4, 137. 7, 6., uti observavit *Wernsdorfius* ad Poet. lat. min. II. p. 312. — *cohorti.* Schol. Cruq.: „erat enim scriba militum"?! At vide annot. ad v. 2. et Lips. ad Tac. Ann. 6, 9. *Vestilium — Druso percarum in cohortem suam transtulerat* i. e. urbanam aulicamque, ex qua cohors peregrinationum atque expeditionum legebatur. Conf. Doederl. ad Ann. 1, 29. Supra 3, 6. *studiosa cohors.* A tali *comitum* seu *amicorum cohorte* probe distinguenda est *cohors praetoria*, de qua dixit *Franckius* in Misc. Critt. cur. Friedem. et Seebod. II, 2. p. 340. — V. 15. *Si dicet, recte, καλῶς*, ex formula quadam de rebus ita comparatis ut debeat et optantur. Vid. Brisson. de Form. 8, 65. et cf. Heind. ad Sat. 2, 2, 106. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 1, 1, 107. — *subinde.* Significationem *deinde*, quam propter praecedens *primum* ut paene necessariam vindicat *Cruquius* ex Laur. Vall. Eleg. 2, [50] 51. cf. Sat. 2, 5, 103. *Sparge subinde*, equidem sic definiverim: „interjecto quodam temporis intervallo," sive „post paulum temporis," ut Liv. 23, 27, 9. *Gesnerus*, quin particula ad praecepti repetitionem quoque pertineat, non dubitat. *Hoohedenus* illam v. *deinde* significationem tuitus acute addit: „jedoch möchte ich dadurch die Zartheit, die im sub liegt, welches ich auf das Verbum beziehe, nicht gänzlich verwischt sehen."*) Mirae autem festivitatis est praecipiendi formula *memento* v. 16., qua nescio quid mali odorantur interpretes quidam. Ita suam allocutus epistolam Statius Silv. 4, 4, 10. *Cui primum solito vulgi de more salutem, Mox inclusa modis haec reddere verba memento.* Prop. 2, 19, 73. (Broukh.) *Quamvis te persaepe vocet, semel ire memento.* Juv. 9, 98. *Haec soli commissa tibi celare memento.* Conf. Epod. 10, 4. (ibi Mitsch.) Sat. 2, 4, 12. 89. 5, 52. Od. 3, 29, 32. al. Virg. Ecl. 3, 7. Aen. 6, 852. Tib. 1, 8 [9], 27. Prop. 2, 10, 39. (Broukh. = 3, 5, 23. Jac.) 15, 27. In vv. *Praeceptum aur. hoc inst.* inest notio praecipiendi leniter; de qua dubitare non debebat *Düntzer.* p. 120. Juv. 3, 122. (Rupert. ibi) *quum facilem stillavit in aurem Exiguum de naturae patriaeque veneno.* Cic. de Orat. 2, 53, 212. (Ellendt.)

*) Quae *Nauckius* in „Seebodii etc. Archiv" 1842. VIII. 2. de etymologia h. v. disputat, iis assentior, quae de significatione: „gleich um da von", „gleich darauf", non item.

ex hac vi nonnunquam animi aliquid instillandum est illi lenitati. Ibid. 2, 87, 355. *ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.* Senec. de Benef. 6, 16. *Alter* (praeceptor) — *aliqua instillavit ac tradidit.* Boeth. de Consol. phil. 1, 4, 31 sq. *Instillabas enim auribus cogitationibusque meis quotidie Pythagoricum ἔπου θεῷ.* Similiter Tib. 3, 1, 21. (ibi Huschk.) alloquitur Pierides: *Sed primum meritam longa donate salute, Atque haec submisso dicite verba sono.* Auson. Epist. 16, 73. ad librum suum: *Subnecte et illud leniter.* Nisi forte quis mavult praecepti memoriam significari, quia auris dicata est memoriae, de qua re vid. Heind. ad Sat. 1, 9, 77. Ruhnk. ad Ovid. Her. 20, 98.

V. 17. *Ut tu — feremus.* Ut nos dicimus: „wie du dich in dein Glück findest, so werden wir uns in dich finden" — praeceptum est amici aetate provectioris sine arrogantia datum juniori. At plerique interpretes idem homini superbia inflato et paene insano datum vident. Quid, si Horatius, qui quidem Celsi modestiam novisset, longe aliud quid spectasset quam hominem superbum et paene insanum? At si hoc non est, dicere licebit, Horatium admonere voluisse Celsum, ne is, ut sunt ingenia hominum, a fortuna secunda se abripi pateretur, propterea quod difficilius esset, secundas res ferre quam adversas. Est igitur: „Re bene gesta et gratia, qua polleas apud Neronem, superbire noli, alioquin verendum est, ne qui tibi bene cupiunt a Te abalienentur." Ex sententia autem *Britannici* haec astute dicta sunt in Tiberii gratiam. Nobis assentitur *Fr. Jacobsius* (V. p. 54. 342), quem *Orellius* quoque sequitur. [In eadem sententia est, ut nunc video, *Düntzer.* p. 122.] Contra *Baxteri* nimis argutam pronominis *nos* interpretationem bene disputat *Wielandius*, quanquam nollem dixisset „*nos* die ganze übrige Welt"; Poeta enim praeter ceteros intellexisse videtur Celsi *amicos*, quod cur negarit et proverbium quoddam („Der ganze Vers scheint uns aber poetische Darstellung eines gangbaren Sprichwortes.") senserit *Düntzer.* p. 121, non video. Ceterum in hanc clausulam conf. Cic. Epist. ad Div. 7, 13, 3. *Moriar, ni (quae tua gloria est) puto te malle a Caesare consuli quam inaurari: si vero utrumque est, quis te ferat praeter me, qui omnia ferre possum.* De dictione *ferre fortunam* disserit *Beier.* ad Cic. Offic. 1, 26, 90., quocum conf. Muret. Opp. III. p. 818. Cort. ad Sall. Cat. 10, 2. et ad Cic. Epist. ad Div. 4, 5, 19. Braunh. ad Od. 2, 3, 2.

EXCURSUS AD V. 12.

Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam.

De Horatii secessu Tiburtino.

Horatium unam villam, *Sabinam*, possedisse, post doctas *Dominici de Sanctis, Capmartinii de Chaupy, Campenoni* aliorumque disputationes hodie profitentur omnes, qui in luce clarissima caecutire nolunt. De possessione autem, quam Horatius Tiburi vel in agro Tiburtino, cujus et fertilitatem et amoenitatem si quisquam alius celebravit, habuisse dicitur, in diversas abeunt partes. Quapropter e re mea esse duco, argumentis in utramque partem propositis meum qualiscumque sit addere calculum. Primum constat, ex nullo loco, quo quidem in tribus libris carminum prioribus Tiburis mentio fiat, effici posse, Horatium vel Tiburi vel in Tiburti habitasse, cf. Od. 1, 7, 12—21. 18, 2. 2, 6, 5. 3, 4, 23. 29, 6., neque efficitur ex Epist. 1, 7, 44., ubi et *Tarentum* sibi placere affirmat, quo loco Poetam domicilium habuisse nemo dixit sanus. Iure omittimus Epist. 2, 2, 3. At qui restant loci, ex quibus apparere videtur, Horatium sedem quandam Tibure vel in agro Tiburtino habuisse, sunt hi: Od. 4, 2, 31. *circa nemus uvidique Tiburis ripas operosa parvus Carmina fingo*, ad quem locum *Walckenaer.* inter alia haec observat (II. p. 393): „Horace commençait à préférer sa demeure de Tibur, qui le rapprochait d'Auguste et de Mécène, à la sauvage vallée de Digentia; il ne fait plus mention de celle-ci, et ce n'est pas dans ce domaine, mais dans sa maison de Tibur, qu'il a terminé ses jours.“ — Od. 4, 3, 10. *Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt Et spissae nemorum comae Fingent Aeolio carmine nobilem.* Ad quae verba Porphyrio: „proprie ad secessum suum referens hoc dicit Horatius. Tiburi enim fere otium suum conferebat.“ Consentit Scholiastes Cruquii p. 219. ed. 1611. Scholiastarum sententiam suam fecit *Walckenaer.* (II. p. 418) hisce verbis: „Porphyrion dit qu'à l'époque où nous sommes arrivés, Horace passait tout le temps de ses loisirs à sa maison de Tibur, et que c'était là qu'il composait ses ouvrages. Il est facile d'assigner les causes qui produisaient ce changement dans les habitudes de la vie d'Horace. Il ne pouvait s'éloigner beaucoup de Rome, sans se montrer peu sensible aux prévenances d'Auguste qui s'y trouvait alors, et qui témoignait souvent le désir de le voir. Mécène,

toujours malade, ne pouvant se livrer aux plaisirs de la société, ni recevoir autant de convives que précédemment, s'était fait transporter à sa belle villa de Tibur, et Horace, pour voir plus commodément et plus fréquemment cet ami cheri, habitait de préférence la maison qu'il possédait dans le même lieu." Jam ad illos locos accedit is, de quo omnis hic institutus est sermo, quemque parum recte tractatum esse ab *Orellio* valde miror: *Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam.* Sed fons erroris est Suetonius in Vit. Hor. (III. p. 51. ed. Wolf. p. 112. ed. Richter): *Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini: domusque ejus ostenditur circa Tiburni lucullum.* Quodsi audiveris *Rutgersium*, Horatii praedium putabis ita in confinis agri Sabini et Tiburtini situm fuisse, ut dubium esset, utro pertineret. Idem haud dubie sensit *Orellius*, quum ad v. 12. observaret: „in Sabino meo prope Tibur, laudato Catull. 44, 1. *O fundo noster, seu Sabine seu Tiburs.*" Is eandem sententiam haud obscure significat ad Od. 4, 2, 3 3, 10. Quid, quod in eadem opinione sunt *Dacerius, Massonus, Janius, Mitscherlichius, Doeringius, Fea, Peerlkampius*, alii. At pace horum virorum dixerim, illam interpretationem neque cum lege linguae latinae neque cum nota praedii Horatiani conditione convenire. Primum enim particula *aut*, quam pro *vel, sive* sumant necesse est, satis indicat, secessum Horatii *partim* in villa Sabina, *partim* Tiburi sive mavis *alternis* fuisse. Similis est ratio locorum apud Tacitum in Ann. 4, 24, 2. *quatuor agmina parat, quae legatis aut tribunis data*, ubi vide *Ernestium*. Adde Hist. 4, 71. *quem locum — Valentinus obsederat montibus aut Mosella omne septum* et ad h. l. *Hand.* in Turs. I. p. 543. Ann. 1, 16. *ob justitium aut gaudium intermiserat solita munia.* Vid. ibi Rup. et quem laudat Walther. ad 1, 8. Ann. 4, 47. *castellum magna vis armata aut incondita tuebatur*, ibiq. Bach. Dict. Cret. (ibiq. Dederich) 2, 2. *his aut illis ex casu suorum perculsis.* Deinde quum afferunt locum Catulli, hujus villam prope Tibur fuisse inter omnes constat; cf. etiam Catull. 26, 1 sqq. Horatii autem villa Sabina ab ea urbe X vel XII M. P. afuit, vide Agri Roman. Tabul. in *Westphalii* „Römische Kampagne", *Sickleri* „Erklärung der 30 Bilder zu Horazens Werken" p. 10—12. ejusdemque „Handb. der alt. Geographie" I. p. 377, „Topographie des vallées de Licenza et de Tivoli" etc. ap. *Walckenaer.* tom. II. annexam. Ex sententia *Capmartinii de Chaupy* (III. p. 1 sqq.), quem parum accurate sequitur *Stieglitzius* in „Archaeologie der

Baukunst II, 2. p. 222., „la maison de campagne d'Horace fut située dans la vallée de Licenza bourg à 14 milles de Tivoli et à cinq de Vico-varo.“ De loco Suetonii disputat idem I. p. 58 sqq. coll. II. p. 452 sqq. [Quodsi Scholiastes Cruquii ad 14, 2. annotat: „*focis*, domibus, ad octavum lapidem ultra Tibur in via Valeria; Valerienses igitur senatores agellum suum possedisse significat“, nos tam distantiam praedii Horatiani, quam urbis Variae sensisse videtur, nisi quis eum utramque rem confudisse intelligere mavult.] Sed fingamus, eam quam quidem volunt interpretes illi, esse Suetonii sententiam, tali commento adversatur Horatius ipse. Is enim villam Sabinam ipsis verbis distinguit a Tibure Od. 3, 4, 21. *Vester, Camenae, vester in arduos Tollor Sabinos; seu mihi frigidum Praeneste, seu Tibur supinum, Seu liquidae placuere Bajae.* At Suetonius, vel quisquis fuit, Tiburtinum rus, si ego quid video, nihil aliud intellexit nisi ipsam illam prope Tibur domum. Accidit huic scriptori, quod dicit Poeta: *brevis esse laboro, Obscurus fio.* Hoc eo facilius fieri potuit, quo saepius similes notiones, quales sunt *fundus, ager* et *villa* modo sibi subjiciuntur, modo distinguuntur. Vid. Doederl. Syn. III. p. 6. Osann. in Zimmerm. „Zeitschrift“ etc. 1839. p. 461. Pluribus de ea re dixi ibid. 1834. p. 920 et in Jahnii NJbb. 1840. XXVIII. 3. p. 248 sq., ut *Valartus*, qui inde duo effinxit praedia, non sit audiendus. At ne quid dissimulem, Suetonius ille mihi neutiquam pro folio Sibyllae est. Quanquam non is sum, qui cum Lessingio vitam illam ab eo abjudicem, tamen in ejus auctoritate librariorum vel Grammaticorum deliramentis inquinata et labefactata acquiescere nequeo. Assentior igitur sobrio, quod de hac re faciunt, judicio Viri doctissimi *Eichstadius* in Paradox. Horat. quintum proposit. Jen. 1834. p. 6. N. 6., *Kirchnerus* in Quaest. Hor. p. 7. N. 1., *Carolus Passovius* l. l. N. 235 et *Paldamus* in Fuhrii „Gymnasial-Zeitung“ 1842. p. 37. Conf. *Mitsch.* I. p. CLV. *Vanderb.* I. p. LVIII. Sed ut redeamus, unde sumus degressi. Quum Horatius *satis beatum unicis Sabinis* se esse dicat (Od. 2, 18, 14. conf. 2, 16, 37. 3, 1, 47. 16, 29. Sat. 2, 6, 1.), *Wielandius*, cui assensus est *Fr. Aug. Wolfius* ad illum Suetonii locum, Tiburis amoenitatem a Poeta toties celebratam ex illis locis ita habere opinatur suam explicationem, ut dicas, praediolum Tiburtinum partem quandam fuisse Sabini. Vid. I. p. 172. N. 1. ed. Lips. 1816. Quid, quod *Zumptius* (Berl. Jahrbb. 1833. p. 661) praedii Sabini villam urbanam Tiburi fuisse conjicit. At neutra sententia probatur.

Nunquamne Horatium, qui villam Sabinam tam saepe significarit et Epist. 1, 16. pluribus descripserit, ne verbo quidem hujus rei mentionem injecisse? Huc accedit utriusque loci distantia et quod villam urbanam ipsam in Sabina illa valle sitam fuisse haud ambigue in pluribus locis ut Epist. 1, 10. 16. Sat. 2, 6. (nam Sat. 2, 3, 5—10. nunc non curo) significat Poeta. Restat igitur Tiburtina illa domus, quam fama posteritati larga tradidit manu. At quis est, qui famam gliscentem atque vana saepe et ingentia dicentem pro re comperta habeat! Etenim illam ipsam, quae hodie de domo Tiburtina prodita memoria est, jure meritoque in dubium vocat *αὐτόπτης Fea* I. p. XLIII. ed. Both. Reliquum igitur erit, ut locis omnibus (quibus duodevicesima quoque Epistola sine dubio a. u. 734 scripta, in qua Horatius solius Digentiae mentionem facit, annumeranda videtur) rite perpensis credamus, Horatium posterioribus quidem vitae annis Tibur alternis incoluisse, sed ambigi, illane domus mercede quadam annua, an possessione, an liberalitate Augusti vel Maecenatis, quod mihi quidem veri simile videtur, ei patuerit. Conf. Epist. 1, 7. Idem fere, quanquam suo quisque modo sentiunt *Car. Passovius* N. 235., *Strodtmannus* in Progr. scholast. Flendsburg 1839. p. XXI sqq. („Probe einer neuen Uebersetzung des Horaz, nebst einer biographischen Scizze des Dichters“ etc.), *Paldamus* l. l. p. 36 sq. In hac autem rerum incertitudine nescio sane, quibus usus argumentis *Walckenaerius* I. p. 380. dixerit: „Cette année [721] Horace avait pris ce parti, et il paraît que sa fortune accrue, soit par la place de scribe du trésor qu'il occupait encore, soit par les largesses de Mécène, soit peut-être par ces deux moyens, lui avait permis de rebâtir où d'aggrandir la petite villa (Sat. 2, 3, 10) qu'il avait acquise à Tibur. Il ne semble pas avoir possédé alors ce domaine de Sabine dans le vallon de Digentia, dont Mécène lui fit don à une époque posterieure. Il n'en fait pas mention, et ce lieu eût été trop éloigné pour une absence aussi courte.“ Idem V. d. Horatium in villa Tiburtina (I. p. 270.) habitantem facit, quum is Septimium Od. 2, 6., quod carmen a. u. 718 scriptum opinatur, invitaverit. At vellem Vir doctissimus Germanis, quos bene novit talium rerum arbitros, attentiores aures praebuisset. Etenim Horatius si Sat. 2, 3, 5. 10. suam intellexit villam, ea non fuit alia ac Sabina, Maecenatis liberalitate sibi data. Conf. *Car. Frankii* Fast. Horat. p. 52. 116. In Od. 2, 6. nihil invenies nisi laudem quandam et praeconium Tiburis, quo Poeta, ut sibi aliquando liceat vitae

tabernaculum una cum amicissimo Septimio collocare, optat; id quod bene perspexerunt nostri interpretes. Vid. *Car. Passov.* l. l. N. 235. *Frank.* l. l. p. 176. De tempore scriptionis quaerere nunc non attinet. Neque sine aliqua causa possessionem villae Tiburtinae praeter ceteros negant *Capmartin de Chaupy* in „Découverte de la maison" etc. I. p. 58. II. p. 461 sqq. 372 sq., *Campenon* in ed. Horat. I. p. LXXII sqq.: „Recherches sur la maison de campagne d'Horace", ubi inter alia haec, ad meum quidem sensum, verissime scripsit: „Horace ne paraît point avoir été jamais assez riche pour acheter une campagne à Tibur. Si celle qu'il y habitait lui eût appartenu, il aurait eu mauvaise grâce à chanter la médiocrité. Il est plus naturel de supposer qu'elle appartenait à Mécène, qui fut en effet propriétaire d'un *beau Tiburtinum.*" Eadem dissertatio legitur in libello, qui inscribitur: „Untersuchungen über das Landhaus des Horaz" etc. Leipzig 1826. In eadem sententia sunt *Braunhardus* in Indice nom. propr. p. 197. et *Diintzerus* III. p. 126. Domum autem ab Horatio vere possessam affirmant ejusque situm describunt praeter eos, quos laudat *Fea* in ed. Both. I. p. XLI. Fea ipse ibidem, *Vanderbourgius* in ed. Hor. II. p. 612., *James Tate* in „Horatio restituto: or the books of Horace etc. Cambridge 1832 in dissertat. p. 1—89 [ed. 1837. p. 20 sqq.] praemissa. Illis addendi sunt qui, quamvis unus et alter de ipsa possessione dubitet, laudabilem imprimis operam in loco describendo collocarunt: *Heerkensius* in Notabilium libr. II. p. 29—34., *J. J. Gerning* in „Reise durch Oesterreich und Ital." Frankf. a. M. 1802. III. p. 167 sqq., *Kephalides* in „Reise durch Ital. u. Sicil." Lpzg. 1822. I. p. 133., *Haes* in Beckeri „Taschenbuch" 1824 p. XVII., *Ch. Müller* in „Rom's Campagna" etc. I. p. 163. 231. 247. sqq. 206. 277 sqq., *Sickler* in priore loco p. 9. et in posteriore p. 379, conf. ejusd. „Explication du plan topographique" etc. Rom. 1806 p. 37., Vir doctus quidam in Kuhnii „Freimüthigen" 1824 p. 804., *Aug. Traxel* in Gubitzii „Gesellschafter" 1830 p. 556., *Cornelia Knight* in Description of Latium. Lond. 1815. p. 235 et 240., *W. Waiblinger* „Wanderungen ins Sabinerland" in Wegweiser im Gebiete der K. u. W. zur Abendzeitung 1827. N. 66.; ejusdem „Reise in die Abruzzen und an den Fucinersee" in Zeitung für die eleg. Welt 1828. Nr. 238—35., *F. A. Sebastiani* Viaggio à Tivoli. Fuligno 1828. I. p. 96—105. II. p. 366—420., quocum conf. *Nibby* Viaggio antiquario etc. Rom. 1819. I. p. 194—200. et *J. H. Westphal:* „die Römische Campagne." Berl. u. Stettin 1829. p. 112 sq.

et *Hirzel* in „Ansichten von Italien.“ Leipz. 1823. I. p. 19. id est „*Miss Graham's* Sommeraufenthalt in den Gebirgen bei Rom im Jahr 1819“, *A. Weissenburg* („Bericht über die neuesten Ueberschwemmungen des Anio bei Tivoli“ etc.) in „Tübing. Morgenblatt“ 1827. Nr. 39. *William Gell:* Topography of Rome. Lond. 1834 p. 267 sqq. et quos in ipsa Tiburis descriptione laudat *Walckenaerius* I. p. 347—351. Hoc unum addendum videtur, illas Anienis aquas jam non ex edito desilire, postquam Gregorius XVI. pontifex max. ad Anienem infrenandum perfosso monte a. Ch. 1835 alveum opera *Clem. Folchi* equ. architecti aperiendum curavit. Vid. „Abendzeitung“ 1835. N. 281. p. 1124. Sed ne ex hac disceptatione, cujus onus nobis imposuit importunus hominum eruditorum dissensus, asymboli discedamus, locis ac scriptoribus ante laudatis, qui Tibur et quae circa sunt summis saepe laudibus extulerant, addere libet aliquot alios. Si ad Horatianos illos locos comparaveris *Janium, Mitscherlichium, Lübkerum* cum *Schillero* in „Commentar zu einigen Oden“ I. p. 91. *Bentl.* ad Epod. 1, 29. et *Seebod.* in „Scholien“ etc. I. p. 7. videsis quos citant *Nic. Heinsius* ad Ovid. Amor. 3, 6, 46. *Broukh.* et *Burm.* ad Prop. 4, 7, 81. 82. cf. 2, 23, 43. 3, 14, 3. 4. ille et *Dies.* ad Tib. 2, 5, 69. cum interpp. ad Cic. Phil. 5, 7, 19. *Drakenb.* ad Sil. Ital. 4, 225. 8, 366. 12, 539. *Burm.* ad Anth. lat. 6, 77, 9. II. p. 549. *Heyn.* et *Wagn.* ad Virg. Aen. 7, 81—84. 670. et Excurs. VI. p. 159. VIII. p. 166. *Forbig.* ad 7, 630. *Markl.* et *Hand.* ad Stat. Silv. 1, 3. quibuscum conf. *J. G. Doelling:* „Die Villa des Manlius Vopiscus bei Tibur oder die dritte Sylve des P. Statius übersetzt und mit einigen Anmerkungen versehen.“ Plauen bei Schmidt 1838. *Wernsd.* ad Colum. de C. H. 138. VI. p. 68. *Rupert.* ad Juv. 3, 192 et Schol. ibi, *Kopp.* ad Martian. Cap. 6, 642. Strab. 5, 3. p. 386 ed. Tauchn. *Raphael Volaterran.* Comment. urb. p. 195. ed. 1603. Veteris Latii antiquitatum ampliss. collect. Rom. 1776. I. 1., Tyburtinorum rudera. De *domo Albunea* praeter ceteros audiendi sunt interpp. ad Lactant. Inst. 1, 6, 12. Dissertazioni sopra la villa d'Orazio, par D. *Dominico de Sanctis.* Roma 1784. p. 23 sqq. *von Bonstetten* „Reise in die class. Gegenden Roms, übersetzt von *Schelle.* I. p. 315 sqq. H. in „Allgem. Encyclop.“ Lpzg. 1819. II. p. 400 sq. *Hartung.* „Religion der Römer.“ I. p. 132. *Walckenaer.* l. l. p. 348. De conditoribus Tiburis conf. nunc *Grotefend.* „Zur Geographie und Geschichte von Alt-Italien. III. p. 15. 44. IV. p. 52.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA IX.

AD CLAUDIUM NERONEM.

Septimius, Claudi, nimirum intellegit unus,
Quanti me facias: nam quum rogat et prece cogit,
Scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,

Ad Claudium Neronem. Mss. Lips. 2. 3. Berol. 2. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. 98. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. et vulg. *Ad Neronem.* Ms. Dess. 2. *Claudio Neroni.* Ms. Sant. *Qu. Hor. Fl. Claudio Neroni S.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. — V. 1. *Septimus* (Dess. 2.) e *Claudi.* Ms. Guelf. 1. — *intellegit.* Mss. Pulm. 1. 2. Cruq. 1, a—d. Orell. Sc. Edd. Cun. Oberl. Praedic. Cf. ad 7, 64. — V. 2. *facies.* Ms. Berol. 1 a 1. m. — *nam quum.* Mss. Lamb. 1, tres. 2. 3. 6. 7. 9, un. 8, un. et un. ap. P. Victor. (Var. Lectt. 20, 9.) omn. Pulm. Cruq. Torr. Combb. Val. Pett. Ik. quinque ap. Bersm. plurimi ap. Fe. Orell. bSc. Guelf. omn. et Lips. Berol. 1. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Derv. 1. 2. (de Corbei. in tota Epist. nil est annotatum) cod. Mentel. mss. Mon. a. b. c. d. e. f. g. et Victor. Edd. Lamb. Cruq. H. Steph. Min. Bersm. Chab. de Maroll. Zurck. Bentl. vulg. *nam me.* Mss. alq. Lamb. Fe. 1, k (a 2. m.) t. (a 2. m.) Berol. 2. Rudolst. Mon. l. m. Ed. princ. ap. Fe. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 520. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Glar. Vascos. Irenic. Xyl. Fabr. Bas. 580. Palm. 581.

Dignum mente domoque legentis honesta Neronis;
Munere quum fungi propioris censet amici,
Quid possim videt ac novit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem;
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriae, mihi commodus uni.
Sic ego majoris fugiens opprobria culpae

Biedm. et al. qu. laudat Fea, qui ipse recepit. Male, est enim duplex protasis ut 1, 44., quam Victorius quoque tuetur, sed sinistre interpretatur. — *cogit*, [:] *Scilic.* Sic dist. edd. Ald. 519. (in ed. 501. nulla distinctio) Glar. Irenic. Xyl. Fabr. Pulm. Min. Rod. Dac. Gesn. Oberl. Comb. Zeun. Bad. Praedic. Fe. Ik. Doer. Jahn (qui def.) Zell. Schm. Hoched. Web. Pass. Braunh. Meinek. Orell.; contra *cogit Scilicet, ut* etc. praeter edd. Lamb. Cruq. Torr. Bersm. Chab. Bas. 580. Bentl. al. mult. etiam Wakef. Wetz. Hunt. Both. (qui def. ad Fe.) Camp. Pott. Charp. Amar.

V. 4. *domuque.* Ed. Feae. Hanc Ablat. formam, quam ille praeter 7, 53. ubique servat, defendit ad Od. 1, 3, 29. Eandem nulla fere librorum mss. auctoritate innixi Horatio intruserunt Baxt. Gesn. al. in Epist. 2, 2, 199. Post *Neronis* puncto incidit Fea, quae distinctio a recepta scriptura v. 2. satis excusatur; sed plane errat quum eadem distinctione utitur Dacerius, quod, quanquam bis scripsit *quum* et v. 2. et v. 5, tamen easdem particulas pari passu currere negat. At fons erroris est in perversa explicatione *et cogit* i. e. etiam cogit. Contra hominem popularem sobrie disputat Sanadonus. Cetera versu male facto offensus imprimis est *Bothius*, quam quidem Poetae culpam ita amovere studuerunt, ut alii versum incuria fusum, alii consulto ita compositum affirmarent. Vid. Schmid. et Orell. ad h. l. Kirchner. ad Sat. p. XLI. LXIV. C. Passov. N. 261. Paldam. in Jahnii NJbb. 1835. XV. 1. p. 88. et Düntz. ad h. l. p. 106.

V. 5. 6. *Munere confungi.* Ms. Ik. 6 et Mon. g. *Munere jam* (sed in rasura) ms. Orell. b. *Munere me.* Ms. Mon. e. *tum fungi.* Conj. Victor. — *proprioris.* Edd. Ven. 479. 83. 92. Lips. 492. ?! — *censet propioris.* Ms. Ik. 5. Post *amici* perperam puncto dist. alqt. edd. ut Junt. 514. 19. Ven. 520. Fabr. Pulm. Bas. 580. — V. 6. *Quod.* Ms. Guelf. 3. — *possum.* Mss. Bad. 1. Ik. 6. Berol. 1. Guelf. 2. 4. — *et novit.* Ms. Fe. 1, i. Guelf. 3. Mon. e. *agnovit.* Ms. un. Bersm. Ik. 1. Lips. 2. Mon. c. i. cod. Mentel. Ed. Vascosan. *ac movit.* Mendose alq. vett. edd. — *validius.* Ms. Guelf. 5. Mon. e. *validus.* Vitiose edd. Ven. 479. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. al. Quid quum veteribus edd., tum earum consensui tribuendum sit, ex talibus exemplis bene perspicitur. Quae de earum in re critica auctoritate in Praefat. p. XV. disserui, iis non leve pondus nuperrima eleganti disputatione *C. F. Hermanni* in Lectt. Pers. p. 4. additur.

Frontis ad urbanae descendi praemia. Quodsi
Depositum laudas ob amici jussa pudorem,
Scribe tui gregis hunc et fortem crede bonumque.

V. 7—11. *scripsi.* Ms. Mon. e. Schol. vel: „*dixi.*“ — *excusantis.* Ms. Mon. f. — *Vinxisse.* Ms. Mon. l. *fixisse* cum Schol.: „*composuisse.*“ Ms. Mon. g. — *putaret.* Ms. Gott. 2. — V. 10. *fugiens et propria.* Ms. Ik. 4. — V. 11. *praemia?* Sic dist. ed. Chab.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM NONAM.

LIB. I.

In hac Epistola, quae in communi quasi vita versatur, Horatius Tiberio Claudio Neroni Septimium tanta commendat humanitate tantaque urbanitate, quanta potest esse maxima, ut *Gesnerus*, *Wielandius*, *Doeringius* hanc Epistolam recte dixerint *perfectum commendationis exemplum*. Quod quam sit verum, si alias contuleris literas commendaticias ut Ciceronis ad Div. 13, 11—72. et Plinii 2, 9. 13. 3, 2. 4, 15. 6, 6. 8. 9. 7, 22. 31. 9, 21. 10, 3. 11. 19., facile intelligitur. Verecunde enim petit Poeta a Tiberio, ut hominem *fortem bonumque* atque ob eam rem benevolentia ipsius non indignum in suam recipiat familiaritatem urbaneque addit, quomodo petitio hominis amicissimi, quantum apud patronum ipse valeret non ignorantis, hanc ejus commendandi sibi imposuerit necessitatem. Itaque ne amico admodum petenti et precum vi quasi cogenti deesset, se maluisse ait omnem pudorem apud Neronem deposuisse videri, quam ab amico et neglecti officii et benevolentiae erga eum non habitae argui.

Septimium eundem esse, cui Horatius inscripserit carmen illud (Od. 2, 6.): *Septimi, Gades aditure mecum*, uno ore affirmant Acro, Porphyrio et Scholiastes Cruquii, quapropter ii viderint, qui

testimonio Scholiastae Cruq. ad Epist. 1, 8, 9. *Titium* cognominantis *Septimium* confisi eundem ibidem repererunt; in quo virorum consentientium numero *Walckenaerium* quoque esse (I. p. 271. II. p. 39. 121. 143), non magnopere miror. Acutius vidit *Eichstadius* in *Censura noviss. obss. in Horat. Epist. ad Pisones* p. IV. (Parerg. Horat. ed. Ernest. p. LIII.). Ac ne res integra meris conjicientium conjecturis demuo in dubium vocetur, lectores ablegandi sunt ad annotata ad 3, 9. p. 206. coll. Lübk. ad Od. 2, 6. p. 233. Quodsi incertum est, num Tiberius Poetae optatis responderit, id veri similius videtur esse, Septimium, quem Scholiastae ad carmen illud *equitem Romanum* vocant, Augusto sive tum sive postea fuisse carum acceptumque, quod quidem ex vita Horatii apud Suetonium satis apparet. Idem sentiunt *Sanadonus*, *Vanderburgius*, *Bothius*, *Schmidius*, *Car. Schillerus*, *Diintzerus*, alii. Si autem reperiuntur, qui sibi persuadeant, Poetam hac in Epistola adulatum esse Tiberium, Augusti privignum, contra alii, qui imprimis propter versus male tornatos et hic v. 4. et 2, 2, 1, malignam laudationem suspicentur, neutrius partis sententia mihi probanda videtur. Laudavit enim Horatius vere et ex animo pro sua, quam cum Tiberio contraxerat necessitate, quod quidem ne quis Poetae vitio vertat impedit rerum quae tum fuit conditio. Tiberius enim ab ineunte aetate ita fuit temperatis moderatisque moribus, ut severitatem cum humanitate haberet junctam. Veram laudem in aliis quoque locis video, ut Epist. 2, 2, 1. Od. 4, 4, 28 sqq. 14, 14 sqq. Conf. *Frank.* Fast. Horat. p. 215 et quae de Tiberii moribus vel in laudem vel in vituperationem plus aequo proni nuperrime dixerunt *K. W. Krüger* in Zimmerm. „Zeitschrift" etc. 1836 p. 1107., *Wigand* in Progr. schol. Berol. 1840: „Kaiser Tiberius, ein Beitrag zur Charakteristik desselben", *H. Rättig* in Progr. Wittenb. 1841: „Tiberius Nero Caesar im Verhältniss zu der Fürstlichen Familie", *Walckenaer.* II. p. 40. 431. Quapropter dissentio cum *Weicherto* in Poet. lat. Reliq. p. 378. Horatium Tiberii vere studiosum et amantem fuisse si non neganti, at certe dubitanti; quare etiam nollem scripsisset *Doeringius*, „Horatium in commendando Septimio gratiam, qua ipse fructus esset apud Tiberium, *gloriose* extulisse," neque hodie retracto, quae olim loco p. 356 laudato in *Weicherti**) *Prolus.* I. *de Qu. Hor. Fl.* Epistolis p. 5

*) Idem Vir d., qui non magis doctrina quam humanitate praestat, in *Lectt. Venus. Libello* Grimae 1843. edito p. 68. *Jacobsio* monenti, non

disputavi, quum Vir doctiss. censuisset, hanc Epistolam „nulla alia de causa posthac in lucem emissam esse, nisi ut Hor. aequales suos edoceret, quae sibi cum privigno intercederet necessitudo quantaque apud eum polleret auctoritate et gratia“ etc. Praeterea tantum afuit, ut Horatius principum virorum familiaritates captaret adeptisque gloriaretur, aut quid de ipso aequales sentirent anxie curaret, ut contra suo modulo contentus id sequeretur, ut placeret viris virtutum laude quicumque essent insignibus. Conf. *Fr. Jacobs.* V. p. 81 sq.

Quum tempus, quo haec Epistola scripta sit, definiri nequeat, conjici licet, Tiberium comitem fuisse Augusti, quum is medio anno 732. Roma profisceretur, ut expeditioni in Parthos suscipiendae susceptaeque interesset, qua quidem rerum conditione Horatium per literas paulo ante Tiberio, qui ubique comites et habuit et in suum consortium viros probatissimos admisit, Septimium commendasse. Idem fere sentiunt *Massonus* (Vit. Hor. p. 258), *Oberlinus, Wetzelius, Mitscherlichius, Kirchnerus, Weichertus* (Poet. lat. Reliq. p. 378. 376.), *Orellius.* Alii tempus scriptionis in annum 734., quo ipso Tiberius exercitum in Parthos duxit, conferunt ut *Haberfeldus, Schmidius, Hochederus, Frankius* (l. l. p. 205). Quid, quod *Sanadonus, Mervillius, Dorighello* Epistolam anno 731. scriptam opinantur, quae quidem opinio ex eo errore profecta videtur, in quem majore cum fraude incidit *Walckenaerius* (II. p. 41.), cujus aliquot verba, ne maligne interpretatus esse videar, huc transscribam: „La maladie d'Auguste et la crainte qu'on avait eue de le perdre avaient fait éclater toutes ces haines, toutes ces rivalités, toutes ces prétentions ambitieuses. Ce qu'avait fait Auguste, lorsqu'il s'était cru près de son dernier moment, avait fortement méconté Marcelle et sa mère, qui, lorsqu' Auguste fut rétabli, eussent assez de crédit auprès de lui pour obtenir qu' Agrippa et

---

videri hanc Epistolam vanae ambitionis causa scriptam esse, lubens dat manus. De poeticis autem studiis, quibus Septimium deditum fuisse conjicit *Düntzerus* p. 103., nihil neque affirmaverim neque negaverim. Veri similius autem est, quod idem ex silentio de Septimio in Epist. 1, 3. servato effici vult, Septimium in Parthicam expeditionem profectum non esse, sed Romae mansisse videri. Ceterum de Titio Septimio, quem jam pridem ex Horatio expulisse nobis videmur, eundem interpretem ibi habemus adsentientem, quia, quod caput rei est, Scholiastes Cruquii propter nomina et alias vel addita vel ficta pro locupletissimo teste haberi nequeat. Hoc ob *Walckenaerium* monuimus, quippe qui novissimus Titii illius exstiterit patronus.

Tibère fussent éloignés. Le premier fut nommé gouverneur de Syrie, et on chargea Tibère d'aller visiter et de régler les autres provinces d'Orient, où l'empereur avait le projet de se rendre en personne. Agrippa ne se méprit pas sur les motifs de cet exil déguisé; il partit, mais il s'arrêta à Lesbos, et envoya un de ses lieutenans gouverner la Syrie. Tibère s'apprêtait à obéir, et étoit sur le point de quitter Rome, lorsqu' Horace lui recommenda Septimius, qui désirait faire partie de son cortège en Orient." Quod Vir doctissimus Tiberium in Orientem missum dicit, ne Marcello obsisteret, id in Agrippam cadit, non item in Tiberium teste Dione Cassio 53, 32., quocum consentit Suetonius in Vita Tib. 10., qui Tiberium Roma discessisse exemplo M. Agrippae ait, „qui M. Marcello ad publica munera admoto Mytilenas abierit, ne aut obstare aut obtrectare praesens videretur." Cf. Vit. Octav. 66. Istum autem Tiberii discessum post annum 734. quidem et multo posthac factum puta (vid. Wolf. et Walth. ad Tac. Ann. 1, 4, 6. interpp. ad Dio. Cass. 55, 9.), propterea quod Tiberius Rhodum navigavit, cujus et amoenitate et salubritate jam inde captus esse a Suetonio (c. 11.) dicitur, „quum ad eam ab Armenia rediens (i. e. anno 734. teste Dione Cass. 54, 9. coll. annot. ad Epist. 1, 3. p. 200) appulisset." *Sanadonus* autem et *Dorighello* loco praesertim Velleji 2, 94. in errorem inducti sunt: „*Nec multo post missus ab eodem vitrico cum exercitu ad visendas ordinandasque quae sub Oriente sunt provincias.*" Verba autem Velleji spectant ad annum vel 733. vel 734., quo Tiberius Armeniam ingressus est. De anno 731. (quem eundem *Doeringius* ad Od. 2, 6. p. 138. ed. Regel. statuit) ne potuit quidem cogitare Vellejus, quoniam paulo ante Tiberium undevicesimum annum agentem Romae quaestorem fuisse dixerat. Quae autem *Sanadonus* (Oeuvres d'Horace. Amsterd. 1735. I. p. 311.), *Dorighello* (I. p. XXVIII.) et *Walckenaerius* (II. p. 40.) de Augusti testamento, quo Marcellum sibi successorem delegerit, causa omnium malorum i. e. discessus et Agrippae et Tiberii, enarrant, ea longe aliter apud Dion. Cass. 53, 31. (coll. Senec. ad Polyb. 34. Freinsh. Supplem. Liv. 135, 29.) leguntur. Sic tres illi viri vera miscuerunt falsis, qui error ne latius reperet hac nostra observatione cavendum fuit.

De elegantia quum totius Epistolae, tum de aliquot locis disseruit *Ch. Fr. Stadelmannus* in Progr. schol. Dessav. 1833: „De Qu. Horatii Fl. Epistola ad Tiberium ejusque versu 11." vertitque

eam una cum Epistola 2. 5. 13. 16. in patrium sermonem *Guttmannus* in Progr. schol. Schweidnitz. 1836: „Auserlesene Briefe des Horaz übersetzt von“ etc.

V. 1. 2. *Septimius — prece cogit.* Commendatur *Septimius*, qui, ut testantur Scholiastae ad Od. 2, 6., commilito olim fuit Horatii. Conf. *C. Schilleri* Commentar. p. 86. Quod dicit „*nimirum intelligit unus, Quanti me facias*“ est: haud dubie, δηλονότι, intelligit optime omnium. Sic Epod. 12, 4. *sagacius unus odoror.* Sat. 2, 3, 24. *domos mercarier unus Cum lucro noram.* Conf. Sat. 2, 6, 57. Cic. Tusc. 2, 18, 43. Epist. ad Div. 13, 28, 10. [Male talibus locis utitur Bentlejus ad A. P. 32., nam ibi *faber unus* dicitur ut Cic. de Or. 1, 29, 132. *unus paterfamilias*, de quo loco vide Klotz. ad Tusc. 1, 12, 27. et Weissenb. Lat. Schulgr. §. 229, 1.] De particula *nimirum* ut 14, 11. praeter *Schmid.* ad h. l. dixerunt Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 22, 52. Zumpt. ad Cic. Offic. 2, 20, 10. Verba autem ipsa nihil aliud significant nisi Septimii quandam in Tiberii consortium sese insinuantis audaciam, quae, dum praetenditur, urbane extenuatur, verecunde excusatur ut infra verbis: *novit me valdius ipso* ab ipsoque Horatio culpa importunarum precum removetur. Hinc dubito, num rem acu tetigerit et *Zeunii* explicatio, cui suffragatur *Orellius:* „Ergo metuendum non est, ne te commendatione aliorum obtundam“ et *Bothii:* „Nam neque ipse scio, nec credo.“ — V. 2. *quum rogat et prece cogit.* Plin. Epist. 2, 13, 11. *Rogat enim et quidem efficacissime, qui reddit causas rogandi.* Ibid. 9, 21, 4. *Vereor ne videar non rogare, sed cogere, si precibus ejus meas junxero.* Ovid. Met. 7, 46. *cogamque in foedera testes Esse deos.* Torrentius laudat senarium illum (Syr. Sentent. 136. ed. Both.): *Cogit rogando qui rogat potentior.* In promptu autem est, his verbis Poetam sibi ipsi parare ad Tiberium excusationem.

V. 3. *Scilicet — coner.* Sic Epist. 2, 2, 44. *Scilicet ut possim curvo dignoscere verum.* Sat. 2, 1, 70. *Scilicet uni aequus virtuti* etc. Od. 2, 14, 9. *scilicet omnibus Quicumque terrae munere vescimur.* Particula autem *scil.* verborum quae sequuntur vis vel significatur, vel augetur imprimis verbi *coner*, quo et Horatii ausum libertatemque et Septimii importunitatem excusari recte dicit *Dorighello.* Quamobrem loci elegantiam ii infringunt, qui particulam *scil.* cum antecedentibus jungunt. Confer igitur, quae de vario hujus voc. usu disputant Voss. et Forbig. ad Virg. Ge. 1, 282. Stürenb. ad Cic. pr.

Arch. 5, 11. Kritz. et Herzg. ad Sall. Jug. 31, 19. Madv. ad Cic. de Fin. 5, 1, 3. Zumpt. ad Cic. Offic. 2, 1, 8. Verba autem *commendandi* et *tradendi* in hac re usitatissima esse constat; Heind. ad Sat. 1, 9, 47. et Herzog. ad Sall. Cat. 35, 5.

V. 4. *Dignum — Neronis.* Ad has laudes *Tiberio Claudio Neroni* admodum juveni et de egregia animi vi, *mente*, et de claritudine generis, *domo*, impertitas faciunt loci supra jam laudati Od. 4, 4, 25 etc. (ibiq. Mitsch. et Orell.) et Epist. 2, 2, 1. (Schm. ibi), quibus adde Tac. Ann. 6, 51, 2. *Tempus egregium vita famaque, quoad privatus vel in imperiis sub Augusto fuit* etc. Vellej. Pat. 2, 94, 2. *innutritus coelestium praeceptorum disciplinis, juvenis genere, forma, celsitudine corporis, optimis studiis maximoque ingenio instructissimus.* Suet. Tib. 21. 26—40. Dio Cass. 57, 7—13. et quam citat *Orellius* Philon. Legat. ad Caj. 6. p. 83. 21. p. 104. 26. p. 109. Lips. Eckhel. D. N. VI. p. 182 sqq. Kritz. ad Vellej. Paterc. p. XXX sqq. Nescio autem, num voce *Neronis* h. l. idem senserit quod Od. 4, 4, 28. *Nerones. Fortes creantur fortibus,* cujus loci elegantiam ex Sabina lingua, qua Nero *fortis* ac strenuus sit, explicandam proposuimus in Jahn. N. Jahrbb. 1838. XXIII. p. 380. coll. Suet. Tib. 1. A. Gell. 13, 22. Jo. Lyd. de Mens. 4, 42. (ibiq. Röth.) et de Magistr. 1, 23. Nobis nunc assentitur *Düntzer.* ad Od. p. 366. Hac eadem observatione illustrantur ea, quibus offensi sunt aliquot interpretes: Sic enim *Düntzer.*: „Auffallend ist V. 4. das *Neronis* nach der Anrede *tibi.* Die Worte *dignum* bis *Neronis* sind als Worte des Sulpicius selbst zu fassen; so wollte er empfohlen sein. *Dacier* meint, es sei lächerlich, dies als Worte des Septimius selbst zu nehmen. Das *coner* V. 3. drückt *Merkel* zu stark aus durch den Ausruf *wie kühn!*“ At illum particulam *scilicet* ita vertisse videt quicumque „limis non rapit.“ — *legentis honesta* non est, ut Schol. Cruq. explicat: „diligentis*) honestos amicos“, sed honestissimum quemque eligentis et in suam familiaritatem recipientis, ut A. P. 44. Similiter dixit de Maecenate suo Sat. 1, 6, 51. 63. Quodsi hic interpp. plerique virtutes animi ingeniique a Tiberio in suis comitibus requisitas recte vident, sunt tamen et alii, qui Tiberii studia poetica vel omnino artium liberalium culturam significata intelligunt; de iis vide Suet. Tib. 70. coll. *J. Held. Additamenta ad literatur.*

*) Sic ego quoque vidi in ed. 1611. p. 545., quicquid dicit *Düntzer.*, quanquam erratum esse non nego.

Rom. historiam. Schweidnitz 1839. *Weichert. Imperat. August. scriptorum reliq.* Grimae 1840. p. 105. Mentem autem Horatii non tam Septimium quam Tiberium laudibus mactantis parum assecuti sunt *Baxterus* et *Zeunius*, quorum ille „dignum amicitia et mensa," hic „dignum prudentia et domesticis" significatum vident [similia tentarunt *Lambinus*, *Rodellius*, *Despr.*, *Juvenc.*, *Doeringius*, *Campenon*]. *) Toto coelo quam aberrent ii, qui in versu claudicante tergiversantem poetam animadvertant, ex toto sententiarum ordine efficitur. Neque vero versum casu, quod quidem opinatur *Paldamus*, sed consulto velut a poeta quasi abnormi compositum dixerim, ita ut Horatius a poematum rigore alienus Neronis laudes libere videretur profundere. Nihil enim ille ut alter Homerus molitur inepte.

V. 5. 6. *Quum — ipso.* Male hunc versum olim tractavit *Victorius* (V. L. 20, 9.), quum Septimium duo poscere opinaretur, ut se commendaret Horatius praetereaque suo studio faceret, ut honestum aliquem locum apud Tiberium obtineret, *Quum censet* igitur esse: „tum postulat, aequum judicat, fungi apud te." At non *se*, sed *me* intelligi jam sensit Schol. Cruq. De hac Pronominis personalis ellipsi vide praeter alios Huschk. et Diss. ad Tib. 1, 3, 27. Pabst. Ecl. Tacit. p. 315. Similiter errant *Dan. Heinsius* et *Rappoltus*, quum volunt: „quum me vult fungi;" quod quidem ex v. 2. 3. jam intelligitur. Sententia nulla alia nisi haec: „quum me ex tuis intimis esse existimet." *Propioris* ut Val. Fl. 3, 205. *Regis amicitiam et famuli propioris honores — tulit.* Similiter Tac. Ann. 4, 12, 3. *Agrippinae proximi.* Argutantur autem cum *Marcilio Zurckius* et *Dacerius*, quum hic quasdam amicorum classes factas *libroque amicorum* inscriptas significari opinantur in eam rem laudatis Senec. de Benef. 6, 33. 34. de Clem. 1, 10. Suet. Tib. 46. Lamprid. in Alex. 10. Contra disputat *Sanadonus.* — V. 6. *Quid possim.* Symmach. Epist. 1, 106. *Posse aliquid amicitiis existimor. Hinc spes oritur, quae Theophilo clarissimo viro tuam operam de meo sermone promittit.* De synon. *videt ac novit* recte disputat *Hocheder.* et de forma *valdius* (A. P. 321. *Valdius oblectat popu-*

*) *Düntzerus* quoque p. 107.: „Der Geist des Tiberius (*mens* ist nicht blos Herz. Vgl. carm. 1, 31, 18.) machte seinen Umgang sehr erfreulich; diesen Umgang zu geniessen, das *Haus* des Tiberius (Sat. 1, 9, 49. Epod. 2, 8.) kennen zu lernen, unter die Zahl seiner Freunde aufgenommen zu werden, verdient *Septimius*."

lum) *Spalding.* ad Quintil. Inst. 10, 3, 12. ap. Frotsch. *J. Merkel* auctore Vossio: „Sieht er mit schärferem Blick als ich, wieviel ich vermöge.“

V. 7—9. *Multa — commodus uni.* Sententia: „Attuli multas quidem causas, quibus munus amici commendandi mihi impositum deprecarer, sed ejus precibus me vinci tandem passus sum, quum timuissem, ne meam apud te gratiam nimis extenuare et dissimulare viderer.“ — *cur excusatus abirem* ex interpretatione Scholiastae Cruq.: „*ut*,“ quam non addita correctione ab *Orellio* repetitam miror. Est enim orationis contractio quaedam, cujus explicatio petenda est ab *Handii* Turs. II. p. 178. — V. 8. *mea ne finx. minora putarer*, i. e. mea commoda sive id, quod apud te possem. Sic recte *Schmidius* et *Hochederus* contra *Bothii* explicationem parum accuratam: „*me*.“ Frustra enim laudat Terent. Eun. 5, 8, 36. *Non cognosco vestrum tam superbum* et Plaut. Trin. 2, 6, 44. *nosco tuum*. At vide Ruhnk. ad illum loc. *Meum* enim absolute, quod apud me est, a me proficiscitur; hinc vel mei juris vel mei ingenii. Sic τὰ ἐμὰ ap. Evang. Luc. 15, 31., paulo aliter οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι Matth. 20, 23., de illo locò conf. *Alberti* Obss. Philol. p. 118. Sic restitue ap. Lactant. de Opif. D. 19, 3. *pater inspirasse animam de suo nullo modo sentit*, ubi Bünem. scripsit *sua*, conf. Cort. ad Lucan. 3, 130. In sententiam *Lambinus* comparat Aristot. Eth. Nicom. 4, 3. ὁ δὲ εἴρων δοκεῖ ἀφνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν. Cic. Acad. 2, 5, 15. Similiter Sat. 1, 10, 13. *urbani, parcentis viribus atque Extenuantis eas consulto*. Hinc per appositionem additur: *Dissimulator opis propriae*, quem conferunt *Hugo Grotius* ad Prov. Salom. 13, 7. et *Casaubonus* ad Theophr. Char. 1. p. 21. ed. F. Ceterum *opis* ut Sat. 1, 2, 74. (ibiq. Heind.) *Dives opis natura suae. Orellius* confert Virg. Aen. 1, 601. *grates persolvere dignas Non opis est nostrae, Dido.* — *mihi commodus uni. Guttmann:* „Aber aus Furcht er könne vermeinen, ich heuchle nur Demuth, Schmälre die eigne Macht, nur mir zu nützen beflissen.“ *J. Merkel:* „Aber ich fürchtete endlich den Schein unedeler Selbstsucht, Wenn ich zu klein darstellte die Kraft, für die Freunde zu wirken.“ Illis verbis Poeta non tam devitare videtur commune omnium hominum vitium a comico poeta notatum, quo *omnes sibi melius esse velint, quam alteri* quodque Paulus in Epist. ad Corinth. 1, 10, 24. Christianis cavendum docet, uti opinatur *Chabotius*, quam illud virorum aulicorum, quo metuunt,

ne minus apud principes gratia valeant ipsi, quo magis alios apud eosdem faciant gratiosos. Talibus aulicorum artibus refertus est liber ille nostratibus non satis cognitus: *Speculum vitae aulicae. De admirabili fallacia et astutia vulpeculae Reinikes libri quat.* etc. auctore *Hartmanno Schoppero,* Novoforense Norico. Francof. ad Moen. 1579. p. 17 sqq. Conferre Ciceronem quoque juvabit, qui de alia quidem re ad Div. 3, 8, 28. *me esse* ait *acerbum sibi, ut sim dulcis mihi* et de ipsis literis commendaticiis 5, 5, 1. *non quo eas intelligerem satis apud te valere, sed ne iis, qui me rogarent, aliquid de nostra conjunctione imminutum esse ostenderem.* Plin. Epist. 6, 8, 9. *rogo, oro, des operam, ne ille se, quod validissime vereor, a me, ego me neglectum a te putem.* De verbo *commodus* vid. Lamb. et Mitsch. ad Od. 4, 8, 1.

V. 10. 11. *Sic — praemia.* „Sic me potius oportuit mea audacia tibi importunum esse quam dissimulando majorem maligni in amicum animi culpam in me conferre.“ Illam autem importunitatis quasi necessitatem indicant verba: *Frontis ad urb. desc. praemia,* quae propter varias interpretum interpretationes jam pluribus illustranda sunt. *Descendimus* enim ad id, quod ob gravem aliquam conditionem nolentes volentes facimus. Cic. Lael. 17, 64. *Ad calamitatum societates non est facile inventu qui descendat. Id. pr. Quint.* 16. *viri boni, quum palam fraudantur, quum experiundi potestas non est, timide tamen et pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inviti.* Liv. 23, 14, 3. (ibiq. Fabr.) *ad ultimum prope desperatae reipublicae auxilium, quum honesta utilibus cedunt, descendit.* Suet. Vesp. 4. *ut qui ad mangonicos questus sustinendae dignitatis causa descenderit.* Alia suppeditant interpp. ad Virg. Aen. 5, 782. Herz. ad Caes. B. G. 7, 33. B. C. 1, 9. Benek. ad Justin. 15, 1. Ernest. Clav. Cic. v. *descendere. Frons urbana* contraria *rusticitati* (Maximin. 3, 8.) vel *pudori subrustico* (Cic. Ep. ad Div. 5, 12, 1.) vel *pudori infanti* (Sat. 1, 6, 57.) est audacia pectoris et oris, licentia, qualis esse solet vel hominum in urbe viventium vel urbe politorum seu ut explicatur v. seq. *depositus pudor.* Conf. Acr. ad h. l. Hotting. ap. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 48, 107. Zell. Ferienschr. II. p. 78. Inde Mart. 11, 27, 7. *perfricuit frontem posuitque pudorem.* Lucian. pro lapsu inter salutand. 17. III. p. 297. Bip. *αἰδοῦς αὐτὸ σύμβολον καὶ ἀφιλείας ἐποιήσω καὶ ψυχῆς μηδὲν ἀγοραῖον καὶ ἔντεχνον ἐχούσης.* Symmach. Epist. 1, 90. *Vereor protelare testimonium meum, ne magis*

laudi ejus obsecutus judicer quam pudori. Nam quorum mens honesta est, eorum imbecilla frons est.) *Praemia* autem *frontis urbanae* dicuntur ut *doctarum hederae praemia frontium* Od. 1, 1, 29. ibiq. Lübker. *insani praemia scribae* Sat. 1, 5, 35. ibiq. Rodell. et Heind. coll. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 7, 20., i. e. insignia atque ornamenta, quibus sola gaudet *frons urbana*, ita ut tecte dixerit Poeta: „mihi deveniendum fuit ad egregiam illam perfrictioris frontis virtutem, quae una omnium in petendo excutit rusticum pudorem.“ Nostrates dicunt „die edle Gabe der Dreistigkeit.“ Idem senserunt interpretes *Vossius* et *Scheller*: „Uebt' ich der städtischen Stirn' auszeichnende Gabe;“ „Gab ich zu dem mich her, was städtische Stirnen begabet,“ simile quid *Baxterus* et *Schirachius* (Clav. Hor. p. 288. 385.), ille, quum *praemia* dotes, hic, quum qualitatem diceret. At dici vix potest, quantopere in his tribus in alia omnia abierint interpretes. 1) *Descendi. Bothius* et *Braunhardus*: „*descendi* velut in arenam ad acquirenda praemia (Preise) frontis, h. e. impudentiae, qualis esse soleat hominum urbanorum, quibus fere datur, quod petunt.“ Hanc explicationem comprobat *Stadelmannus* p. 10 sq.**) Ac ne quid de explicatione v. *desc.* longe arcessita dicam, *pudor depositus* numne continuo fit impudentia? Quid? fuitne Horatius tam ferreus adulator, ut sese impudentibus ascripserit? At vereor, ne antiqui mores ex nostra dicendi consuetudine adulatoria judicentur. 2) *Frons urb.* Ut *fr. urb.* illis et *Janio* impudentia esse videtur, ita aliis significatio quaedam humanitatis. Sic *Bersmannus*: „ausus sum a te urbane petere

---

*) Locum Ciceronis de Provinc. cons. 4, 8. huc non pertinere recte docuit *Orellius*. Quapropter *Freundium* in Lex. lat. v. *urbanus* utrumque locum commiscuisse miror.

**) Is p. 12 explicat: „equidem me ad id consequendum accinxi, quod plerumque hominibus minus verecundis, sed alto vultu supercilioque incedentibus fastumque inanem impudenter fatentibus solet concedi. Neque vero a *Schmidio* h. l. erat addendum: „mit Besorgniss sich zu erniedrigen.“ Nam quamquam invitus hoc fecisse videri voluit Horatius, tamen haud fuit, cur metueret, ne haec Septimii commendatio ipsi contemtum et ignominiam apud Tiberium afferret; imo potius Horatius pro teneriori ipsius animi sensu (cf. Sat. 1, 6, 56 sqq.) et pro interna Tiberii indole externaque metum, ne audacior esse videretur molestusque illi fieret, expresit, neque vero, quum statim adderet: *quodsi depositum laudas pudorem* toto animo id metuisse videtur“ etc.

quod quasi praemium fero pudoris amici causa depositi“ et *Doeringius* in ed. min.: „ut officiosae urbanitatis laudem sectarer (ut sub urbanitatis specie commendarem tibi Septimium) me impelli passus sum.“ Praeiverunt *Landinus*, *Rodellius*, *Desprezius*, alii. Aliter *Dan. Heinsius:* „frons urbana est quam dicimus infirmam. Praemium infirmae frontis est, ut qui negare id quod petitur non audet, ei, cui alium commendat, parum verecundus videatur. *Heinsium* refutarunt *Rappoltus* et *Schmidius*. Contra *Marcilius* et *Dacerius frontem urb.* pro fronte scurrae habent coll. Plaut. Trin. 1, 2, 162. Hor. Epist. 15, 27. Suet. Vesp. 20., ut *praemia fr. urb.* sint „la récompense et le prix d'un bouffon.“ 3. *praemia.* Haec plerique simpliciter aut impudentis oris aut audaciae aut urbanitatis honorem, laudem, fructum vel quod τοῦ βραβεῖον instar est, accipiunt ita tamen, ut et in hac re sibi non constent.*) *C. Passov.:* „Hab' ich zum Lohn mich bequemt für die städtische Dreistigkeit.“ *Lambinus*, *Cruquius*, *Baxterus* praeeunte Scholiasta Cruq. *praemia urb. fr.* impudentiam dici sibi persuadent. Alii, ut *Orellius*, confidentiae jura, „Vorrechte“, significata opinantur; *J. Merkel:* „des Welttons Vorrecht, dreist zu begehren.“ Neglexit notionem *praem. Guttmannus:* „Stell' ich vor dir mich hin mit verwegner Stirne.“ Alii, ut *Sanadonus Dorighelloque* „meritorum praemia intelligunt, quae sibi aulici ut jus vindicent, nam qui diu in aula Principis versatus sit, eum jure quodam donari impetrandi ab illo beneficia.“ Ex sententia denique *Rappolti* „*praemium urb. fr.* opinio hominum est de gratia et auctoritate, qua Flaccus apud Claudium vel vere, vel ex sententia Septimii valebat; sententia igitur: eo cogitationis perveni, ut satius esse putarem, frontem obfirmare et hunc fructum consequi, ut auctoritate et gratia apud te valere dicar.“ Atque haud scio an idem senserit *Janius* in: „Erklärende Anmerkungen zu Hor. Satyren u. Episteln.“ p. 191. Iudicent igitur penes quos est judicandi de talibus rebus facultas et jus. Ad meum quidem sensum locus non

*) *Düntzerus* p. 110: „*Praemia urb. fr.* ist nicht der Preis, den die Dreistigkeit gewährt, sondern nach einem häufigen Gebrauche des Genitiv (*Obbarius* Epist. p. 214 sq.) ist die *Dreistigkeit der erlangte Preis selbst*; er ist auf den Kampfplatz getreten (descendi), um sich die Dreistigkeit als Preis zu erkämpfen. Also, er hat es gewagt, sich die Dreistigkeit seines Freundes wegen zu erkämpfen“ etc. Valde dubito, num haec explicatio assensum eorum ferat, qui teretes aures habent intelligensque judicium.

tanta laborat difficultate, quantam sibi erroris opinione finxit *Jones*, ut Poetam inepti poetae versum ineptum citasse dicendum sit.

V. 12. 13. *Depositum pudorem.* Sic 2, 1, 259. *nec meus audet Rem tentare pudor.* Cic. Ep. ad Div. 5, 12, 1. *Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam paene subrusticus: quae nunc expromam absens audacius.* Mart. 3, 68, 5. *deposito post vina rosasque pudore.* Sic Graeci αἰσχύνεσθαί τινα dicunt, de qua dictione erudite, ut solet, disputat *C. Fr. Hermannus* ad Lucian. Quomodo histor. conscr. oport. p. 250. — V. 13. *Scribe tui gregis hunc*, generatim ut *scribere legiones* ap. Sall. Cat. 32, 1. (ibiq. Herzog.) et *adscribere alicui* 19, 4. (ibiq. Porphyr.). Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 5. *Quo ex genere si quem forte tui cognosti amantiorem, hunc vero ad tuum numerum libenter adscribito.* Sic Graeci ἀναγράφειν τινὰ ἐν φίλοις. Quapropter dubito, num hic de libro sive albo amicorum agatur, in quo Septimius ut amicus *primae admissionis* inscribendus sit, ut opinantur *Marcilius, Dacerius, Orellius.* — *tui gregis*, hoc quidem loco „in cohortem amicorum (3, 6. 8, 2. 14.), sed alias (Epod. 16, 37. Sat. 2, 3, 44.) notio latius patet. Terent. Eun. 5, 8, 54. *unum etiam vos oro, ut me in vestrum gregem recipiatis.* Cic. Lael. 19, 69. *in nostro, ut ita dicam, grege.* Id. ad Attic. 6, 1, 7. *vellem te in tuum veterem gregem retulisses.* Sic, ut observat *Doeringius*, ap. Cic. de Or. 2, 62. et ad Div. 7, 33. sodales et aequales dicuntur *gregales.* Cf. Erasm. Adagg. 3, 6, 86. Genitivus autem eodem fere modo ut Od. 3, 13, 13. Sat. 1, 7, 35. Plaut. Mil. glor. 4, 2, 25. Eurip. Bacch. 1316. τῶν φιλτάτων ἀριθμήσει τέκνων. Theocr. 13, 72. Ὦλας μακάρων ἀριθμεῖται. Isocr. adv. Call. p. 700 ed. Wlf. τῶν φευγόντων ὀνομάζεσθαι. Cave omissum putes *unum*, quod vulgo faciunt. — *fortem crede bonumque.* Usitata quidem, sed ad Tiberii indolem accommodatissima laudandi formula. Cic. Epist. ad Div. 13, 77, 3. *M. Bolanum, virum bonum et fortem* — *tibi magnopere commendo.* Cic. pr. Mil. 2, 4. *bonis et fortibus viris; studia erga fortes et bonos cives.* pr. Sext. 52, 110. *fortem et bonum civem.* ad Attic. 8, 3, 1. *sitne viri fortis et boni civis.* Liv. 22, 59, 11. *bonis et fortibus militibus utemini.* Alia vide ap. Bentl. Orell. Reg. ad Od. 4, 4, 29. et cf. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 47. ed. 3. De simili formula *fort. et strenuus* diximus ad 7, 46. *Dacerius* comparat Graecorum καλὸν καὶ ἀγαθόν.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA X.

AD FUSCUM ARISTIUM.

Urbis amatorem Fuscum salvere jubemus
Ruris amatores, hac in re scilicet una
Multum dissimiles, at cetera paene gemelli

Ad Fuscum Aristium. Mss. et edd. vulg., adduut *Grammaticum.* Mss. Jk. 1. Lips. 2. 3. *Ad Aristium Fuscum Grammaticum in urbe commorantem.* Mss. Bland. ap. Cruq. *Qu. Hor. Fl. Aristio Fusco.* Ms. Santen. *Ad Arist. Fusc.* Ms. Gott. 2. Mon. c. l. Edd. Merv. Francis. De hac inversione vid. infra. — V. 1. *salvare.* Ms. Jk. 5. Guelf. 3. (a 1. m.) — V. 3. *at cetera.* Ms. Bland. antiquissim. ap. Cruq. mss. duo ap. Torr. et Bersm. un. (4) ap. Bentl. Oberl. C. Bad. 1. Fe. 3, c. (a 1. m.) 5, a. 6, a. (a 1. m.) Goth. Lips. 1. Hoched. b. d. Edd. Cruq. G. Fabr. 605. Piscat. Gymnic. Burm. 699. 713. Bentl. (qui def.) Cun. San. Merv. Phil. Sandb. Franc. Bask. Wakef. Wetz. Haberf. Bodon. Praedic. Zeun. Hunt. Daru. Gargall. Both. Zell. Schm. Hoched. Pass. Braunh. Meinek. Orell. *ad cetera.* Mss. et edd. vulg. etiam Lamb. Torr. Bersm. Fe. (qui def.) Camp. Pott. Doer. Jahn. Web. Charp. Amar (838). *ac cetera.* Ms. Dess. 1. (in 2. desunt haec verba) Edd. Pulm. 581. Fabr. 578. Dorigh. 780. (nescio an errore typoth.). *ob cetera.* Edd. Zar. 470. ed. vet. 474 ap. Maitt. Med. 477 ap. Gesn. De confusione harum partic. vide quos laudat Hand. ad Turs. I. p. 134. Scripturam *at*, quam tuetur Nic. Heinsius ad Ovid. Met. 9, 99. defendi et in Seebod. „Krit. Bibl." 1823. p. 1008 et in ed. 1. p. 9. Conf. Schmid. ad h. l. et in „Allgem. Schulzeit." 1828. II. Nr. 92. et in Jahn. „Jahrbb." 1831. III. 1. p. 21. Censor.

Fraternis animis; quicquid negat alter, et alter;
Annuimus pariter vetuli notique columbi.
Tu nidum servas; ego laudo ruris amoeni
Rivos et musco circumlita saxa nemusque.
Quid quaeris? Vivo et regno, simul ista reliqui,
Quae vos ad coelum fertis rumore secundo:

in „Lpz. Lit. Zeit.“ 1830. p. 652. Hand. ad Turs. II. p. 42. Bach. in Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw.“ 1834. p. 1037. et Orell. ad h. l. Contra *ad* tuentur Ouwens in Noctt. Hagan. 3, 5. p. 356. Mitscherl. in Racem. Venusin. Fasc. VIII. p. 7. Jacob. in Seebod. „Krit. Bibl.“ 1829. p. 418. alii. V. 3. et 4. delet Guyetus. — V. 4. *fraternisque an.* Ms. Fe. 7, b. — *neget.* Edd. Asc. 519. Irenic. 567. Bas. 580. *si quid negat.* Mss. alq. Lamb. Pulm. 1. Mon. b. — *unus et alter.* Ms. Mon. e.

V. 5. *noti vetulique.* Ms. Fe. 1, t. *vetuli pariter notique.* Ms. Bad. 3. *vetulis notisque columbis.* Mss. Cruq. 1, a. 3. et un. ut vid. Bersm. Conj. Lamb. Edd. Cruq. Bersm. — *At — gemelli Frat. an., q. n. a. et alter, Annuimus pariter. Vetuli notique columbi, Tu nid. servas, ego* — Sic dist. duo mss. ap. Torr., quod is concinnius et elegantius dicit. *Wakefieldus*, qui in his verbis notum columbarum morem recte videt, sic interpungi mavult: *Annuimus p. v. n. columbi: Tu nidum* etc. Lambinum *pariter, — columbi, Tu nid. servas:* distinguentem in sua horum verborum distinctione *pariter*: [;.] — *columbi, Tu* etc. secuti sunt Bentl. Cun. San. Merv. Sandb. Bask. Haberf. Hunt. Schm. (qui uterque def.) approbante censore in „Lpz. Lit. Zeit.“ 1830. p. 682; sed contra disputant Elberling. in Seebod. „Archiv“ 1830. p. 269. Bach. in Zimmerm. „Zeitschrift“ etc. 1834. p. 1055. Ii recte, ut infra apparebit, post *columbi* cum plurimis edd. punctum poni jubent; dissentio autem cum Elberlingio, quum nonnullorum, ut Bothii, exemplum secutus sic distinguit: *gemelli, Frat. an. quicq. n. a. et alter, Annuimus* etc. Minus recte et alii: *gemelli,* [:;] *Frat. animis,* [:;]. Omnem autem loci difficultatem nimis caute non distinguendo effugerunt Meinekius et Orellius, quum verba sic ordinarent: *dissimiles, at — columbi. Tu* etc. Contra Praedicov.: *amatores. Hac in — dissimiles; at — gemelli; Frat. animis; quidquid — alter, et alter; Adn. pariter; vetuli — columbi. Tu* — Ex tanta incidendi diversitate satis apparet, elegantia hujus loci quam non sit intellecta. Contra Lambini etc. scripturam *vetulis notisque col.*, quam Marcilius quoque improbat, satis disputasse in ed. 1. p. 14. nobis videmur, ut verbo non opus sit.

V. 6—9. *nidos.* Ms. Cruq. 7. — V. 7. *circumdata.* Ms. Guelf. 2. — V. 8. *Quod qu.* Ms. Mon f. — V. 9. *in coelum.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, a. Mon. l. cod. Mentel (?!). — *fertis.* Mss. alq. Lamb. plurimi ap. Cruq. Pulm. 1. 2. 3. 4. 10. prope omnes ap. Torr. (qui probat) quat. ap. Bersm. Gesn. 3. Comb. B. D. F. G. Alt. ap. Haberf. Bad. 1. 3. Fe. 1, i. o. p. r. 2, d. e. h. i. 5, a. f. 9, a. Jk. omn. Pott. complur. Guelf. omn. Berol. 1. 2.

Utque sacerdotis fugitivus liba recuso,
Pane egeo jam mellitis potiore placentis.
Vivere naturae si convenienter oportet
Ponendaeque domo quaerenda est area primum,
Novistine locum potiorem rure beato?
Est ubi plus tepeant hiemes, ubi gratior aura
Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,
Quum semel accepit solem furibundus acutum?
Est ubi divellat somnos minus invida cura?

Dess. 1. 2. Goth. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Mon. b. c. d. e. g. i. l. m. Mentel. Rudolst. Ed. princ. ap. Comb. vett. edd. ap. Maitt. 474. 76. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 99. 502. Loch. 498. Asc. 519. Talb. Bentl. Traj. ad Rhen. 713. Sandb. Bask. Haberf. Praedic. Hunt. Fe. Jk. Jahn. Schm. Hoched. Web. Braunh. Mein. Orell. *effertis*. Mss. reliq. ap. Lamb. et Fe. Cruq. 1, a. 2. Pulm. 7. Bersm. un. Comb. C. Pott. 8. 13. 14. 16. 18. 19. Orell. bSc. e nostris Gott. 1. Corbei. Mon. a. f. Vict. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Ven. 520. Glar. 543. Irenic. 567. Lamb. Cruq. Xyl. Pulm. Fabr. H. Steph. Torr. Chab. Bersm. Min. etc. etc. De confusis his verbis vid. Drak. ad Liv. 7, 15, 5. Brem. et Dähn. ad Nep. Lysand. 4, 2.

V. 10. *recusat*. Ms. Mon. e. *recusam*. Mon. a. — V. 12. *sic*. Mss. duo ap. Bersm. Orell. c. Dorv. 1. Lips. 3. Mon. a. b. d. — V. 13. *Ponendaque domo*. Mss. Cruq. 1, a—d. al. ap. Fabr. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Angel. Guelf. 3. Dess. 2. (puncto infra scripto). Mon. l. Edd. Asc. 519. (qui supplet *pro*) Fabr. H. Steph. Bersm. Rariorem Dativi formam *domo* Torrentius et Schmidius exemplis ex Cat. R. R. 134. 139. 141. allatis illustrant, Marcilius vetere scriptura *ponendaeque domoi* fuisse, ex qua ortum esset *domo*, opinatus est; at similis ratio est formarum *domus, domos*. Vid. C. Schneid. Formenl. p. 449. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 658. — V. 14. *Novistive*. Ms. Lips. 3. — *rure Sabino?* Sic conjec. Markland. (parenthesi incluso versu 13.) in *Explic. vett. aliq.* etc. p. 308 = Bowyer. ap. Comb. et Z. Pearce in Seebod. „Krit. Bibl." 1820. p. 862. Conf. ed. 1. p. 25. et infra Comment. — V. 15. *hiemes?* Sic dist. edd. plerq. — *gratior umbra*. Ms. Jk. 5. *mollior aura*. Ms. Mon. e. — V. 16. *fermenta Leonis*. Ed. Praedic. — V. 17. *simul*. Ms. un. ap. Bersm. — Qui *Solem* majuscula scribunt vereor, ut mentem Poetae assecuti sint.

V. 18. *divellat*. Mss. aliq. Lamb. Cruq. 1, a—d. ms. Pulm. 4. aliq. ap. Torr. quat. ap. Bersm. aliq. ap. Talb. et Val. Oberl. C. D. (*dev.*) Comb. D. F. al. ap. Fe. Pott. 2. 3. 6. 12. 18. Orell. S. (sed infra scr. *depellat*) Guelf. 3. Berol. 2. Dess. 1. 2. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Rudolst. Mon. m. (cum schol. *depellat*) itemque Victor. (in margine *dep.*)

Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter varias nutritur silva columnas
Laudaturque domus, longos quae prospicit agros.

Ed. vet. ap. Maitt. 476. edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 520. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. rel. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Bas. 520. 580. Glar. Muret. Irenic. Xyl. Fabr. H. Steph. Pulm. Torr. (qui def.) Chab. Biedm. 599. D. Heins. Bond. Maroll. Tan. Fab. Rodell. Zurck. Tart. Dac. Bentl. Baxt. Cun. (Animadv. p. 351) San. Merv. Phil. Sandb. Franc. Bask. Gesn. Val. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Zeun. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Daru. Gargall. Camp. Both. Pott. Jahn. Zell. Schm. (qui def.) Web. Pass. Meinek. Braunh. Charp. Orell. Amar. *depellat*. Mss. Lamb. 1, duo. 5. 2. 3. 6. 7. 9, un. 8, un. 10. Pulm. 1. 2. 3. 7. 10. Schol. Cruq. in lemmate et mss. 4, a. b. 7. 9. 6. 2. 3. complur. ap. Torr. un. (vel duo) ap. Bersm. quinq. ap. Talb. decem ap. Val. Franeq. ap. Bos. p. 68. (qui probat) Comb. B. C. G. Alt. ap. Haberf. Bad. 1. 3. (ut ait p. XXII) Fe. 1, a. e. g. k. m. o. (a 2. m.) p. q. r. s. t (a 2. m.) 2, h. i. 3, a. d. 5, a. (a 2. m.) 6, a. (a 2. m.) c. 9, a. c. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Barb. item in alia 509 ejusd. Bibl. Pott. reliq. et omn. ut vid. Jaeckii, Orell. bSc. e nostris Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. Gott. 1. Goth. Mon. omn. praeter un. et ut vid. cod. Mentel. Ed. princ. ap. Gesn. Comb. et Fe. ed. vet. 474 ap. Maitt. Med. 477. Cadom. 480. Lamb. Cruq. Min. Bersm. Despr. Burm. Talb. (qui def.) Maitt. Jon. Praedic. Hunt. Fe. (qui def.) Jk. Doer. Hoched. Haec scriptura, in qua librorum multitudo paene praevalet, aut ex glossemate orta videtur aut ex errore librarii indocti, qui *devellat* (quod legitur in uno ms. Oberl.) vel potius *debellat*, quod quum nihil esset, in *depellat* mutare non dubitavit. Literas enim *b* et *v* fere ubique commutatas pluribus docet Vir diligentissimus Fr. Osann. *de Tabula patronatus latina cum Epimetro* etc. Gissae 1839. p. 13 sqq.

V. 19—23. *viret*. Ms. Val. un. — *herba tapetis?* Sic conjecit Bentl. somno meridiano intellecto eaque re pluribus locis illustrata. „Lectionem subministravit," ut ait Jones, „felix memoria at infructuosa." — V. 21. *per planum*. Mss. duo Torr., qui explicat. — V. 22. *Nonne* pro *Nempe*. Ed. Praedic. — *Parias*. Mss. quidam Lamb., id quod Torrentius Lambini somnium dicit, sed, si fides habenda Valarto est, sic cod. quoque Sorbon. Edd. Val. Daru. Praedicovii autem conjectura quam non tetigerit loci elegantiam, hodie ii sentiunt, qui de partic. *nempe* recte judicant ut Heind. ad Sat. 1, 10, 9. Diss. ad Tib. 1, 2, 61. et Jacob. in Jahn. Jahrbb. 1828. III. 2. p. 140 sqq. Quapropter et signum interrogandi a Jahnio post *agros* positum improbaverim. — V. 23. *quae longos*. Ms. Guelf. 3. *longe que*. Guelf. 2. — *agros?* Edd. Praedic. Jahn.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret,
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix. 25

V. 24. *expellas*. Acr. in lemm. mss. alq. Lamb. Cruq. 6. Bersm. duo. Talb. aliq. Gesn. ut vid. 2. et Bad. 1. Comb. B. D. Fe. 1, a. e. o. (a 2. m.) t. (a 2. m.) 2, 9. notatum ex ms. in ed. Ald. 501. in Bibl. Vat. Pott. 15. 19. 20. Jk. omn. Orell. S. Guelf. 4. Goth. Gott. 1. (sed suprascr. *e*) Mon. e. Victor. Rudolst. Sant. et cod. Mentel. Edd. Lips. 498. 502. 8, 10. Ald. Junt. Bas. 520. 80. Glar. Muret. Irenic. Xyl. Fabr. Cruq. Pulm. Min. Torr. Chab. Biedm. H. Steph. D. Heins. Bond. de Maroll. T. Fab. Rod. Despr. Zurck. Burm. Talb. Dac. Maitt. Baxt. Jon. Val. Bad. Wetz. Fe. (qui def.) Garg. Jk. Camp. Jahn. Schm. Web. Pass. Braunh. Orell. Doer. (in ed. min.) Charp. Amar. al. qu. laudat Fea. *expellis*. Ms. Fabr. Comb. C. *expelles*. Mss. Lamb. 2. 3. 1, duo. 6. 8, a. b. 9, a—c. 7. al. Pulm. omn. Cruq. omn. praeter un. cum Scholiasta, qui intelligi jubet: *quum*, Torr. oct. Bersm. tres. Talb. quat. Gesn. 3. Oberl. C. D. (quatenus tacet) Comb. F. G. reliq. ap. Fe. et Pott. omn. praeter un. ap. Hoched. Orell. bc. Guelf. 1. 2. 3. (expel*lens*.) Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Edd. prim. ap. Gesn. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 520. Cadom. 480. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. Asc. 519. Lamb. Bersm. Bentl. (qui def.) Cun. San. Merv. Phil. Sandb. Franc. Gesn. (qui def.) Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Haberf. Praedic. Hunt. Both. Pott. Zell. Hoched. Doer. (824. 28.) Meinek. et sic hunc loc. laudat Vincent. Bellovac. in Spec. Hist. 7, 68., contra *expellas* Erasm. in Adagg. 2, 7, 14. et Turneb. Adv. 13, 8. Si Fea Vulpium citat utpote qui nulla data ratione ad Tib. 4, 2, 8. legat: *N. expellas f. licet, usque recurret*, memoria hic lapsus videtur ut Gesn. in Thes. L. L. v. *furca*, qui eodem modo et Turnebus, qui *tamen ipsa recurret* habet. Recte autem Orellius scripturam — *es* ex seqq. Futur. ortam dicit. Conf. nos in Seebod. „Krit. Bibl." 1823. p. 1010 et in ed. 1. p. 45. Schm. ad h. l. et Censor. in „Lpz. Lit. Zeit." 1830. p. 652. — *recurrit*. Ms. Bersm. et Erasm. l. l. Versus 24—28 delendos censet Guyetus.

V. 25. *prorumpet*. Mss. tres ap. Bersm. et quinq. ap. Fe. Mon. g. *praerumpet*. Mon. e. — *fastidia*. Mss. et edd. vulg., e nostris Guelf. 2. (sed subterscr. *g*) Dess. 2. Goth. Gott. 2. Dorv. 1. Santen. Mon. b. c. e. f. et haud dubie cod. Mentel. *fastigia*. Mss. Cruq. 6. 7. Pulm. 2. 3. 4. Torr. omn. expertae fidei, sed fere ascriptum eadem manu *fastidia*; vett. membran. ap. Barth. Adv. 37, 22. Bersm. un. Talb. quat. Franeq. ap. Bos. p. 68. Gesn. 3. Alt. ap. Habrf. Sorb. cum duob. ap. Val. Oberl. C. D. (a 2. m.) Bad. 1. Fe. 1, a. c. (a 2. m.) g. 2, i. 5, f. Jk. 6. Pott. alq. Guelf. 1. 2. 4. Dess. 1. Gott. 1. Dorv. 2. Corbei. Berol. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. (cum Schol.: „cacumina, ipsa arbor excrescendo mala, furcata") d. (cum Schol.: „superbia") g. (c. Sch.: „impedimenta") l. m. (c. Sch.: „summitates") Victor. Rudolst. Edd. Cadom. 480. Lips. 498. 502. al. Ald. 501 (*Et male* cum Junt. 514. 19.) Glar. 543. Min. 584. Alii legunt teste Glareano: *Ad — fastigia* hac sententia: „quan-

Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum propiusve medullis,
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavere secundae, 30
Mutatae quatient. Si quid mirabere, pones
Invitus. Fuge magna; licet sub paupere tecto

tumvis recurvemus arborem, ipsam tamen contra quam velimus ad fastigia pervenire." *vestigia.* Mss. Cruq. 1, a—d. 4, a. b. 3. Comb. F. Jk. 1. Pott. 7. 10. 12. 18. Mou. i. Edd. Med. 477. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 520. Flor. 482. Loch. 498. (*At* — perrumpit) Asc. 519. Cruq. Ita et Erasm. l. l. probat Bos. l. l. De commutatione vv. *fastidia, fastigia, vestig.* vid. Burm. Anth. lat. I. p. 704. Hand. ad Stat. Silv. 1, 3, 10. Barth. ad Claud. de Rapt. Proserp. 2, 300. Bentl. ad Manil. 1, 614.

V. 26. *Nam.* Ms. Mon. e. *Nec.* Ms. g. — *Sidoneo.* Ms. Berol. 1. Not. *Sidŏnio* ut Virg. Aen. 4, 75. 137. 545. Tib. 3, 3, 18. (ibiq. Bach.), quum alias syllaba *do* producatur, de qua metiendi ratione vid. Thiel. et Forbig. ad Virg. Aen. 4, 137. Burm. ad Lotich. El. 5, 17, 19. coll. Jahn. ad Hor. Od. 3, 4, 9. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 35. Jacob. Qu. Epic. p. 165. — V. 27. *sucum.* Ms. Jk. 5. Guelf. 1. 4. Berol. 1. 2. Dorv. 2. *succum.* Ms. un. ap. Talb. (Tr.) Sorb. cum al. duob. ap. Val. Alt. ap. Haberf. Guelf. 2. (a 1. m.) Dorv. 1. Santen. Mon. e. l. m. Alterutram formam suppeditant ed. princ. ap. Gesn. et Comb. ed. 476. ap. Maitt. Cadom. 480. Flor. 482. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. 520. Loch. 498. Lips. 498. 502. Asc. 519. Cruq. De confusis verb. *fucus* et *succus* et utriusque vocis usu vid. Fea ad h. l. Bün. ad Lact. Inst. 2, 2, 16. Cort. et Web. ad Lucan. 10, 123. Markl. ad Stat. Silv. 3, 2, 139. interpp. ad Ovid. Met. 6, 222. Burm. ad Anth. lat. I. p. 649. Doer. ad Catull. 64, 49. Heyn. et Bach. ad Tib. 1, 8, 11. Jahn. et Loers. ad Ovid. Trist. 1, 1, 5. Fickert. ad Senec. Epist. 55, 2.

V. 28. *propiusve medullas.* Ms. un. ap. Val. *propiusque.* Mss. alq. Lamb. Pulm. 2. 3. 4. 7. 10. Bersm. un. Fcae aliq. Jk. 4. 5. 6. Orell. bS. (sed hic suprascr. *ve*) Guelf. 2. Gott. 1. Goth. (a 2. m.) Lips. 2. 3. Sant. Mon. f. g., ad quorum auctoritatem accedunt mss. Cruq. 2. 7. qui *potiusque* et un. Bersm. qui *propriisque* habent. Edd. Min. Chab. Dorigh. Web. Pass. Meinek. De confusione utriusque particulae vid. ad 8, 5. et conf. Cort. ad Lucan. 1, 252. C. F. Herm. *Disput. alt. de usu et auctorit. Schol. in Pers. Sat.* p. 8. — V. 29. *potuit.* Ms. Fe. 5, f. Mon. d. — *verum dist. falso.* Ms. Bersm. un. Fe. 3. c. Santen. *falso dist. verum.* Ms. Bad. 1. Guelf. 4. — V. 30. *plus aequo.* Ms. Gesn. 3. (quod ei placet.) — V. 31. *quatiant.* Ed. Min. — *Si quod.* Ms. Berol. 1. — *mirabile.* Ms. Gott. 2. Sant. Ed. Ven. 520 (Britannic.) — *pone.* Ms. Mon. b. (eras. *s.*).

V. 33. *Invitus?* Sic dist. Cruq. — *ac regum.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh. — *regnum.* Ms. Mon.

Reges et regum vita praecurrere amicos.
Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis frenumque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret, dominum vehit improbus atque

d. — *praecedere.* Mss. quid. ap. Lamb. *praecellere.* Ms. Bersm. un. *praeire* (sed corr. in *praecurrere*). Ms. Mon. g. *praevertere.* Conj. Cuning. — V. 34. *pugnae.* Sic conjecit N. Heinsius, sed vulg. scr. recte defendit Bentlejus. — *civilibus herb.* Ms. Guelf. 2. — V. 36. *fraenum, froenum.* Illud ms. Lips. 2., hoc Goth., sed cf. C. Schneid. Elementrl. p. 54. et Osann. ad Apul. de Diphthong. p. 138.

V. 37. *victor violens.* Mss. et edd. vulg. *victor violans.* Ed. Fabr. teste Bersmanno. *violens victor.* Mss. Pulm. 1. 7. duo ap. Torr. (quod ei non displicet) un. ap. Bersm. al. ap. Bentl. Fe. 2, h. 5, e. 9. a. Hoched. b. Edd. Traj. ad Rhen. 713. Hoched. (qui def.) *victo.* Gesn. 3., sed quo ordine dubium est, utrum: *violens victo*, quod dicit Fea, an: *victor victo*, uti putat Valartus. Hoc quidem edd. Cadom. 480. Cun. San. Merv. Phil. Sandb. Bask. Franc. Sivr. Bod. Daru. Gargall., probat Burm. ad Anth. lat. I. p. 45. *violento abscessit ab hoste.* Ed. Bersm. *violens victo d. a. h.* Ed. Bentl. (qui def.) *victo sonipes d. a. h.* vel *domito victor d. a. h.* Conj. Bentl., contra disputant Jones et Fea. *victo vitulans.* Conj. Jo. Clericus in Friedem. et Seebod. Misc. critt. 1822. I. 3. p. 544. et Clerq. van Jever ad Lucan. 1, 8. ed. Web. I. p. 25. *victor Violens* (nom. propr.) Conj. Peerlkamp. in Bibl. crit. nov. II. p. 17. Locum sanum depravarunt homines critici. Conf. Jacob. in Seebod. „Krit. Bibl." 1829. p. 418.

V. 38. *nec frenum.* Ms. Jk. 5. Sant. *regnum.* Ms. Lips. 2. (a 1. m.) — *pellit ab ore.* Ms. Fe. 7, b. *repulit.* Mon. e. — V. 39. *Si qui.* Edd. Lips. 492. Both. (?!) *Sic qui — caret:* (;,) Sic male dist. aliq. edd. ut Asc. 519, neque rectius ed. Feae: *Sic, qui — caret;* (:), ut *dom. veh.* quasi consequens verbi *carendi* sit. — *fugiens.* Ms. Dess. 1. — *metallo.* Ms. Fe. 9, a. Santen. — V. 40. *vehet.* Mss. et edd. vulg. *vehit.* Mss. Bentl. 6. 15, b. Oberl. C. Fe. 5, f. 9, a. fragm. ms. Lovan. ap. Bormans. Guelf. 1. 2. 4. Mon. b. c. e. Santen. Porphyr. in ed. Bas. 580 (sed idem in ms. Ch. ap. Fe. et ap. Hoched. *vehet*). Edd. Bas. 527. 31. 45. 55. Gryph. 537. Colon. 541. Erasm. 541. Richard. 550. Junck. 709. (vid. Cuning. Animadv. p. 76). Bentl. (qui def.) Maitt. Cun. San. Merv. Phil. Sandb. Franc. Bask. Sivr. Haberf. Daru. Schmid. Meinek. Orell. Hanc scr. defendimus et ipsi in Seebod. „Krit. Bibl." 1823. p. 1012 atque in ed. 1. p. 64., nobiscum sentit Weichert. in *Prolus.* I. *de Qu. Hor. Epist.* p. 23. Orellius scr. *vehet* ex seqq. Futuris ortam putat. — *im-*

Serviet aeternum, quia parvo nesciet uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet, si minor, uret.
Laetus sorte tua vives sapienter, Aristi,
Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere quam satis est ac non cessare videbor.

probus; *atque* etc. Sic dist. Bentl. Cun. Schmid. cum Weicherto l. l., quam distinctionem et a nobis olim servatam nunc repudiamus. Moram autem ab aliis poetis in quinto pede fere evitatam Horatio non indignam esse in ed. 1. p. 67. docuimus et hodie largimur. Similia poetarum exempla collegit Forbig. ad Lucret. 6, 1142. et ad Virg. Aen. 4, 593.

V. 41. *aeterno*. Ms. Santen. De hac forma dixit Fea. — *quia — nesciet*. Mss. et aliorum et nostri plerique atque edd. ab Ald. 501. vulg. *quia — nesciat*. Mss. aliq. Lamb. Cruq. 7. 6. Pulm. 10. Bersm. tres. Dess. 2. Lips. 1. 3. Mon. 1. Edd. Lamb. H. Steph. de Maroll. T. Fab. Dac. Phil. — *parvo quia — nesciet*. Ms. Bersm. un. Dess. 1. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Sivr. Dorigh. *qui — nesciet*. Mss. Torr. duo. Bad. 1. Fe. complur. Jk. 5. Guelf. 1. Rudolst. Mon. e. g. (corr. *quia*) m. Edd. vett. 474. 76. ap. Maitt. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 520. (ed. 492. et Lips. 92 habent *qui — nescit*) Lips. 498. 502. Flor. 482. Loch. 498. Junt. 514. 19. Asc. 519. Bas. 580. Cruq. Bersm. Chab. Sic et citat Vincent. Bellovac. in Spec. Hist. 7, 68. *qui — nesciat*. Ms. Berol. 2. Sant. Ed. Min. 584. — *parvum*. Ms. un. Torr. — *nesciit*. Ms. un. Val. Sic conj. Passerat. ap. Lamb. (i. e. *qui — nesciit*). Conjectura sane infelicissima sive formam sive sententiam spectes, quae cur placuerit Lambino, Gesnero, Haberfeldo, Bothio ad Fe. intelligi nequit. — *parvo quod*. Conj. Cuning. De commutata forma — *et — at* cf. v. 24. *expelles — as* et v. 42. *conveniat — et*, v. 44. *vivas — et*, Bentl. ad Sat. 2, 4, 2. 51., de particula *quis* saepe mutata in *qui* Drak. ad Liv. 4, 19, 8. 36, 33, 5. At hic causa videtur perversa verborum *Sis qui — caret* conjunctio.

V. 42. *Quoi*. Ed. Cun. — *conveniat*. Ms. Bad. 1. Guelf. 4. cod. Mentel. Edd. Asc. 519. Cruq. (qui de mss. tacet). — V. 43. *subvertit*. Ms. un. Bersm. — *urit*. Ms. un. Bersm. Lips. 3. (a 2. m.) *urget*. Mss. duo Bersm. Jk. 4. 5. 6. Guelf. 1. 2. 8. Dess. 2. Goth. Dorv. 2. Berol. 2. Mon. e. f. g. At verborum *urendi* et *urgendi* commutatione nihil frequentius, vid. Bentl. ad 13, 6. et ad Lucan. 1, 263. Cort. ad 5, 811. et quos laudant Drak. ad Liv. 27, 29, 9. Burm. ad Lotich. El. 1, 2, 33. p. 663.

V. 44—47. *Sorte tua laetus*. Ms. Mon. e. — *vivas*. Ms. un. Bersm. et Talb. et Val. (Sorb.) Fe. 5, a. (a 2. m.) 6, a. (a 2. m.) Jk. 4. Santen. — V. 45. *Non me*. Ms. Guelf. 1. Mon. f. — *dimittis*. Ms. un. Bersm. et Dess. 1. *mittas*. Mss. duo Talb. un. Val. (Sorb.) Fe. 5, f. Jk. 1. 5. Guelf. 1. Ed. Cadom. 580. (teste Talb.) *dimitte*. Bad. 1. — V. 46. *aut non*. Ms. un. Bersm. *et non*. Mon. e. — V. 47. *Imp. aut serv.* Schol. Acr. et Cruq. in lemmate. *haud servit*. Conjectura G. Waddeli

Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potius quam ducere funem.
Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae,
Excepto quod non simul esses, cetera laetus. 50

in *Animadv. critt.* etc. p. 73., in eandem, de qua nunc Weichertus in *Lectt. Venus. Lib.* p. 106. addit Fr. Christ. Matthiae Obss. in Senec. Epist. Francof. ad Moen. 1818. p. 17., incidit Doeringius, quam recepit et defendit tum in Praefat. secunda p. XII., tum in Praef. ed. min. p. VII., contra disputavi et in ed. 1. p. 76. et in Seebod. „Krit. Bibl." 1825. p. 284., improbat Fr. quoque Jacobs. l. infra laud. Versum laudant Donat. ad Terent. Hec. 2, 1, 27. et Jo. Saresber. in Nug. Cur. 3, 12. p. 189.

V. 48—50. *finem.* Ms. Dess. 1. Mon. d. (a 1. m.) — V. 49. *Haec ubi.* Ms. Mon. f. — *phanum.* Sic mss. Dess. 1. 2. — *templum putre.* Mss. Fe. 1, g. 7, b. *fanum post putre.* Edd. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Sivr. — *Vacumne* vel *Vacumnae.* Edd. Ven. 483. 86. 92. (non 79. 81) Lips. 492. 98. Loch. 498.—V. 50. *Excepto quod* etc. Sic cum Jahn. Meinek. al. non incidendo melius scribitur; cf. Weissenb. Lat. Schulgr. § 244. Versus 49 et 50. Beckius in *Commentat. acad. de interpretatione vett. script. ad sensum veri et pulcri* p. LIX a numeris Horatianis alienos opinatus est; id quod recte improbavit Haberfeldus. Quum Cuningamius versu praecedente propter transpositionem duorum verborum a se factam verba „v. 49. *post fanum.* Mss. edd." infra posuerit, *Düntzerus* p. 413. de Cuningamii sententia alios versum 50. versui 49. praeposuisse dicit. Quod nisi aliam ac nos habuit editionem, Virum illum, qui fere ubique aliis viam monstrat, vel potius monstrare vult, tam turpiter errare potuisse vix potest credi.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM DECIMAM

LIB. I.

Horatius in villa degens Sabina *Fusco Aristio*, urbis amatori et, quanquam eo ipso diversum sequebatur vitae genus, homini fraterna quasi concordia conjuncto, hanc inscripsit festivam epistolam, in qua vitam rusticam laudat ejusque commoda recenset. Ruri enim, inquit, sua est amoenitas, salubritas, copia, sua ab omnibus curis vitae cultioris et mollioris vacuitas, ex qua in „amatorem“ vitae rusticae largiter redundat laeta quies atque exoptata animi tranquillitas. Quid, quod amor vitae rusticae ita innatus et insitus in omnium animis est, ut ab ipsis vitae urbanae „amatoribus“ expelli nequeat. Ii enim in ipsa urbe ruris arte aemulantur amoenitates. Verum igitur natura duce ubique cognoscendum et a falso dinoscendum est, ne, si hoc irretiaris, in maxima incurras mala, quae vitae constantiam perturbent et animi tranquillitatem. Etenim qui vel divitiis vel honoribus plus aequo delectatur, is ablatis moeret, quique pauperiatem fugiens, qua ipsis regibus beatior potest esse, „magna“ sequitur, is instar illius in fabula equi vendit libertatem nummis cariorem. Proinde sorte tua vive contentus neque, si cupiditate divitiarum abripi videbor, hujus ipsius admone praecepti.

Pecunia enim nobis serviat, non imperet oportet. Haec tibi scripsi prope villam Sabinam et laeto animo, nisi quod te abesse aegre ferebam.

At valde erraret, qui haec omnia solius Aristii causa dici existimaret. Ut fuerit Fuscus vitae urbanae amantior, ut fuerit vel honorum vel divitiarum appetentior, Horatius ab una saepe re vel jure sibi concessa vel simulate sumpta ad alteram progreditur libero ac tenui filo sua subtexens cogitata. Diximus de hac re saepe et dicendum erit saepius, ne quae ratio est harum Epistolarum prava interpretatione vel distorqueatur vel obscuretur. Quantopere autem Hor. secessum et rusticationem adamaverit, tum ex hoc loco, tum ex Sat. 2, 6. Epod. 2. aliisque satis apparet, quanquam negari nequit, descriptionem rerum naturalium ab ipso factam ab intimis quasi sensibus profectam non videri, qua quidem in re non unus Horatius, sed veteres fere scriptores a nostratibus aliquantum discedunt. Illi enim non id spectabant, ut legentium animos mirifice moverent, vel omni voluptatum genere perfunderent, vel molli quodam tactu lusuque titillarent, sed ut res ipsas accurate describendo sub aspectum paene subjicerent. Quantus autem apud illos fuerit amor vitae rusticae et qualis ejus describendae ratio, pluribus illustravi in ed. 1. p. 7 sqq., quibus adde *Riedel.* ad Epist. 2, 1, 139. *C. Passov.* N. 216—235. *Teuffel.* Characteristik des Horaz. p. 59. *Markl.* ad Stat. Silv. 4, 5. et *Wernsd.* ibid. (P. L. Min. III. p. 369 sqq.) *Burm.* ad Lotich. El. 2, 5, 47 sqq. p. 113. *Wagn.* et *Spohn.* ad Virgil. I. p. 7. 21. *Th. Baden.* in Seebod. „Archiv" 1833. II. 3. p. 329. *Dissen.* de poesi Tibull. p. XXXIX. *Fr. Jacobs.* „Verm. Schr." I. 1. p. VII sq. *Wilh. Müller:* „Rom, Römer und Römerinnen." I. p. 155. *J. A. Schaefer:* Die Briefe des Plinius übersetzt etc. p. XXXVI. sq. et quos laudat *Jacob.* „de usu num. plur." p. 18. Haec et talia si observasset *Grevertus*, morosus ille Horatii judex, non tam iniqne de hoc poeta judicasset in: „Kleine Beiträge zur Erklär. u. Kritik der Idyllen Theocrits." Brem. 1830. p. 73. apud *Schiller.* in „Commentar." etc. p. 16 sqq.

Quid Horatium ad hanc Epistolam scribendam compulerit utrum invitatio quaedam, qua Fuscus eum, ut rure relicto urbem inter amicos eligeret sedem, quippe quae sola jucundae vitae esset efficiens et aditum ad divitias honoresque patefaceret, an aliud quid, quis est qui pro certo habeat! Illam, quae quidem facilis est ad conjiciendum, praeter alios sibi persuadent *Weichertus* in Prolus.

I. de Hor. Fl. Epist. p. 23. N. 9., *Grotefendus* l. l. p. 474. et *Walckenaerius* II. p. 294. Quam conjecturam quum neque affirmare neque negare ausim, haud scio an alia, qua haec Epistola cum septima arctiore vinculo conjuncta sit, magis probanda videatur. Quid, si Epistolam eo fere tempore scriptam credamus, quo Maecenas Horatii absentiam aegre ferebat? Quid, si Epistolam ad Fuscum, qui idem haud dubie Maecenatis esset amicus, missam opinemur, ut quam vita rustica prae quaesita illa aulicae vitae felicitate haberet libertatem, exemplo quasi demonstraretur? Quidquid est, omne quod Horatius ita spectavit, illius Apologi involucro prudenter obductum videbis. Simile quid sensit Vir doctus quidam in *Zimmerm.* „Paedag. Philol. Lit. Blatt" 1827. II. p. 168. Ceterum comprobo quod de hac Epistola facit judicium *Walckenaerius* (II. p. 295): „Les belles maximes du stoïcisme ne sont présentées dans aucun des écrits de notre poète avec plus de force et de charme que dans cette courte epître, où se manifestent la tendresse de l'ami, la sagesse du philosophe et le talent du poète. Horace y montre aussi cette inclination prononcée pour la vie champêtre, qu'il conserva toujours. Epod. II. Carm. I, 4. 7. IV, 7. — Sat. II, 6. Epist. I, 7. 14. 16."

Epistolam a. u. 735. *Grotefendus*, a. u. 737. *Kirchner.*, *Orellius*, *Walckenaerius*, a. 742. *Valartus*, post annum 734. quidem *Car. Passovius* (N. 281) scriptam opinantur. — De *Fusco Aristio*, quem hic Acro *scriptorem tragoediarum* vocat, Porphyrio una cum codd. Blandin. ap. Cr. *scriptorem comoediarum*, Schol. Cruq. *Grammaticum*, Horatii familiarissimo vid. Od. 1, 22. (ibiq. Jan. et Mitsch.) Sat. 1, 9, 61. (ibiq. Heind.) 10, 83. et *Glandorp.* in Onomast. p. 116. (quem Weichertus perabsurda congessisse dicit), *Lang.* Vindic. Frag. Rom. p. 10., *Weichert.* Poet. lat. Reliq. p. 220., *C. Passov.* N. 154. Quod in antiquis scriptis Bland. legitur: *Ad Aristium Fuscum Grammaticum in urbe commorantem*, est ex lege quidem linguae, sed et Od. 2, 2, 3. Sat. 1, 9, 61. cognomen nomini gentili praeponitur. Iis editoribus, qui vel talia exempla collegerunt vel eorum legem accuratius definiverunt, adde (ed. 1. p. 6.) Dähn. ad Nep. Att. 15. Weichert. l. l. p. 93. Kritz. Praef. ad Sall. Cat. p. XXII. ad Vellei. p. 177. Herzog. ad Caes. B. C. 2, 33. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 62, 253. Eckst. Proleg. ad Tac. Dial. p. 5. Hess. et Pabst. ad eund. c. 1. Rupert. Ind. Tac. III. p. 824. Ceterum ex libello a me Helmstadii 1822 edito „*Das Lob des*

Landlebens oder des Qu. Hor. Fl. 10. *Brief des ersten Buches*", plura libavi, nonnulla emendavi, nova aliqua hic addidi.

V. 1. 2. *Urbis amatorem — Ruris amatores.* Quod Hor. hic utitur Plurali, non tam esse videtur ad evitandam jactantiam, ut opinantur *Jacob.* in Seebod. „Krit. Bibl." 1830. p. 418, *Orellius* aliique, quam ad indicandam jocose: „ego unus ex amatoribus ruris tibi salutem dico." Sic quidem v. 9: *Quae vos ad coelum fertis* etc. Nisi quis Poetam brevitati studuisse, ut Pluralis in sequentibus ad Subjectum *nos*, i. e. uterque nostrum, tacite intelligendum accommodaretur, dicere mavult. De illo Pluralis usu uberius dixit *Jacob.* in Progr. de usu num. Plur. p. 42 sq., de hoc vid. *Ouwens* Noctt. Hag. 3, 27. p. 634. E. W. Weber. et Heinr. ad Juv. 6, 173. Bach. et Huschk. ad Tib. 1, 3, 1. Wagn. ad El. ad Mess. 63 et quos laudant Forbig. ad Virg. Aen. 9, 525. atque Stallb. ad Plat. Protag. 3. p. 28. — *salvere jubemus* ex notissima formula; sic Plaut. Asin. 2, 2, 30. *Jubeo te salvere summa.* Lucil. ap. Non. Marc. 4, 239. *Salvere jubere.* Aristoph. Ach. 200. *χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας.* De positione contrariorum *Urbis amat.* et *Ruris amat.* conf. Hoched. cum Beier. ad Cic. Offic. 1, 17. p. 128.

V. 3—5. *Multum dissimiles — columbi.**) Verborum: *dissimiles, at cet. p. gem. frat. animis;* et scriptio et distinctio nostra

---

*) De toto loco dissentit Cl. *Huthius*, cujus verba apponam: Hier kann ich das *dissimiles* im 2. V. nur auf das Subject in *iubemus* beziehn, so dass es eine Apposition zu *ruris amat.* bildet. Es müsste, glaub' ich, ein Verbum bei *dissim.* stehn, wenn man dieses auf den *Dichter und den Fuscus zugleich* beziehen wollte. Der Sinn kann also nicht sein: „In diesem Punkte allein *sind wir von einander* verschieden," sondern: „In diesem P. allein *bin ich von ihm* verschieden:" Bei *dissim.* ist also *eius, scl. Fusci* zu suppliren; gerade wie Sat. II, 3, 312. *An—dissim.* Erst nach *dissim.* tritt die Pluralität des Subjects ein: *paene gem. Fratern. — alter.* So beginnt dann mit *at*, was ich allerdings auch dem *ad* vorziehe, ein neuer Satz mit einem dem entgegengesetzten Gedanken; daher die Adversativpartikel. Dabei kann ich aber nicht *cetera p. gem.* verbinden, sondern *at cetera, paene gemelli, Fratern. animis, quidq. negat alter et alter. Negare* aber nehme ich in der Bedeutung von *repudiare, aspernari*, wie Epist. I, 18, 91. Sat. II, 3, 259. So bildet das *quidq. neg. alt. et alter* den Gegensatz zu dem Vorigen, wo der Eine *rur. amator*, der Andere *urbis amator* heisst, wo also der Eine das liebt, was der Andere verschmäht; dieses, meint Horaz, ist in allen übrigen Dingen nicht der Fall: es verschmäht da, gleich Zwillingsbrüdern, der Eine, was der Andere ver-

qualicumque opera jam nobis illustranda videtur. Quum illa de vita urbana dissentiendi ratio amicitiam, quae inter Horatium et Fuscum intercedebat, tollere videretur, prudens Poeta adjecta particula *at* suam interposuit fidem, qua excepta una illa dissensione omnium inter ipsos esse rerum, voluntatum, consiliorum consensionem communitatemque affirmaret. Sic in pari contrariorum descriptione Virg. Aen. 8, 594. *Dira illuvies immissaque barba, Consertum tegumen spinis: at cetera Grajus*, ad quem loc. conf. Forbig. et Wagn. Qu. Virg. XXXVII, 7. Nolo nunc dicere de verbo *cetera* absolute posito, quo nemo hodie offendet (v. 50. Od. 4, 2, 60. Hand. Turs.

---

schmäht. In dem folg. V. bildet das *Adnuimus* nicht gerade einen Gegensatz zu *negare*; es wird vielmehr dadurch der ganze Gedanke noch einmal zusammengefasst und die Eintracht beider Männer durch das Bild zweier Tauben scherzhaft veranschaulicht, welche sich einander traulich zunicken. Nur kann ich *pariter* nicht mit *adnuim.* verbinden. Der Sinn würde dann sein: *adnuimus par. atque negamus* h. e. *ita ut alter adnuat, quod alter.* Dieses scheint mir sehr matt. Auch das *vetuli* ist mir dann anstössig; denn warum sollte Horaz sich und seinen Freund Aristius gerade mit einem Paar *alten* Tauben vergleichen? Was *Schmid* hierüber sagt, genügt mir nicht. Ich verbinde *par. vetuli notique*, vergl. Ramsh. lat. Gr. §. 188. N. 2. p. 815., wo Beispiele genug angeführt sind, dass nach *pariter* u. dergl. ebensowohl *et* u. *que*, als *ac* u. *atque* stehen. Es sind also Tauben gemeint, die *eben so bekannt mit einander sind als sie alt sind*, d. h. die von Jugend an mit einander bekannt sind. Man braucht darum nicht die Worte umzustellen und *noti vetulique* zu lesen, wie einige Codd. bei *Fea* wirklich haben; denn geht man auf die ursprüngliche Bedeutung des *que* zurück, so kann eins so gut wie das andere stehen, wie in der bei Ramsh. angef. Stelle Tac. hist. IV, 34. Hiernach scheint mir der Anfang dieser Epistel so interpungirt werden zu müssen:

Urbis amatorem Fuscum salvere iubemus
Ruris amatores, hac in re scilicet una
Multum dissimiles; at cetera paene gemelli
Fraternis animis quidquid negat alter et alter:
Adnuimus pariter vetuli notique columbi.
Tu nidum etc.

„Fuscus, dem Freunde der Stadt, entbiet' ich einen Gruss; ein Freund des Landes, in diesem Punkte allein freilich ganz von ihm verschieden; im Uebrigen dagegen verschmäht, fast als wären wir Zwillinge, mit brüderlicher Gesinnung der Eine, was der Andere verschmäht: wir nicken uns traulich zu, wie ein Paar Tauben, deren Bekanntschaft so alt ist, wie sie selber."

II, p. 41 sqq.), postulat enim sententia ipsa particulam *at*, quippe quae concessae illi in una tantum re dissimilitudini multo majorem et graviorem animorum in ceteris rebus concentum opponit. Cicero enim pr. Planc. 2, 5: *justae veraeque amicitiae vetus est lex illa, ut idem amici semper velint; neque est enim certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.* Lael. 20, 74. *Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.* Plutarch. de Adul. et Amic. discrim. VI. p. 186. R. *Τὸ μάλιστα φιλίας ἀρχὴν συνέχον καὶ συνίστανον ὁμοιότης ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἠθῶν καὶ ὅλως τὸ χαίρειν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸ ταὐτὰ φεύγειν πρῶτον εἰς ταὐτὸ συνάπτει καὶ συνίστησι διὰ τῆς ὁμοιοπαθείας.* Id. de Amic. multitud. ibid. p. 364. qualis amicitiae concentus esse debeat: *ἐξ ἁπάντων ὁμοίως ἐχόντων ὁμολογεῖν καὶ ὁμοβουλεῖν καὶ συνομοπαθεῖν, ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης σώμασι.* Plin. Epist. 4, 15, 2. (ibiq. Catan.) *necesse est idem sentias, quum sit ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum, morum similitudo.* Plura alia suppeditant Gernh. et Beier. ad Cic. Lael. 14, 50. 17, 61. 18, 65. 21, 81. de Offic. 1, 17, 56. Gernh. ad Cic. Cat. maj. 3, 7. Cort. ad Sall. Cat. 20, 5. Valcken. ad Eurip. Hippol. 253. Baehr. ad Plut. Alcib. p. 96. Jacob. ad Lucian. Tox. p. XIV sqq. Stallb. ad Plat. Gorg. 66. p. 215. de Republ. 1, 3. p. 11. Car. Passov. N. 262. Inde miror, hanc oppositionem non sensisse *Mitscherlichium* et *Handium*, intelligentissimos poesis existimatores. Atque haud scio an hunc locum ob oculos habuerit Ovidius in Epist. ex Pont. 3, 2, 87. *Exstitit hoc unum, quo non convenit illis: Cetera par concors et sine lite fuit. — paene gemelli Fratres animis*, i. e. maxime pares et fraterno amore (3, 25.) simillimi; quae dictio sumpta est a geminorum similitudine. Plutarch. Consol. ad Apollon. VI. p. 408. *τὰ γὰρ δίδυμα τὴν ὁμοιότητα μάλιστα παρεμφαίνει.* Manil. 2, 630 sqq. *Quosque dabunt Gemini Chelaeque et Aquarius ortus, Unum pectus habent fideique immobile vinclum. Magnus erit geminis amor et concordia duplex: Magnus et in multos veniet successus amicos.* Inde Petr. Lotich. Carm. 3, 25, 151. *Sidera fulserunt nascentibus una duobus, Flagrat et in geminis mentibus ignis idem.* Dixerunt de ea re interpp. ad Sat. 2, 3, 243. Lamb. ad h. l. Laurenberg. Antiq. p. 194. Casaub. et Hauth. ad Pers. 5, 49. Kopp. ad Martian. Cap. 1, 30. p. 71. Quapropter non opus est, cum *Sanadono* et *Daruo* Castorem et Pollucem

significatos putare. Verba autem *Frat. anim.* notionem v. *gemelli* et accuratius declarant et augent. Quintil. Declam. 321. *Nam quae potest esse amicitia tam felix, quae imitetur fraternitatem? Certe quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus. Adeo inane etiam nomen et umbra quaedam naturae videtur simile amicitiae nomen imponere.* Menandr. Fragm. 262 (p. 79 Düb.) *Ἡδὺ γ' ἐν ἀδελφοῖς ἐστιν ὁμονοίας ἴρως.* Id. 377. p. 97. *Νόμιζ' ἀδελφοὺς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους.* Sic 3, 35. *fraternum rumpere foedus.* Conf. Plutarch. de Frat. Am. VII. p. 872. Haberf. ad Epist. 2, 2, 87. Doer. ad Catull. 100 (99), 4. Cort. ad Sall. Jug. 10, 5. et quos de Graecorum usu laudat Kuinoel. ad Evang. Matth. 12, 46—49. Ex his ipsis apparebit, *Elberlingium* aliosque non bene jungere: *Frat. animis — alter.* Recte *J. Merkel:* „wie Zwillingsbrüder gesinnt", atque haud scio an accuratius: „wie Zwillingsbrüder von ächter Gesinnung." — V. 4. Verba *quicquid negat* etc. sunt quasi consequens notionis superioris; „ita ut uterque nostrum omnia aut neget aut ajat." Sic in Gnathonis persona ap. Terent. (Eun. 2, 2, 21.) Cic. Lael. 25, 93. *Negat quis, nego; ait, aio.* Sil. Ital. 9, 406. *Velle ac nolle ambobus idem.* Sall. Cat. 20, 5. (ibiq. Herzog.) *idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Senec. de Ira 3, 34. Lactant. de Mort. Persec. 8. — V. 5. *Annuimus pariter vetuli* etc. Campenon et Despr. praeeuntibus Dacerio et Sanadono: „nous ressemblons à ces deux pigeons d'une fable connue." Apologus sane videtur esse, quanquam neque in graecis neque in latinis literis hodie reperitur. *Fontanium* enim suam de duobus columbis fabulam, uno casae affixo et altero peregrinante ex literis gentium orientalium hausisse dicit *Walchenaer.* Et recte quidem; symbolica enim columbarum significatio imprimis fabulis ex gentibus orientalibus petitis debetur; fidelitas autem in amore mutuo res est nota. Plenius de ea re dixi in *Epistola gratulatoria ad Chr. Zeh missa.* Rudolst. 1838. p. 7—10. coll. Casaub. et Hauth. ad Pers. 3, 16. Hildebr. ad Apul. Met. 6, 6. p. 413. Ceterum in verbo *annuendi* Hor. notum illum columbarum morem respicit, quam rem, quum veteres poetae has res naturales fere significare non dubitent, Horatio indignam putare non debebat *Düntzerus.* Ex eodem more et verbo *negandi* elucet, expressum esse quod nostrates dicunt: „gleicher Weise Nein und Ja sagen," ut est in Terentiano illo loco et ap. Cic. de Offic. 3, 23, 91. *Diogenes*

ait, Antipater negat. Plaut. Rud. 2, 4, 14. *Vel tu mihi ajas vel neges.* Quapropter dissentio cum *Elberlingio*, qui multis ex Horatio allatis exemplis docet, in *negandi* verbo fere inesse *recusandi* et in verbo *annuendi* fere concedendi notionem, ut Od. 4, 6, 22. Sat. 1, 10, 45. Hoc nemo negabit, qui illa exempla et metaphoricum vv. *annuendi* et *renuendi* usum respexerit. At virum doctissimum, nisi fallor, in errorem induxit Accusativus *quicquid*, qui eodem modo quo *Quicquid delirant reges* 2, 14. explicandus est, atque haud scio an eadem sententia dixerit Cicero de Fin. 2, 22, 70. *Quasi vero id curem, quid ille ajat aut neget. Vossius* igitur recte vertit Horatianum locum: „Und gleich nicken wir Ja." Sic saepe *annuere*, ut Terent. Eun. 3, 5, 32 sqq. Cic. de Or. 2, 70, 285. *Elberlingium* sequitur in hac quidem re *Düntzerus*. Praeterea falluntur, qui, uti *Rappoltus* et *Fabr.* Thes. Erud. Schol. ed. Gesn. v. *columbus*, *senes salaces* intelligunt, quanquam columbarum in osculando mollities et improbitas a poetis saepe significatur, vid. Taubm. ad Plaut. Asin. 1, 3, 57. et Wernsd. ad Fragm. Epithal. A. 2. (IV. p. 500). Cave quoque cum *Düntzero* aliisque intelligas columbarum par, marem et feminam; quanquam bene fert latinitas (cf. annot. ad 2, 44.), hic tamen adversatur vox adjecta *noti*. Recte *Vossius*, *Passovius*, *Merkelius*, quorum hic: „mit gleicher Bewegung Nicken wir zu, zwei alte und längst sich kennende Tauber." Epithetorum vis sentitur ex Cic. Lael. 19, 68. *Maxima est enim* (in amicitia) *vis vetustatis et consuetudinis*, et Cassiod. Var. 10, 2. *Amicitia tanto certior, quanto vetustior, quia facile mutari non potest, quod per longa saecula custoditur. Lambini* autem commentum mirum, quo lectionem vulgatam ferri posse negat, *tanquam* illud ab interpretibus de suo additum opinantis*) satis mihi refutasse videor in ed. 1. p. 14. coll. annot. ad 1, 3. 2, 42. *Schmid.* ad 2, 28. *Diss.* ad Tib. 1, 1, 56. *Bernhardy.* „Wissenschaftl. Syntax." p. 333.

V. 6. 7. *Tu nidum — nemusque.* Quanquam similitudo non plane omittitur, tamen sententia non est, ex duobus illis columbis

*) Verba *Düntzeri*: „Dann wäre *columbis* von *pariter* abhängig *gleich einem alten Taubenpaar*, wo aber zu *annuimus* ein ganz nöthiger Zusatz fehlen würde, nämlich dass sie dasselbe wünschen und nicht wünschen," quanquam aliam horum verborum sequitur interpretationem, huc quoque faciunt.

alterum urbem, alterum rus magis amasse. Quapropter repudianda fuit distinctio ab *Huntero* et *Schmidio* meo ex lege linguae sollerter defensa. *Nidum servas* explicat Porphyrio: „domi manes, ut avis in nido," at accuratius: „in urbe manes" etc. Tecte enim urbis angustiae et ruris libera spatia significantur, ut similiter Cicero de Or. 2, 6, 22. de Scipione et Laelio dicit: *quum rus ex urbe, tanquam e vinculis evolavissent.* Aliis autem locis significatio paulo angustior est, ut Plin. Epist. 6, 10, 1. Auson. Mosell. 449. Pariter apud Graecos *νεοττιαί* et *καλίαι* domicilia, cubicula vocantur. Vid. Schol. ad Apollon. Rhod. 1, 170. Gatak. Adv. Misc. 2, 17. p. 369. et Stallb. ad Plat. de Rep. 8, 4. p. 178., ubi hunc locum comparat. Ceterum eadem a nido repetita similitudo ap. Theocrit. 29, 12., ubi praecipitur: *πολῆσαι καλλαν μίαν εἰν' ἑνὶ δενδρίῳ.* Improbanda igitur Acronis, a quo non abhorret Schol. Cruq., explicatio est: „Servas tu urbem, quae quasi nutrit pauperes, aut coenaculum in altiore loco constitutum." Altitudinis notio praevalet Od. 3, 4, 14. et ap. Cic. de Or. 1, 44, 196. — *ruris amoeni rivos.* Quam fuerit Horatius rivorum amans, multis locis allatis docet *Strodtmannus* in Progr. Flensburg. 1839. p. XXVII. — V. 7. *musco circumlita saxa.* Catull. 68, 58. *Rivus muscoso prosilit e lapide.* Calpurn. Ecl. 6, 67. *Saxa, quibus viridis stillanti vellere muscus dependet.* Conf. Forbig. ad Virg. Ecl. 7, 45. — *nemusque.* In sententiam conf. Sat. 2, 6, 1—3. Virg. Ge. 2, 485 sqq. Cul. 75 sqq.

V. 8. 9. *Quid — secundo. Quid quaeris?* Mire hanc formulam, qua summa rei narratae comprehenditur, ut ad alia transitus fiat, *Baxterus* pro comica enallage personae habet: „quid ulterius desideras?" Oblocutus ei est *Gesnerus*, exempla collegerunt *Lambinus* ad h. l. et *Cellarius* ad Cic. Epist. ad Div. 2, 9, 4. cf. Beier. ad Cic. Offic. 3, 20, 80. — *vivo et regno*, i. e. „vita vere vitali fruor et rex mihi esse videor", ut recte interpretatur *Orellius* contra *Vossii* interpretationem minus accuratam: „Kurz ich leb' als König." Utriusque vocis exempla suppeditat ed. 1., quibus adde Wernsd. ad P. L. Min. VI. p. 296. Buchn. et Cort. ad Plin. Ep. 7, 3, 2. Arntz. ad Cat. Distich. 1, 22. p. 61. Axt. ad Vestrit. Spur. 2, 11—13. Inde a poetis *rura, villae* et alia talia quae libenter possidentur *regna* vocantur, vid. Burm. ad Lotich. I. p. 675. In sententiam compara Epist. 1, 7, 36. 14, 1. 18, 107. Sat. 2, 6, 60—65. — *ista reliqui*, i. e. urbis magnificentiam, commoda et delicias, Od. 3, 29, 9—11. atque haud scio an *ludicra* quoque,

plausus et amici dona Quiritis 6, 7. significata sint. Sic quidem Plin. Epist. 7, 3, 2. *Quin ergo aliquando in urbem redis, ubi dignitas, honor, amicitiae tam superiores quam minores.* — V. 9. *Quae vos ad coelum fertis.* Similiter *ad astra tollere, educere in astra* Sat. 2, 7, 28. Od. 4, 2, 23. Sall. Cat. 53, 1. (Cort. et Herzg.) *virtutem animi ad coelum ferunt.* Jug. 53, 8. *sua quisque fortia facta ad coelum fert.* Dict. Cret. 4, 8. *Ajacem — laudibus celebrant atque ad coelum ferunt.* Conf. Deder. ibid. 2, 49. Cort. ad Plin. Epist. 4, 27, 2. Drak. ad Liv. 9, 10, 5. Similiter Graeci πρὸς ὕψος αἴρειν. Herm. ad Lucian. Quomodo hist. etc. p. 48. — *rumore secundo*, non, ut *Lambinus* interpretatur, „approbante populo", sed *laeto* populi assensu vel clamore, alias paulo aliter aliter. Fenestell. ap. Non. 4, 403. *Mox auferte domos populi rumore secundo.* Suev. ap. Macrob. Sat. 6, 1. *Redeunt referuntque petita rumore secundo.* Tac. Ann. 3, 29. *Utque haec secundo rumore, ita adversis animis accepta.* Alia suppeditant Wagn. ad Virg. Aen. 8, 90. Forbig. ad 4, 45. 5, 491. Wernsd. ad P. L. M. IV, p. 313. Ochsn. ad Ovid. Met. 8, 420. p. 544. ed. B. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 16, 29. Hildebr. ad Apul. Met. IX. p. 812.

V. 10. 11. *Utque sacerdotis fugitivus — placentis.* Porphyrio, quocum consentiunt Acro et Schol. Cruq.: „sic, inquit, fastidium me assidue urbis tenet et rus amo, quemadmodum fugitivus sacerdotis, qui liba sit edere consuetus, quum fugit fastidio longo libamissem, tantum panem desiderat et laudat: ita et ego rus, civitatem negligens." Recte „fugitivum" non simpliciter servum vel servum nequam (cf. Heind. ad Sat. 2, 7, 113) intelligunt, qua quidem explicatione (meam enim auctore Rappolto olim tentatam nunc prorsus repudio) luculentior joci fit festivitas. Sacerdotes autem suis servis nonnunquam liba a sacrificantibus oblata pro pane dedisse videntur. Utrum Horatius historiam quandam sui temporis, uti opinatur *Wielandius*, an mimum quendam (coll. 13, 14. et Senec. Epist. 114, 6.) significarit, uti sibi persuadet *Düntzerus*, quis est, qui pro explorato habeat! „Liba" autem, ut ait Servius ad Virg. Aen. 7, 109. (quocum conf. Cat. R. R. 75), „sunt placentae de farre, melle et oleo sacris aptae;" hinc *mellitae placentae.* De vario liborum usu disputant Heind. ad Sat. 2, 7, 102. Broukh. ad Tib. 1, 8, 54. 2, 2, 8. Rup. et Heinr. ad Juv. 3, 186. Forbig. ad Virg. Ecl. 7, 33. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 37. p. 433. Beck. Gall. II. p. 60. Ceterum verba: *Pane egeo* etc. verba esse Horatii, non fugitivi, quocum ille se,

qui urbem et dapes Maecenatis fugerit, jocose comparat, contra *Doeringium* jam monuerunt alii. *Jam* autem neque nostrum est „traum“ sive Graecorum ὄνῃ, neque aetatem Horatii provectiorem, sed illud ipsum rusticationis tempus indicat. Memoratu autem dignus videtur pannus ille scholiis Acronis assutus, qui ad v. *recuso* haec habet: „quum in servis suspicio furti habetur, ducunt ad sacerdotem, qui crustum panis carmine infectum dat singulis, quod quum ederit (ed. Bas. 555. 580, in scriptis autem antiquis ap. Cruq.: „quod quum ori adhaeserit“) manifeste („manifestum“ ap. Cruq., „manifesti“ ap. Torrent.) furti reum adserit.“ Quodsi *Cruquius* et *Rappoltus*, quibus assentitur *Düntzerus*, haec ex Bibliis, Numer. 5, 12 sqq., sumpta putant, alii illum per lancem et licium concipiendi furti modum in XII tab. 2, 7. indicatum ad haec verba referunt, atque *Gesnerus* de antiquo ordalio per eucharistian probandae innocentiae utpote ab homine a sacris Christianis alieno recte dubitat, equidem hic antiquum Germanorum ritum, quem „Corsnaed, offam judicialem, judicium offae, panis adjucati“ vocant, reperisse mihi videor, cujus rei scriptoribus a me in ed. 1. imprimis *du Cange* Glossar. v. *corsnaed* laudatis nunc addo *Majer* „die Ordalien“ p. 67—81. *Jac. Grimm.* „Rechtsalterthümer“ p. 932. *Wilda* in „Allgem. Encyclop.“ Lpz. 1833. Sect. III. Vol. IV. p. 459. Quae sententia si vera est, denuo omnibus excitabitur optatum, ut tandem aliquando exsistat Scholiorum Horatianorum sospitator.

V. 12. 13. *Vivere naturae si convenienter oportet.* In his verbis exspectes tractationem quandam illius sententiae, quae in ore philosophorum, imprimis Stoicorum, habebatur (Beier. ad Cic. Offic. II. p. 426 sqq. Klippel. *Commentatio exhibens Stoicorum Ethicae atque Christianae expositionem* etc. Gotting. 1823. p. 81 sqq.), at Proteus noster ad suum ingenium redit atque illis verbis vulgarem notionem subjicit, quemadmodum sententia contraria Senec. Epist. 122. *Non vivunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rosam? — Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt?* Rigidiores autem sunt *Lambinus*, *Pflugradtius* (*Diss. de philos. Horatii Stoica* p. XXXVII.), alii, qui hic porticum vel Academiam reapse, non jocosa accommodatione redolent, rectius *Torrentius*, quum Poetam more Romano locutum dicit. Sententia plenius perspicietur, si illud *intra naturae fines* Sat. 1, 1, 50. et festivam Ofelli descriptionem Sat. 2, 2. comparaveris. Quapropter *Hochedero* de hoc loco acute disputanti omni ex parte assentiri non

possum. Dicit enim V. d.: „Der Grundsatz, auf den hier der Dichter, um sich die Miene einer förmlichen Demonstration zu geben, das Lob des Landlebens gründet, ist aus der academischen Philosophie. Das Land ist ihm die Natur, und die Stadt Unnatur, und so verwechselt er ein Leben in der Natur mit dem Leben nach der Natur, der Vernunft. Cic. de Amic. 5. sagt: naturam, optimam bene vivendi ducem.“ — V. 13. *Ponendaeque — area primum.* Sententiam, quam Scholiasta Cruq. comparate ordinat, „Ita nobis instituenda vita est, ut primum auspicemur optimam sedem; quomodo faciunt qui domum aedificare volunt, primum quaeritur optima area,“ equidem sic constituo: „si ad habitationem naturae accommodatam locus ante quaerendus est, ubi eum magis idoneum quam ruri invenies?“ Praeterea conf. antiquorum hominum praeceptum ap. Hesiod. Op. et D. 405 (Göttl.) et Theocr. Id. 27, 37. — Ad voc. *area* Vitruv. 1, 7. *Divisis angiportis et plateis constitutis arearum electio ad opportunitatem et usum communem civitatis est explicanda, aedibus sacris, foro, reliquisque locis communibus.* Fest. p. 10. 314. ed. Lindem. De tali domo ad naturae usus constituta Senec. Epist. 90. *levis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes rivique — et prata sine arte formosa, inter haec agreste domicilium rustica positum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare* etc.

V. 14. *Novistine locum — rure beato? Beatum rus* hic non est Varrone teste „in bona regione, quae bonum coelum habeat et bonum solum“, neque simpliciter quod homines reddit beatos, sed *dives opum variarum*, ut ait Virg. Ge. 2, 468., sive quod quicquid ad vitae usus pertinet benigne largitur. Sic apud Graecos ὄλβιος, εὐδαίμων, μακάριος. Ovid. Am. 1, 15, 34. *auriferi ripa beata Tagi.* Mart. 3, 47, 6. *Omnes beati copias trahens ruris.* Vid. annot. ad 2, 44. Mitsch. ad Od. 3, 16, 32. Burm. ad Prop. 2, 19, 33. Rup. ad Juv. 1, 39. Gernh. ad Cic. Lael. p. 276. Errant igitur, qui pro *beato* scribi malunt *Sabino*, quanquam eorum error non tam ab hoc versu, quam a seqq. profectus esse videtur.

V. 15—17. *Est ubi plus tepeant — acutum?* Hanc ruris descriptionem Poeta imprimis a villa sua Sabina petiit; illam enim ab aestu solis et frigido ventorum septentrionalium afflatu defendebant montes circumjacentes in iisque altissimus Lucretilis; aliter res accidit Romae, ubi mensibus aestivis coelum grave, aër saepe infestus et tempore brumali frigidissimus erat. Inde Od. 1, 17, 3. 17.

Faunus igneam defendit aestatem capellis usque meis pluviosque ventos — Hic in reducta valle Caniculae vitabis aestus. Epist. 16, 8. *Temperiem laudes.* Ad eandem etiam refert *Torrentius* Sat. 2, 3, 10. *tepido tecto.* De hac rerum conditione vide quos laudavi ad 7, 5. et conf. *Donius* „de restituenda salubritate agri Romani" in Sallengr. Nov. Thes. I. p. 968. *Heyn.* Opusc. III. p. 115. 125. *Wilh. Müller.* „Rom, Römer" etc. I. p. 13. 145—157. *Wilh. Waiblinger* in Gubitzii „Gesellschafter" 1828. 200, p. 997 sq. *Baumann* in „Tübing. Morgenblatt" 1830. 171, p. 682. 172, p. 686. Malariam autem, qui aër gravis nunc vocetur, veteribus Romanis notam fuisse praefracte negat *H. J. Hugi* in: „Das Ausland" 1842. 63, p. 250. In sententiam totius loci Xenoph. Oecon. 5, 9. *χειμάσαι δὲ πυρὶ ἀφθόνῳ καὶ θερμοῖς λουτροῖς ποῦ πλείων εὐμάρεια ἢ ἐν χωρίῳ; ποῦ δὲ ἥδιον θερίσαι ὕδασί τε καὶ πνεύμασι καὶ σκιαῖς ἢ κατ' ἀγρόν;* — *tepeant hiemes.* Ita de Tarento Od. 2, 6, 17. *Ver ubi longum tepidasque praebet Jupiter brumas.* Stat. Silv. 1, 2, 157. *hic Sirius alget, bruma tepet.* Ib. 4, 1, 24. *ipsa meae tepeant tibi sidera brumae.* In seqq. *Leniat rabiem Canis* etc. observanda est elegantia, qua ab ipsis illis animalibus Epitheta ad signa zodiaci transferuntur. — *rabiem Canis.* De canicula, quae a. d. XIII. Kal. Aug. (20. die m. Jul.) oritur, sed demum d. VII. Kal. (27. m. Jul.) apparet, vid. Schneid. ad Colum. 11, 2, 53. et cf. Roeth. ad Jo. Lyd. de Mens. 3, 40. *τηνικαῦτα γὰρ* (a. d. III. Non. Aug.) *ὁ Σείριος ἀνατέλλει, ὃς καὶ δοκεῖ τῆς λύττης αὐτοῖς αἴτιος εἶναι.* Schol. ad Lucan. 10, 211. *rapidos* (rabidos) *qua Sirius ignis Exserit.* Pers. 3, 5. *insana Canicula.* Mitsch. ad Od. 1, 17, 17. 3, 1, 31. 13, 9. interpp. ad Sat. 1, 7, 73. 2, 5, 39. al. — *momenta Leonis,* quae Schol. Cruq. explicat „nocumenta (lege *movimenta*, quod ipsum habet Schol. ad Lucan. 3, 56.) *κατ' ἔξοχην* coelestium*) vel motus vel horum certa tempora dicuntur, ut Cic. N. D. 2, 46, 117. *astra — sua momenta sustentant* (nisi ibi est „Gleichgewicht") Martian. Cap. 8, 881. *Ab eo quippe Solis lumine intra viginti momenta abesse non poterit.* Plin. Epist. 4, 30, 3. *certis dimensisque momentis fons vel subtrahitur vel assurgit.* Avien. Arat. 896. *Hic Hyperonii flagrat via Solis et isto se duce caerulei referunt momenta caloris.* Alia vide ad 6, 3. p. 295. Hinc non assentior *J. Merkelio:* „die Hitze des Löwen." Sol

*) Aliorum explicationes vid. ap. *Dünzer.* p. 401.

autem Leonem die 20. secundum al. 23. (in Calendario ap. Lyd. de Ostentis p. 230. d. 24.) m. Julii intrat. Od. 3, 29, 19. ibiq. Mitsch. Martial. 9, 91, 12. Manil. 5, 206. Plin. H. N. 2, 47. Hodieque Itali illud ardentissimum aestatis tempus *Sole del Lione* vocant, uti testatur *W. Müller.* I. p. 146. *Solem acutum* v. 17. dicit ex antiquo sermone. Ita Hesiod. Op. et D. 414. *μένος ὀξέος ἠελίοιο.* Apoll. Rhod. 4, 847. *ὠκυτέρη βολάων ἠελίου* et apud eundem 4, 113. Aurorae tribuuntur *λευκαὶ βολαί.* Lucian. de Astrol. 22. (V. p. 225. Bip.) *τοῦ ἠελίου τὰς βολὰς τὰ δὴ ἐγὼ ἤματα εἶναι συμβάλλομαι.* Lucret. 5, 486. 612. 1, 148. *ictus, verbera Solis, tela diei.* Ovid. Her. 4, 159. *radiis frontem vallatus acutis.* Nemes. Cyneg. 212. *Quum segnes radios tristi jaculatur ab aethra Phoebus.* Prudent. Cathem. 2, 5. *Caligo terrae scinditur Percusso solis spiculo.* Similia suppeditant Bentl. et Mitsch. ad Od. 2, 15, 9. Cort. ad Lucan. 7, 214. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. 5, 389. Burm. ad Anth. Lat. II. p. 390. Misc. Obss. V. 2. p. 285. Ex hac ipsa autem re apparet, Epitheton *furibundus* per prolepsin explicandum esse, ut Leo Solis radiis „tanquam telis percussus" magis magisque furore incendi dicatur, quod ipsum et Adjectivi indoles (Ekst. ad Voss. Arist. II. p. 718.) suadet et aliis exemplis, ut Od. 1, 4, 8. (*ardens*) confirmatur. Vid. annot. ad 2, 45. Jahn. ad Virg. Ge. 1, 320. Heinr. ad Juv. 6, 160. Jacob. Qu. Epic. p. 155 sqq. De illa similitudine cur dubitet *Düntzer.* p. 401, equidem non video.

V. 18. *Est ubi divellat — cura?* Qui pro scriptura *depellat* propugnant, ii vereor ne operam frustra collocent. Ergo rure quoque cura somnum *depellit*, etsi rarius quam in urbe, tamen *depellit?* Hoc laudator ruris dicere neque debuit neque voluit. Lenius igitur verbum, quod somnum interruptum quidem, non insomniam indicaret, fuit quaerendum. An credis, librarios pro sua temeritate verbum notissimum per minus vulgatum interpretatos esse? Quocumque te torseris, nusquam ex tuis te laqueis expedies. At *divellere* idem quod *abrumpere, rumpere somnum.* Sic Virg. Ge. 3, 530. *nec somnos abrumpit cura salubres.* Beda ap. Wernsd. II. p. 241. *requiem disjungit amatam.* Juv. 5, 19. Stat. Silv. 2, 1, 62. Mart. 1, 50, 35. Claud. in Rufin. 1, 212. Theocr. 21, 27. *τὸν ὕπνον Ἁ φροντὶς κόπτοισα.* Plutarch. de Virt. et Vit. VI. p. 382. *φροντίσι καὶ μερίμναις καὶ ζηλοτυπίαις ἐκκόπτουσα τὸν ὕπνον καὶ διαφθείρουσα.* *Baxter.* comparat *κατασχίζειν* ap. Anacr. 3, 9. — *cura invida* non est *invidiae* periphrasis, ut *Torrentio* videtur, neque

(ut *Dacerio*) cura ab invidia profecta, neque (ut *Orellio* aliisque) „divitiarum cupiditas, quae conjuncta esse soleat cum invidia in omnes nobis locupletiores", sed *cura* quaelibet, quatenus *perturbat somnum*, qua sententia *curae vigilaces* Ovid. Met. 2, 779., *curae insomnes* Claud. in Ruf. 1, 38. dicuntur.*) Sic accommodate *invida aetas* Od. 1, 11, 7. *invida aura* Ovid. Met. 10, 642. *invida mors* Nemes. Ecl. 1, 47. Sententiam ipsam praeter Od. 2, 16, 15 sq. 3, 1, 21 sqq. Sat. 2, 6, 61. poetarum ratio confirmat: Virg. Cul. 88. *Illi dulcis adest requies et pura voluptas, Libera simplicibus curis.* Cf. Ge. 2, 467. Stat. Silv. 3, 5, 85. *Pax secura locis et desidis otia vitae Et nunquam turbata quies somnique peracti.* Senec. Herc. Oet. 645. *Cespes Tyrio mollior ostro Solet impavidos ducere somnos; Aurea rumpunt tecta quietem* etc. Hippol. 521. *Certior somnus premit Secura duro membra versantem toro.* Herc. fur. 160—163. Epist. 90. de hominibus priscis naturae convenienter vita perfunctis: *placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura versat et acerrimis excitat stimulis; mollem somnum illis terra dabat.* De diversis *curae* describendae modis vid. *Klotz.* Lectt. Venus. p. 268. et *Liibk.* ad Od. 3, 1. p. 301.

V. 19. *Deterius — lapillis?* Quum ex poetarum consuetudine, qui in talibus summa significant, tum propter Deminutivum *lapilli* pavimenta tessellata et vermiculata ex Numidico marmore confecta intellige, non, uti *Fea* sentit, pavimenta istius marmoris crustis amplioribus strata. *Musiva* illa Cicero de Legg. 2, 1, 2. *pavimenta marmorea* et Tibullus (? !) 3, 3, 16. *marmoreum solum* simpliciter dixisse videntur. Prop. 1, 2, 18. *Litora nativis collucent picta lapillis,* ibiq. Fr. Jacobs. in Blumenles. II. p. 142. Sidon. Apollin. Carm. 23. p. 374. Elm. *aureasque portas Exornas Asaroticis lapillis.* Senec. Epist. 86. *Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt.* Apul. Met. 5. (p. 308. Hildebr.) *Enimvero pavimenta ipsa lapide pretioso caesim diminuto in varia picturae genera discriminantur.* Augustin. de Ord. 1, 1. *Si quis tam minutim cerneret,*

*) Vereor, ne *Düntzerus* p. 402. *curam* angustius explicaverit „alle Geschäfte und Sorgen der Stadt, nicht die Beunruhigung des Herzens im Allgemeinen;" dissentio quoque in interpretatione Epitheti *invida*: „die Sorge, welche neidisch dem Menschen sein Glück missgönnt." Acutius vidit *Gierigius* ad Ovid. Metam. 10, 642.

ut in vermiculato pavimento nihil ultra unius tessellae modulum acies ejus valeret ambire, vituperaret artificem velut ordinationis et compositionis ignarum, eo, quod varietatem lapillorum perturbatam putaret, a quo illa emblemata in unius pulchritudinis faciem congruentia simul cerni collustrarique non possent. Vide quoque, pretiosos lapillos, ut gemmas, num recte hic intelligant *Xylander* ad h. l. et *Broukhusius* ad Tib. 2, 4, 27., quanquam de ipsis, si contuleris Lips. ad Senec. Ep. 86. Burm. ad Anth. Lat. 3, 70, 7. I. p. 511. Trill. ad Lucan. 10, 114—117. Wernsd. ad P. L. M. IV. p. 294. cum Beckero ad Gall. N. p. 61., dubitandum non videtur. *Bentleji* autem conjectura *tapetis,* qua uterque versus ad somnum meridianum refertur, sententiam amplianda unius rei descriptione incommode decurtat. Ceterum de pavimentis illis vide quos laudant locos et scriptores *Oudend.* et *Hildebr.* ad Apul. l. l. *Becker.* ad Gall. I. p. 96. et ed. 1. p. 36. — *olet.* Pavimenta praesertim triclinionum et floribus et vino croco dilato vel aliis liquoribus odoratis spargebantur. Vid. Heins. et Burm. ad Petron. 60. p. 302., 68. p. 338. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. I. p. 281. Bip. Wüstem. ad „Palast des Scaurus" p. 264. N. 52. Becker. ad Gall. II. p. 189. N. 35. — *nitet* apposite et de lapidum atque metallorum splendore et de laetis pratis atque campis. Ita Senec. Epist. 114. *ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor.* Mart. 9, 58, 6. *litoribus nitent lapilli* et *herba nitens* Ovid. Met. 15, 202. *Vere nitent terrae* Fast. 4, 126. *nitentia culta* Virg. Ge. 1, 153. *campi nitentes* Aen. 6, 677.

V. 20. 21. *Purior in vicis — rivum?* Sententia tecte significata haec est: „Quae rure libero cursu fluit aqua, ea limpidior est atque murmurante sua mobilitate magis delectat quam quae ex aquaeductuum castellis plumbeis inclusa fistulis per urbis vicos distribuitur." Epitheton *purior* luce illustratur a Frontino de Aquaeduct. c. 89. 90. ed. Adl. De *fistulis plumbeis*, quae una cum tubulis fictilibus in usu erant, vide praeter Frontin. l. l. 20. N. 73., 36. N. 57., 105. p. 166. 129. p. 196. Plin. H. N. 31, 6. Vitruv. 8, 7. Pallad. R. R. 9, 11. et de fistulis, quas *Silanos* vocabant, Munck. ad Hygin. Fab. 169. Vitruvium (3, 6, 4. ed. Schneid.) de confectis fistulis plumbeis erroris incusat Chr. Fr. L. *Schultz.* in Mus. Rhen. 1836. IV, 3. p. 339, at fides esto penes ipsum! Vulgarem fistularum plumbearum usum testatur „Pompeji." Leipzig b. Baumgärtn. 1834. I. p. 104. Conf. Ovid. Met. 4, 122. Stat. Silv. 1, 3, 67. De

aquaeductuum magno opere conf. praeter Frontin. c. 4—16. Gesn. ad Chrestom. Plin. 36, 15. p. 1084. ed. 1776. Wernsd. ad Rutil. Itiner. 1, 97. Lips. de Magnitud. Rom. 3, 11. Burton. „Alterthümer u. Merkw. Rom's, übersetzt von Sickler.“ Lpz. 1823. p. 34 sqq. De *vicis* Romae vid. Heind. ad Sat. 1, 9, 13. Sachse „Geschichte u. Beschreib. d. alt. Stadt Rom.“ II. p. 111 sq. — *tendit rumpere*, ut 7, 31. et saepe. Ita Virg. Aen. 2, 220. *tendit divellere nodos.* Similia dant Schmid. ad 19, 16. Markl. ad Stat. Silv. 2, 6, 70. Barth. ad Prop. 1, 4, 15. Vident hic aliquot interpp. solam copiae notionem expressam, at uti in verbis seqq. sonans aquarum libere meantium celeritas, ita in his aquarum coercita vis libertatem quaerentium describitur, inde per *pronum rivum*, quod Epitheton earum rerum est, quae natura deorsum eunt. Sic Od. 1, 29, 11. (Mitsch.) *Pronos relabi posse rivos.* Virg. Aen. 8, 548. *pars cetera prona Fertur aqua.* Manil. 4, 417. *pronis fugientia flumina rivis.* Avien. Descr. Orb. 2. *praecipiti volvuntur prona meatu flumina per terras.* Claud. in Ruf. 1, 169. Virg. Ge. 1, 203. Aen. 5, 212. Rutil. Itin. 1, 389. Inde non placet quae Torrentio placuit altera scriptura: *per planum.* In verbo *trepidandi* semper notio quaedam inest celeritatis vel tremuli motus, quicquid explicant *Wernsdorfius* et *Zumptius* ad Rutil. Itiner. 1, 280. Vid. Mitsch. ad Od. 2, 8, 11. Fea ad Sat. 1, 3, 81. Broukh. ad Tib. 2, 2, 17. Drak. ad Liv. 27, 1, 8. Ita Quintil. Declam. 13, 8. *fusus ex proximo fonte rivus trepidantibus inter radiantes calculos aquis.* — *cum murmure*, ut Epod. 2, 27. 16, 48. Virg. Cop. 12. *Est crepitans rauco murmure rivus aquae.* Cul. 17. *sonans — labitur unda.* Ovid. Rem. Am. 177. *Aspice jucundo labentes murmure rivos.* Claud. in Ruf. 1, 214. *labentis murmura rivi.* Conf. Heyn. ad Virg. Cul. 105. Jacob. *de usu num. Plural.* p. 14. In sententiam totius loci Virg. Ge. 2, 469. *vivique lacus.* Senec. Epist. 90. *perlucidi fontes rivique non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes* etc.

V. 22. 28. *Nempe inter — agros.* Sententia: „Quid, quod homines in ipsa urbe rus quaerunt. Qui ruris amor in omnium animis quasi insitus et arboribus intra ipsas domus consitis et laudatione ejus domus, quae in vicinos agros liberum praebet prospectum, satis probatur.“ *Varias* autem *columnas* intellige peristylium ex marmoreis columnis versicoloribus exstructum. Senec. Thyest. 648. *tecti auratas trabes Variis columnae nobiles maculis ferunt.*

Epist. 115. *nos delectant ingentium maculae columnarum* etc. Petron. 120, 92. *varius lapis invenit usum;* ibique interpp. p. 570. ed. Burm. In hoc peristylio fere aquae et viridaria, quae *silvae* et *nemus* vocantur. Senec. Exc. Controv. 5, 5. *Intra aedificia vestra undas et nemora comprehenditis.* Rutil. Itin. 1, 111. (ibiq. Werusd.) *Quid loquar inclusas inter laquearia silvas?* Conf. Schol. Cruq., qui citat Virg. Aen. 7, 171. et Cic. in Verr. 1, 19, 51.; Jan. et Mitsch. ad Od. 3, 10, 5. Broukh. et Heyn. ad Tib. 3, 3, 15. Heyn. et Forbig. ad Virg. Aen. 7, 59. Rupert. et Heinr. ad Juv. 4, 6. Barth. ad Prop. 2, 32, 11. Heusing. ad Nep. Attic. 13, 2. Lips. de Magnitud. Rom. 3, 14. et Epist. Cent. III. Misc. 11. Becker. ad Gall. I. p. 89. Tübing. Kunstblatt. 1828. N. 104. 1833. N. 42. p. 166. Th. Hell. in „Wegweiser im Gebiete der K. u. Wiss." 1829. N. 44. p. 173. et „Neueste Pompejanische Entdeckungen" in „Blätter für liter. Unterhaltung" 1835. N. 39. p. 159. Quodsi interpretes plerique omnes arboreta illa in impluvio ponunt, haud scio an id suo quodam jure faciant, quod quidem negat *Liibkerus* ad Od. 3, 3. p. 429., quum ibi solaria „Dachgärten" laudato Beckero ad Gall. I. p. 94 intelligit. At jam *Broukhusius* prudenter significavit, hortos illos quasi pensiles novitium esse recentioris luxuriae inventum. Horatiano autem in lyricis loco, etiamsi vulgarem interpretationem servaveris, suus stat honor. At quidni peristylium ibi quoque significatum credamus? Male autem hic *Zurckius*, quum contra *Dacerii* hortos disputat, viridaria et *intra* aedes et *super* eas sentit. Ad perspicientiam loci facit *nutriendi* quoque verbum, quo studium talium rerum et cura apposite indicatur. — V. 23. *longos quae prospicit agros*, i. e. in vicinia agri Romani late extentos, ut *longus pontus* Od. 3, 3, 37., *longa rura* Lucan. 1, 170., *juga longa* Ovid. Her. 5, 20. ibiq. Ruhnk., nisi quis agrorum formam intelligere mavult, ut Ovid. Met. 1, 123. *longi sulci* et 126. *humum longo signavit limite mensor. Jaeckii* interpretatio v. *longos* i. e. longe remotos consuetudine sermonis quidem defenditur (Drak. ad Sil. Ital. 6, 628. Hand. ad Stat. Silv. I. p. 316.), at parum respondet sententiarum ordini, nisi domos intelligas ut turrim Maecenatianam Od. 3, 29, 6., ex quibus agri longissimi prospici potuerint. — *prospicit* ut Ovid. Met. 8, 329. (ibiq. Bach.) *Silva frequens trabibus — prospicit arva.* Plin. Epist. 2, 17, 8. *Coenatio, quae latissimum mare, longissimum littus, amoenissimas villas prospicit.* Cf. Cort. ad Lucan. 2, 429. Walth. ad Tac. Ann. 4, 67, 2.

V. 24. 25. *Naturam expellas — victrix.* Sententiae ita se excipiunt: „Natura enim tua potentior, quantumlibet ei obluctere, tandem dominabitur et vitiosum copiae naturalis fastidium tibi vel inscio vel invito excutiet.“ Conformatio autem enunciati Conjunctivum *expellas* aut pro Imperativo habet ut Od. 4, 4, 65. *Luctere — proruet*, aut pro Conjunctivo concessivo ut Epist. 1, 1, 28. *Non possis — Non tamen contemnas.* Ob vividiorem orationem, qua Poeta re quadam concitatus interdum exsurgit ut 1, 1, 60., magis placet ratio prior. Quicquid est, Futurum illud (*expelles*) semper ea ratione improbaverim, qua utitur protasi sublata acutissimus *Hocheder:* „Du wirst die Natur mit der Gabel abzutreiben nie aufhören; dennoch“ etc. In sententiam conf. 12, 10. Sat. 2, 7, 74. Juv. 13, 239. *Tamen ad mores natura recurrit damnatos, fixa et mutari nescia.* Ibid. 10, 303. Cic. Tusc. 5, 27, 78. *Nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta.* Senec. Epist. 119. *Natura contumax est: non potest vinci, suum poscit.* Id. 11. de Ira 2, 20. Epict. Diss. 2, 20, 18. *ἰσχυρόν τι καὶ ἀνίκητόν ἐστιν ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη.* Alia plura de naturae vi vid. ap. Gatak. ad Marc. Antonin. 11, 10. p. 324. Adv. Posth. 40. p. 840. Beier. ad Cic. Offic. 1, 33, 120. De proverbio: aliquid *expellere furca, movere, ejicere, διχοάνοις ἀθεῖν*, quo utuntur Catull. 105, 1. (Döring. ibi et Vulp. ad 108, 2.), Cic. ad Attic. 16, 2., Aristoph. Pac. 637. (615.), Lucian. Tim. 12. (Hemsterh. I. p. 361 Bip.), dixerunt Erasmus in Adagg. 2, 7, 14., Turneb. Adv. 13, 3., Scaliger ad Paul. Diac. Excerpt. v. *Furcilles* p. 429. Lindem., Vavassor in Antib. p. 533. ed. Kapp. — V. 25. *mala fastidia* vocat perversas vitiosasque hominum luxurie diffluentium delicias, quibus illi usi naturalia, facilia ut sordida et vilia despiciunt, inde *mala* ut *vitiosa libido* 1, 1, 85., *vitiosa cura* Od. 2, 16, 21., *mala ambitio* Sat. 2, 3, 78. Conf. Heind. ad Sat. 1, 1, 77. 2, 9. Schmid. ad Epist. 1, 16, 24. Quapropter loco male consuluerunt, qui aut *male* scripserunt (*male victrix* pro pertinaciter victrix), aut *mala* secundum scripturam *fastigia* ad naturam retalerunt, ut esset „pervicax, astuta et callida,“ aut ut sec. script. *vestigia* ipsa *natura victrix* perrumpere furtim *mala* „violenta,“ „violentia“ vestigia diceretur. In sententiam cf. Sat. 1, 2, 115. 2, 2, 14. Senec. Epist. 14. *Ad parata nati sumus, nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus.* Ibid. 114. *Quum assuevit animus fastidire, quae ex more sunt et illi pro sordidis solita sunt.* Ibid. 119. *Inter re-*

liqua hoc nobis natura praestitit praecipuum, quod necessitati fastidium excussit. Ibid. 122. *Omnia vitia contra naturam pugnant. Omnia debitum ordinem deserunt. Hoc est luxuriae propositum: gaudere perversis.* Id. Consol. ad Helv. 12. *Locupletes sumunt quosdam dies, quum jam illos divitiarum taedium cepit, quibus humi coenent et remoto auro argentoque fictilibus utantur. — O quanta illos caligo mentium, quanta ignorantia veritatis exercet, qui fugiunt quod voluptatis causa imitantur.* Id. de Benef. 7, 2. M. Senec. Controv. 2, 9. p. 140 Bip. Virg. Cul. 57 sqq. Plutarch. de Virtut. VI. p. 380. R. Lucian. Nigrin. 31. De scriptura *vestigia*, quam quasi expressit Menand. Fragm. 163. ed. Dübn., dicere non attinet, sed majorem habet probabilitatis speciem scr. *fastigia*, quam *Torrentius* Graecorum comparans ἀκρωτήριον, fastigium domus (Heyn. ad Virg. Aen. 2, 442.), ita explicat: „naturam, quomodocumque a foribus arceatur, tamen recurrere et vel perrupto fastigio, i. e. contempta quavis dignitate ac copia si non vi, at certe clam aditum patefacere, vel, si *fastigium* vulgari tantum significatione accipiatur, naturam atrio exclusam per fenestram tectumve aut impluvium ingredi.“ In hanc fere sententiam Plutarch. Symp. 1, 2. VIII. p. 438. δέδια, μὴ δυσεῖμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τύφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρῳ etc. et Fridericus II., ut refert *Hertzerus* („Werke“ XIII. p. 111. ed. 1829): „Werfet die Vorurtheile zur Thüre hinaus, sie kommen zum Fenster herein.“

V. 26—29. *Non qui — falsum.* „Quodsi in rebus externis nulliusque fere ponderis, ut in purpura distinguenda, decipi ac falli damnosum est, multo etiam magis errare in rebus maximis, ut quid verum falsumve sit nescias.“ Haec sententia et quae antecesserunt respicit et eorum quae sequuntur terminat modum, ut quasi sit: „Qui a naturali vivendi ratione discedens urbis delicias splendoremque ruris et amoenitati et simplicitati praefert ob eamque rem majora, quam quae natura desiderat, appetit, is, quantum a vero aberraverit, suo sentiet damno.“ Alii aliter.*) Loci autem gravitatem minime omnium sensit *John Frank Newton*, quum particulam *non* cum verbo *nescit* conjungeret et hanc esse opinaretur sententiam: „Qui callidus non nescit contendere vell. pot. Aqu. fuc. Sid. ostro, certius accipiet

*) Aliorum discrepantes de hoc loco difficillimo sententias recenset *Hertzerus* p. 404—5., quam ipse proponit, ea ut ab omni parte vera sit vereor.

damnum propiusve medullis, quam qui, licet et ipse in urbe vivat, talium rerum nescius et negligens, simplici vestitu contentus sit.“ Mirae hujus interpretationis mentionem faciunt „Blätter für liter. Unterhaltung“ 1836. N. 330. p. 1384. Ceterum, uti Horatius, ita Cicero pr. Rosc. Am. 14, 39. *vitam rusticam a cupiditate disjunctam* dicit. Versu autem 26. 27. *purpurae insaniam* (Plin. H. N. 9, 36—39.) oblique tangi non est, quod moneamus. Inde Lucret. 5, 1422. *nunc aurum et purpura curis Exercent hominum vitam belloque fatigant.* De *Sidonio ostro* i. e. purpura Phoenicia, cujus pretium etiamtum maximum fuit, vide ad 6, 18. coll. Rosenmüller. Schol. ad Exod. 25, 4, et Winer. „Bibl. Realwörterbuch“ v. „Purpur.“ Loers. ad Ovid. Trist. 4, 2, 27. Male autem *Lambinus*, quem sequuntur *Dacerius* et *Braunhardus*, *contendere* explicat „certare, h. e. lanas Aquinati succo infectas ad purpuram Sidoniam ita prope accedere, ut difficile sit internoscere,“ sed bene contra eum disputat *Torrentius*, quum *Aquinates succos* Tyriae purpurae specie quidem non dissimiles fuisse, at intrinseca bonitate distulisse dicit, ita ut callide inter se conferri ac comparari necesse esset, quod proprie est *contendere*, cujus verbi proprietatem nimis subtiliter ad h. l. accommodavit *Baxterus*. Eadem constructio ap. Lucil. 1, 15. *ut contendere possem Thestiadas Ledae atque Ixionas Archilochio.* Auson. Grat. Act. 14, 3. *Non ego me contendo Frontoni.* Conf. Rudd. II. p. 173. Hanc explicationem vocabulum *callidus* et ipsum verbum *distinguendi* v. 29. ab *Hochedero* acute explicatum confirmare videtur. In sententiam Ovid. Rem. Amor. 707. *Confer Amyclaeis medicatum vellus aheneis Murice cum Tyrio, turpius illud erit;* quem locum expressit Quintil. Inst. 12, 10, 75. (ibiq. Gernhard), ubi pro: *si contuleris etiam lacernae* Torrentius haud inepte conjecit: *si cont. eam Tyriae lacernae*, in quam conjecturam et alii inciderunt, qui *Torrentium* utpote auctorem novisse non videntur. De voce *callidus* dixit Heindorf. ad Sat. 2, 3, 23. cf. Hauth. ad Pers. p. 279. *Aquinates* autem suam purpuram ad imitationem Phoenicise illius tinxisse, ut imperitos fallerent, ut interpretes quidam opinantur, ex hoc quidem loco tuto colligi nequit, quanquam res ipsa, si comparationem latius extendas, quandam probabilitatem habet. — V. 27. *Aquinatem fucum.* Quum Aquinatium purpura aliunde ignota sit, Schol. Cruq. suam explicationem: „Aquinum oppidum est Italiae, ubi conficitur purpura, quae videtur imitari Sidoniam, et Aquinates purpurae similes sunt Sidoniis et Tyriis; atque

imperiti multum saepe falluntur“ etc., ex hoc ipso loco hausisse videtur. De *fuco*, lichenis genere, Orseille, cujus succo aut sine *ostro* i. e. murice vel buccino lanam aut muricis illius succo postea tingendam medicabantur (Mitsch. ad Od. 3, 5, 27.), unde purpura aut adulterina aut vera esset, vide *Sprengel.* ad Theophrast. Naturgeschichte der Pflanzen, übersetzt etc. II. p. 157. et de tingendi ratione *Jahn.* in „Miscellen der Jahrbb.“ etc. 1828. III, 2. p. 205. et 3. p. 324. coll. censura de *Heusingeri Obss. de purpura antiquorum* in „Götting. gelehrt. Anzeig. 1828. XXI. p. 208. — *vellera potantia.* Ita Ovid. Met. 6, 9. *Phocaico bibulas tingebat murice lanas.* A. A. 3, 187. *Lana tot aut plures succos bibit.* Avien. Arat. 346. *Assyriumque bibunt nova vellera succum.* Claud. in Ruf. 1, 207. *Rapiunt Tyrios tibi vellera fucos Et picturatae saturantur murice vestes.* Plin. H. N. 9, 38. *Quinis lana potat horis.* Cf. Burm. ad Grat. Cyneg. 59. Bünem. ad Lact. Inst. 2, 2, 16. Ruhnk. ad Ovid. Her. 13, 37. — V. 28. *Certius — propiusve medullis.* Sic *propior certiorve cognatio* ap. Cic. de Legg. 1, 8, 25. junguntur; *propius medullis* ut πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς ap. Eurip. Hippol. 255., ubi similia attulit Valckenarius. Eadem sententia *propior dolor* ap. Val. Fl. 1, 546. et Ovid. Amor. 2, 19, 43. *Mordeat ista tuas aliquando cura medullas.* Cf. Cort. ad Lucan. 5, 811. Forbig. ad Virg. Aen. 4, 66. et interpp. ad Epist. ad Hebr. 12, 4. — V. 29. *vero distinguere falsum.* In hac arte versatur a) ea philosophiae pars, quam dialecticam vocant, vide quos conferunt *Ochsner.* ad Cic. Ecl. p. 46. 118. Hermann. ad Lucian. Quomodo histor. etc. p. 208. et *Koppius* ad Mart. Cap. 4, 329. p. 329. c) doctrina de vita et moribus ex sententia philosophorum imprimis Socraticorum. Hinc fere omnis omnium querela de hominum coecitate, qua obruti speciem pro re, falsum pro vero captent indeque in maximam miseriam incidant. Horatii sententiam paene expressit Epictet. Diss. 1, 11, 11. Καὶ μὴν τὸ μὲν τῶν χρωμάτων καὶ ὀσμῶν, ἔτι δὲ χυμῶν κριτήριον ἀγνοεῖν, τυχὸν οὐ μεγάλη ζημία· τὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν τῷ ἀνθρώπῳ, δοκεῖ σοι μικρὰ ζημία εἶναι τῷ ἀγνοοῦντι; Ἡ μεγίστη μὲν οὖν. Ibid. 2, 24, 19. Senec. Epist. 71. *Socrates — hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere.* Ibid. 94. Ibid. 118. *Omnes autem male habet ignorantia veri.* Senec. Consol. ad Helv. 9. *Angustus animus est quem terrena terrent. Ad illa abducendus est, quae ubique aeque apparent,*

ubique aeque splendent: et hoc cogitandum est, ista veris bonis per falsa et prave credita obstare. Pers. 5, 105. (ibiq. Hauth. p. 391—98) *veri speciem dinoscere calles, Ne qua sub subaerato mendosum tinniat auro?* Juv. 10, 2. *Pauci dinoscere possunt vera bona atque illis multum diversa, remota Erroris nebula.* Horatius ipse Sat. 1, 3, 113 sq. 2, 3, 43—209. Epist. 2, 2, 44. Adde Plat. Gorg. p. 508. A. — 509. C. de Rep. 6. p. 490. de Legg. 3. p. 688. Theaet. p. 176. Diog. Laert. 2, 21. Gatak. ad M. Antonin. 5, 10. Hermann. ad Lucian. Quomodo hist. etc. p. 76. Lucret. 4, 470—522. Cic. Off. 1, 6, 18. N. D. 1, 32, 91. Academ. 2, 18, 58—20, 66. Juv. 4, 91. ibique Heinrich.

V. 30—33. *Quem res — amicos.* Hae gnomae a multis varie variatae in eos, qui falsis illis judiciis feruntur, dici censendae sunt. [Alii aliter, de quibus dicit Düntzer. p. 406.] *Quem res — Mutatae quatient.* Ita Senec. Consol. ad Helv. 5. *Neminem adversa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera ejus velut sua et perpetua amaverunt, qui se propter ea suspici voluerunt, jacent et moerent, quum invalidos et pueriles animos omnis solidae voluptatis ignaros falsa et mobilia oblectamenta destituunt.* Boeth. Consol. phil. 2, 4. (p. 27. ed. Obbar.) *Adde quod felicissimi cujusque delicatissimus sensus est, et, nisi ad nutum omnia suppetant, omnis adversitatis insolens minimis quibusque prosternitur.* M. Antonin. 7, 27. (ibiq. Gatak.) φυλάσσου, μὴ δια τοῦ οὕτως ἀσμενίζειν αὐτοῖς (bonis caducis) ἐθίσῃς ἐκτιμᾶν αὐτά, ὥστε, ἐάν ποτε μὴ παρῇ, ταραχθήσεσθαι. Isocr. ad Demonic. 71. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἧσσον περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος. Conf. Mitsch. ad Od. 2, 3, 1—4. 10, 13. 14. 21 sqq. 3, 27, 74. 4, 9, 36. Cic. Tusc. 5, 12, 36. Senec. Consol. ad Polyb. 28. Brevit. Vit. 17. Muret. ad Cic. de Offic. 1, 26. (Opp. III. p. 318). *Mutatae* i. e. adversae, similitudine a ventis sumpta, ut recte hoc verbum ad v. *secundae* refert *Hotheder.* — *quatient* de iis, quae animum percellunt, terrent. Vellej. 2, 110. *Tantus hujus belli motus fuit, ut stabilem illum et firmatum — animum quateret atque terreret.* Vid. Mitsch. ad Od. 1, 16, 5. 3, 3, 5. Drak. ad Sil. Ital. 4, 7. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 30. Similis color est 6, 14. *Defixis oculis animoque et corpore torpet.* Scriptura autem *plus nimio* fortior est altera *plus aequo.* Sic Od. 1, 18, 15. 33, 1. Plaut. Mil. Glor. 2, 6, 101. *plus nimio merui mali.* Ovid. Trist.

2, 210. *nimio plus.* Arnob. adv. Gent. 5. p. 155. *hausisse plus nimio.* Alia suppeditant Drak. ad Liv. 2, 37, 4. 29, 33, 4. et, quem laudat Peerlkampius l. l., Juretus ad Symmach. Epist. 1, 25. [31]. — V. 31. *Si quid mirabere, pones invitus.* Senec. de Tranq. Anim. 8. *Tolerabilius autem est faciliusque, non accipere quam amittere. Ideoque laetiores videbis quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit.* Sic et elegantissimus ex nostratibus Lotichius in Eleg. 1, 2, 64. *Ponere difficile est, quae placuere diu.* Ibid. 5, 10, 6. (5, 24, 6. ed. Friedem.) *Ponere nec facile est, quae placuere semel. Ponere**) enim imprimis de iis dicitur, quae valde amavimus ut Sat. 2, 3, 16. Epist. 1, 1, 10. 16, 35. Heinr. ad Juv. 3, 56. — V. 32. *Fuge magna* etc. „Fuge honores, opes, potentiam: beato licet esse pauperi, si liber est a cupiditatibus: quod *παράδοξον* Stoicum fabella Aesopia illustratur." Sic quidem *Orellius.* At verendum est, ne apologus qui sequitur huic explicationi parum accommodatus sit. Quapropter locus sic explicandus esse videtur: „Fuge [majora appetendo] hominum potentiorum limina, sub paupere enim tecto tibi vivens ipsis regibus potes esse beatior." In eandem quidem sententiam Ovid. Trist. 3, 4, 4. *Vive tibi et longe nomina magna fuge. Vive tibi quantumque potes praelustria vita.* Senec. Herc. fur. 164. *Ille superbos aditus regum Durasque fores, expers somni, colit.* Horum vestigia presserunt imitatores in Anth. lat. 3, 64. *Quisquis amore volens solido tranquillus et alta Pace frui, majora fuge et nimis alta caveto, Quin etiam vitare parem — admoneo.* Ibid. 3, 66. *Vive et amicitias regum fuge — Vive et amicitias nimio splendore nitentes, Et quicquid colitur perspicuum fugito.* Ibid. 3, 77. *Ingentes dominos et famae nomina clarae Illustrique graves nobilitate domos Devita et longe vivus cole.* Epictet. Diss. 4, 1, 46. 47. Hanc *culturam potentis amici,* quae *dulcis inexpertis* Epist. 18, 86. vocatur, omittere fere idem est quod *potentum limina vitare,* de qua re vide Burm. ad Lotich. Eleg. 5, 17, 81. Carm. 1, 16, 19. Mitsch. ad Epod. 2, 7.

---

*) Quapropter non facio cum *Düntzero*, qui explicat: „*Pones* kann hier nicht vom Aufgeben eines wirklich besessenen Gutes stehn (vgl. *mirabere*), sondern nur vom Drangeben der Hoffnung, wenn es uns entgangen ist." At *miramur* quum ea, quae habemus, tum ea, quae non habemus. Illud voluisse Poetam, ex antecedentibus quoque appareret. Cf. Epist. 2, 2, 58. Schmid. ad 6, 9. et Jev. ad Lucan. 3, 406. Recte *Daru*: „Ce qu'on aime à l'excès, on le perd avec peine."

Horatius haec officia satis sibi incommoda perosus Maecenati suo 7, 36. declaravit: *nec Otia divitiis Arabum liberrima muto.* Inde etiam explicanda vox 14, 1. *Villice — mihi me reddentis agelli.* Conf. Sat. 2, 6, 66. 80 sqq. 1, 6, 110. Epist. 1, 18, 24. Vox *magna* igitur eos significat, qui μέγα δύνασθαι dicuntur, de qua significatione vide quos laudant Jacob. Qu. Epic. p. 35. Seebod. „Scholien zu Qu. Hor. Fl.“ I. p. 8. 9., quibus adde Fabr. ad Liv. 23, 42, 9. Irmisch. ad Herodian. 1, 6, 17. (μεγάλοι καὶ ἔνδοξοι) p. 216. Kuinoel. ad Evang. Matth. 20, 25. Ne quis in Neutro *magna* argutetur, cavebit elegans *Mitscherlichii* et *Peerlkampii* ad Od. 1, 34, 12—14. annotatio, quacum conf. interpp. ad Thucyd. 3, 11. (Poppo p. 104) et ad Epist. Paul. ad Corinth. 1, 1, 27. 28. — *sub paupere tecto,* utpote animi mediocritate contenti Od. 2, 10, 6. Sic Od. 3, 29, 14. *parvo sub lare pauperum.* Senec. Octav. 894. *Bene paupertas Humili tecto contenta latet.* — V. 33. *Reges* alias verecundum patronorum nomen (vid. 7, 39.), hic ob contrariorum vim sensu proprio, *regumque amici* consiliarii et rerum gerendarum ministri, ab interpretibus Francogallicis parum accurate „les favoris des rois“ (qui fere sunt *magni* vel *potentes amici regum, principum*) vocati. Vid. Cort. ad Sall. Jug. 74, 1. Burm. ad Anthol. lat. I. p. 284. In simili re componuntur ap. Epictet. Diss. 4, 1, 51. οἱ βασιλεῖς λεγόμενοι et οἱ φίλοι τῶν βασιλέων. *Dacerius* comparat Virg. Ge. 4, 132. *Regum aequabat opes animo,* sed non minus faciunt ad rem exempla ap. Cic. in Tusc. 5, 32, 92. Plin. H. N. 7, 46. Val. Max. 7, 1, 2. Schol. ad Juv. 14, 120. Diog. Laert. 2, 25. et de infortunio purpuratorum ditiorumque Senec. Epist. 76. 115. Atque haud scio an Poetae animo obversati ipse Augustus et Maecenas sint, de illo Seneca de Brev. Vit. 5. Gesn. ad Chrestom. Plin. XXIII. p. 219 sqq., de hoc quanquam paulo malignius Seneca de Provid. 3., conf. Meibom. Maecen. c. 27. p. 169. Visconti Iconograph. Rom. I, 2. p. 403. Ad dictionem *vita praecurrere* laudavi olim Cic. Catil. 4, 9, 19. Nep. Thras. 1, 3. Tac. Dial. 22, 2. (ibiq. Rupert.) Ita Graeci παραθρέχεσθαι. Matth. ad Chrysost. Hom. 3, 4. p. 50 Moeb. ad Cic. pr. Rosc. Am. 25, 69. Ut h. l. *vita,* sic ὁ βίος in Brunk. Gnom. p. 223. βίος ἐστὶν, ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ, βιῶν et Del. Epigr. 1, 3, 5. (Jacobs) φρονίδες ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος. Vulp. ad Catull. 105 (107), 8.

V. 34—41. *Cervus equum — nesciet uti.* Iam quod ante significavit Poeta, planius exponit, „in affectatione Principum a nimia

majora adipiscendi cupiditate profecta libertatis fere fieri jacturam," id quod enarratione fabulae, qua olim Stesichorus Himerenses monuit, ne superbae Phalaridis (Arist.) aut Gelonis (Con.) dominationi se subjicerent, sub aspectum quasi subjicitur. Apologum illum narrant Aristoteles (Rhet. 2, 20, 5.) et Conon. (Narrat. 42). De hoc Apologo vide quae disputant Boyl. ad Phalarid. Epist. 6. p. 39. ed. Schaef. Weber. ad „Eleg. Dichter" p. 311. Kleine ad Stesich. Fragm. p. 17. 110. Welcker. in doctissima illius libri censura in Jahnii „Jahrbb." 1829. I [IX] p. 299., quibuscum confer de iis scriptoribus, qui hanc fabulam variarunt, Schwabii Excurs. ad Phaedr. 4, 4 (3). et ed. nostram 1. p. 59. — V. 34. *pugna melior,* ut κρείττων (Valcken. ad Eurip. Hippol. 1216) Od. 1, 15, 28. (ibiq. Lambin.) 3, 6, 16. Sat. 2, 5, 19. Virg. Aen. 5, 68. *jaculo et sagittis melior.* Liv. 25, 18, 6. *bello melior.* Bach. ad Ovid. Met. 9, 29. Forbig. ad Virg. Aen. 9, 556. 11, 338. Rupert. ad Tac. Germ. 32, 4. — *communibus herbis,* i. e. ex jure naturae ut Ovid. Met. 1, 135. *Communem prius ceu lumina solis et auras — humum.* Heusing. ad Cic. Offic. 1, 7, 2. — *Pellebat.* Hunc Imperfecti usum bene sensit J. H. Vossius: „und den Gaul vom gemeinsamen Anger Jagt er oft." — V. 35. *minor in certamine longo,* i. e. ἥττων. Sil. Ital. 5, 76. *Heu satis superi certasse minores.* Stat. Theb. 11, 666. *seque minorem confessus tacite.* Grat. Cyneg. 335. *socios tutabitur hoste minores,* ubi vid. Wernsd. Burm. ad Val. Fl. 7, 349. Cort. ad Lucan. 4, 642. Rupert. ad Tac. Germ. 39, 7. Quodsi olim voc. *minor* ex mutato subjecto, quod hic *equus* est (exempla usquequaque inveniuntur, vid. Bernhard. „Wissensch. Syntax p. 468. Stallb. ad Plat. Gorg. 66. p. 215. Strange in Seebod. „Archiv" 1836. IV, 3. p. 375. Heinr. ad Juv. 4, 39—41. Heusing. ad Cic. Offic. 2, 1, 3. Fabr. ad Liv. 22, 51, 9.) explicavi, haud scio an melius sit cum *Hochedero* voc. *minor* pro ipso habere Subjecto.

V. 36. *Imploravit opes hominis.* Ut *opem petere, ferre* dicitur, ita hic *opes* pro *opem* cum aliis multis (ut Schirachio in Clav. Hor. p. 253., Ruddimanno I. p. 131., Bremio ad Nep. Hannib. 1, 3.) dici opinatur *Orellius,* quod mihi, ut concedam, nunquam extorquebunt. *Opes* enim, verbum quoddam rei militaris et civilis, i. e. vires, potentia, haud obscure eum respiciunt, qui potentioris se committit, immo summittit tutelae. Illam notionem a *Torrentio* hic observatam improbare non debebat *Burmannus* ad Val. Fl. 3,

713., qui Acrone auctore ad Od. 3, 3, 28. *auxilia* significata mavult. Cic. ad Attic. 9, 16. *Caesar jam opes meas, non ut superioribus literis opem exspectat.* Virg. Aen. 8, 171. *Auxilio laetos dimittam opibusque juvabo.* Val. Fl. 4, 125. *opibusque ultra ne crede paternis.* Sall. Jug. 14, 7. *inops alienas opes exspecto.* Cat. 58, 13. Ibid. 17, 7. *cujusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere.* Nep. de Regg. 3, 4. *alienarum opum indigentem receperat.* Conf. Ruhnk. ad Ovid. Her. 3, 86. Herzog. ad Sall. Cat. 41, 1. Drak. ad Liv. 2, 21, 5. Quodsi *Orellius* in rem suam praeter Od. 3, 3, 28. laudat Epist. 2, 2, 136. *cognatorum opibus curisque refectus*, equidem sic existimo: *cognatorum opibus* ex lege linguae aequabilitatem quandam quaerentis et concinnitatem bene dici, *cognati opibus* („Hülfsleistung") non item. Cf. C. Schneid. Formenl. p. 422. Doederl. Syn. V. p. 78. In *implorandi* autem verbo durae conditionis equo ab homine impositae (Serv. ad Virg. Aen. 10, 19.) cernitur causa. — *frenumque recepit* cum quadam animi parati notione ut Stat. Silv. 3, 5, 26. *tua frena libens docilisque recepi; Et semel insertas non mutaturus habenas.* Vid. Gesn. et Brem. ad Sueton. Galb. 9. Eadem sententia *frena momordit Ille solutus amor* Stat. Silv. 1, 2, 28. (ibiq. Hand.), quod alias equorum contra nitentium est ut ap. Cic. ad Div. 11, 23, 3. Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. 1223.

V. 37. *Victor violens.* Sententia: „Sed postquam equus omni virium contentione irarumque impetu vel ipso homine in auxilium vocato cervum superavit, stolidae vehementiae graves poenas dedit, quippe qui servitutis jugum, quod sibi ipse injunxerat, excutere non unquam potuerit." Sic locum jam undeviginti abhinc annis interpretatus sum, quapropter nollem scripsisset *Hochederus*, qui v. *violens* pro Subjecto, v. *victor* pro Praedicato habet: „Alle von den Gelehrten vorgeschlagenen Aenderungen scheinen mir unnöthig und zweckwidrig, und die Erklärungen der Interpreten, die es sämmtlich (?!) auf die psychische Lage des Pferdes nach dem Siege beziehen, unrichtig. Es ist mir eine Bezeichnung eines Vorwurfes seines blinden Verfahrens *vor* dem Siege." Hoc quidem rectissime; at utroque verbo in unam quasi notionem conjuncto nonne magis apparet calida equi ferocitas et abjecta victoriae humilitas? *Ernestius* quidem *viol. victor* conjunctim dici jubet, sed *violens* ei idem est qui *superbus.* Similem i. e. ferociter exsultantis notionem vident *Ascensius, Baxterus, Jones, Haberfeldus,* alii, sed *viol. disc.*

jungunt. Illos sequitur *J. Merkel.*: „Doch seitdem mit dem Stolze des Sieges er vom Feinde zurückkam.“ Paulo aliter *C. Passovius*: „Doch wie darauf siegreich es mit Trotz vom Feinde zurückkam.“ Similiter *Voss.*, *Günther* et *Scheller*: „als trotziger Sieger zurückkam.“ Ceteras e *Bentleji* insulsa interpretatione enatas et maximam partem discrepantes explicationes recensere et longum est et taedet.*) Nauseam olim superavimus in ed. 1. p. 61 sqq. Hoc unum observandum est, qui Epitheto *violens* offensi essent, eos non sensisse, quam scite illa equi violentia homines ejusmodi adempta imagine describeret, qui calido fere consilio et ardentiore studio in potentiorum amicitias irruerent servitutis perpetuae sibi ipsi nectentes catenas. Sed videamus exempla! Od. 3, 30, 10. *violens Aufidus.* Pers. 5, 171 *ferus et violens.* Seren. Sammon. 47. *violens natura medelae.* Apul. Met. 6. p. 710 (Oudend.) *violentes aquas excipit.* Mart. Cap. 1, 15. (p. 48 Kopp.) *violensque rapiditas.* Virg. Ge. 2, 107. *Navigiis violentior incidit Eurus.* Huc accedit, quod *violentia* fere iis tribuitur, qui iram cohibere non possunt et vehementis sunt ingenii (vid. Sanct. Minerv. II. p. 551. Ruhnk. ad Terent. Phorm. 5, 1, 4.) et quod *violentus* nisi forma non differt; de qua re recte dixerunt Burm. ad Lucan. 7, 125. Anth. lat. I. p. 85. Drak. ad Liv. 9, 34, 9. Oudend. et Hildebr. ad Apul. Met. 6, 15. p. 446. — V. 38. *Non equitem — ore.* Phaed. 4, 4, 9. *Atque ita coegit frenos invitum pati.* Romul. Fab. Aesop. 4, 9. *Cui contra desuper sessor: non habebis, inquit, potestatem currendi, qui frenum in ore habes, nec saltum dare, quia sella te premit.*

V. 39—41. *Sic qui — nesciet uti.* „Sic homo, qui ob paupertatis fugam sui mancipii esse desinit, domino potenti turpis humilisque servit et serviet in aeternum, quia“ etc. Conf. Epist. 1, 18, 24. et Mitsch. ad Od. 3, 24, 42. Cave igitur cum nonnullis jungas: *Sic qui — caret; vehet —.* Praeterea quum ex toto sententiarum ordine, tum ex particula *sic* in applicatione exempli posita, ut Sat. 1, 6, 34—37. (cf. Goerenz. ad Cic. de Fin. 5, 14, 40. Beier. ad

---

*) *Düntzerus* p. 408: „*Violens victor* bildet einen offenbaren Gegensatz gegen das frühere *minor in certamine longo*; das schwache Pferd war durch die Hülfe des Menschen ein gewaltiger, übermächtiger Sieger geworden.“ Improbat V. d. nostram interpretationem, *Beckii*, *Jacobi*, *Peerlkampii*, *Torrentii*. Nobiscum facit *Orellius*, cui *viol.* „heftig, ungestüm“ est.

Cic. Offic. 3, 10, 42.) satis appareat, scripturam *vehit* unice tenendam esse. Neque adversatur *nesciet*, quod solum ad Futurum *serviet* relatum est. Quodsi olim similitudine loci ap. Stat. in Silv. 1, 1, 56. *Hic domini nunquam mutavit habenas Perpetuus frenis; atque uni serviet astro* deceptus post verbum *improbus* incidi, ut *atque* poneretur pro *atque ita*, sicuti Graece καὶ pro καὶ οὕτω laudato Goerenzio ad Cic. de Fin. 1, 18, 58. 2, 10, 30. Acad. 2, 11, 36., nunc muto sententiam, quum particula *atque* nusquam, quantum equidem scio, ap. Hor. hanc significationem habeat; huc accedit, quod Hor. continuationem (ut v. 38.) servitutis descripturus est, quam perpetuitatis notionem veteres scriptores jungendo aut Praesenti aut Perfecto cum Futuro indicant, ut 1, 2, 44. *labitur et labetur.* 1, 1, 1. *dicte — dicende.* Virg. Aen. 6, 617. *sedet aeternumque sedebit.* Vellej. Paterc. 2, 66. *vivit vivetque.* Cic. Lael. 27. *vivit tamen semperque vivet.* Conf. ann. ad 1, 1, 25. 7, 21. Drak. ad Liv. 39, 40, 7. et de Graecis Schaef. ad Sophocl. Antig. 181. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 6. Sic h. l. erit: *servit atque serviet aeternum*, pro qua re ob imaginem, quae antecesserat, accommodate dixit: *dominum vehit.* Porro ex hac ipsa re efficitur, Epitheton *improbus* non esse cum *Lambino, Weicherto, Vossio*, aliis, explicandum: „assidue", „der trägt den Herrn unverrückt fort", sed potius indicare humilem illiberalemque rationem ejus, qui sua sponte *libertate careat metallis potiore*, i. e. τὸ ἀδούλωτον καὶ ταπεινὸν καὶ συνόλως δουλοπρεπὲς καὶ τῆς ξυνουσίας, ut ait Lucian. de Merc. conduct. 22. Idem in eadem re ibid. 5. Οἱ μὲν δὴ πολλοὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν προσθέμενοι ἱκανὸν τοῦτο προκάλυμμα εἶναι, προβεβλῆσθαι τῆς πρὸς τὸν βίον τοῦτον ἀνιτομολίας etc. Ibid. 21. 23., qui uterque locus apprime huc facit. Epictet. Diss. 4, 4, 1. Μέμνησο ὅτι οὐ μόνον ἐπιθυμία ἀρχῆς καὶ πλούτου ταπεινοὺς ποιεῖ καὶ ἄλλοις ὑποτεταγμένους, ἀλλὰ καὶ etc. Ibid. 4, 1, 35. Ita et *J. Merkel*: „So, wer armuthscheu hinopfert die über dem Geldwerth stehende Freiheit, trägt *unedel* den Herrn." Ceterum *metalla* cum eadem irrisione ac *lamna* Od. 2, 2, 2. Contra Scholiastae Cruq. *improbus* est „avarus et cupidus," *Orellio* „immodicus, intemperatus, sua sorte nunquam contentus," [assentitur Düntzer p. 469] *Ascensio* „improbandus," aliis „insolens atque arrogans," aliis „miser, laboriosus," „devenu homme de neant et de pire condition." Variam verbi *improbus* (quod proprium juris est, Gothofr. ad Cod. Theod. I. p. 289.) significationem post

Gronov. in Diatr. ad Stat. I. p. 306. ed. Hd. illustrarunt Heyn. ad Virg. Ge. 1, 119. 3, 431. Schwab. ad Phaedr. 1, 1, 3. Heusing. ad Cic. Offic. 2, 20, 8. Koeler. ad Senec. N. Qu. 4, 4, 3. et quos laudat Schmidius. *Dominus* autem, quod verbum ex Stoicorum ratione pendet (Epictet. Enchir. 14, 2. *Κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων ἢ μὴ θελομένων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι.* et ad h. l. Simplic. Comment. p. 52. ed. Dübn. Id. Diss. 2, 2, 26. 4, 1, 55—59.), idem est qui *rex*, cui *officium fit* Epist. 17, 20., *dives*, cujus *nutum horret* scurra 18, 11., *potens amicus* ibid. 44. etc. Quapropter a vero discedit *Doeringius*, quum *dominum* pecuniam intelligit, a qua quis sibi imperari patiatur. Simile quid senserat *Desprezius*, quum hominem paupertate excussa mancipium fieri cupiditatis et pecuniae sibi dominantis diceret.*) Acute *Dacerius:* „Les villes et la cour sont autant de grandes prisons, où les passions enchainent les hommes et les tiennent dans une honteuse servitude."

V. 41. *Serviet aeternum.* Colorem ex Stoa duxerunt quae de tali conditione disputat Sat. 2, 7. ib. Orell. p. 266. Epist. 16, 63. Cf. Pers. 5, 73—90. Juv. 5. Cic. Parad. 5, 1. Epictet. Diss. 4, 1, 46—50. ibid. 60. *πλοῦτον φιλοῦμεν, δημαρχίαν, στρατηγίαν, ὑπατείαν. Ὅταν ταῦτα φιλῶμεν καὶ μισῶμεν καὶ φοβώμεθα, ἀνάγκη τοὺς ἐξουσίαν αὐτῶν ἔχοντας κυρίους ἡμῶν εἶναι.* 128. *Ὃν δ' ἔστιν ἢ κωλῦσαι, ἢ ἀναγκάσαι, ἢ ἐμποδίσαι, ἢ ἄκοντα εἴς τι ἐμβαλεῖν, δοῦλος ἐστί.* Conf. Simplic. l. l. et Lucian. de Merced. conduct. 23. *οὐ γὰρ ἐθελήσει σοι ἡ Ἐλευθερία ξυνεισελθεῖν, ἐφ' οὕτως ἀγεννῆ πράγματα καὶ ταπεινὰ εἰσιόντι· δοῦλος οὖν εἶ καὶ πάνυ ἀχθέσῃ τῷ ὀνόματι, καὶ οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ πολλῶν δοῦλος ἀναγκαίως ἔσῃ, καὶ θητεύσεις κάτω νενευκὼς ἔωθεν ἐς ἑσπέραν ἀεικελίῳ ἐπὶ μισθῷ.* Ibid. 7. Senec. Epist. 104. Diog. Laert. 2, 82. Quod addit *parvo*

*) Eodem fere modo locis Epod. 17, 74. Pers. 5, 125. 130. 156. innixus interpretatur *Düntzer:* „Vielmehr bedient sich der Dichter der Fabel nur zur Darstellung des Gedankens, dass, *wer sich nicht zu beschränken weiss, sich selbst eine Last auflegt, sich zum Sclaven der Dinge macht;* p. 407—9. Porro miratur V. d., quod reperti sint, qui, quemadmodum nos, locum explicarent. At non miratus esset, si antiquam poesin magis in re, quam in notionibus versantem ab ea, quae nunc est, accuratius distinguere voluisset. Mecum sentit, ne alios nominem, subtilissimus veterum poetarum existimator *Weichertus* in *Lectionum Venusin. libello.* Grimae 1843. p. 105.

uti est quod *contentus vivere parvo*, mediocri sorte Epist. 2, 1, 139. Sat. 2, 2, 1. 110. Od. 2, 16, 13. Lucret. 5, 1121. *Quodsi quis vera vitam ratione gubernet: Divitiae grandes homini sunt, vivere parce Aequo animo; neque enim est unquam penuria parvi.* Cic. Lael. 23, 86. *Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat.* Id. ad Attic. 12, 19. *parvo contentus esse possum.* Virg. Aen. 9, 607. (Heyn.) *parvoque adsueta juventus.* Claud. in Ruf. 1, 200. *Contentus honesto Fabricius parvo.* — 215. *Vivitur exiguo melius. Natura beatis Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.* Senec. Herc. fur. 159. *Haec, innocuae quibus est vitae Tranquilla quies et laeta suo Parvoque domus.* Epist. 123. *Necessarium est, parvo adsuescere.* Conf. Broukh. et Heyn. ad Tib. 1, 1, 47. Burm. ad Lotich. El. 2, 5, 51. et de usu v. *uti* in hac re proprio Ruhnk. ad Terent. Ad. 5, 9, 24. et annot. nostr. ad 2, 50. 7, 57 *). In sententiam totius loci Cic. pr. Rosc. Amer. 27, 75. (ib. Matth.) *In urbe luxuries creatur; ex luxuria existat avaritia necesse est — Vita autem haec rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniae, diligentiae, justitiae magistra est.* Marcel. Palingen. Zodiac. Vit. Leon. 452. *Turpissima res est Nimirum, possis quum liber vivere parvo, Quaerere servitio majoris praemia census: Ac libertatem, sine qua laudabile nil est, Vendere et imperium domini tolerare superbi.* De Horatio ipso cf. *Teuffelii* „Characteristik des Horaz.“ p. 57.

V. 42. 43. *Cui non — uret.* In hac singulari similitudinis cum re comparata complexione a verbis *parvo nesc. uti* oratio ad illam ipsam subtiliter deducitur *mediocritatem* (Od. 2, 10, 1.)**), sine qua homines ab una alterave parte laborantes in miseram vitae conditionem incidunt. A sententia ipsa non multum abhorret illud Senecae in Epist. 84: *Relinque divitias, aut periculum possidentium aut onus.* Ibid. 104. *Divitias judicabis bonum: torquebit te pauperias* etc. et illud Libanii (Orat. 31.): *Ἀρχὴ δὲ ἀνιᾶς οὐδὲν· τὸ τ' ἀπὸν, ὅτι μὴ πάρεστιν, ὀδυνᾷ.* Hinc Socrates ap. Epictet. Fragm.

*) Quae de v. *aeternum* dicit *Fea*, accuratius definiuntur a *Kritzio* ad Sall. Jug. 5, 4., a *Bachio* ad Tac. Ann. 3, 26. cf. Forbig. ad Virg. Ge. 2, 400. Loers. ad Ovid. Trist. 5, 3, 41.

**) De sententiarum ordine hic quoque aliter sentit *Düntzerus* p. 409., quem, si tanti est, videsis.

174: *Εἰ γάρ τοι μὴ ἱκανὰ τὰ ὄντα ἐμοὶ, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις ἱκανὸς, καὶ οὕτω κἀκεῖνα ἐμοί.* De similitudine a Graecorum dicto *περὶ πόδα* et *ὑπὲρ τὸν πόδα εἶναι* repetita (Casaub. ad Theophr. Char. 4. p. 49. F. Herm. ad Lucian. de Conscr. Hist. p. 102. et interpp. ad ejusd. Apol. de Merced. conduct. III. p. 572. Bip.) laudavi olim Epict. Enchir. 39. *Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποὺς ὑποδήματος. Ἐὰν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον· ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη φέρεσθαι* et Demophil. Similitud. in Orell. Opusc. sentent. I. 20. 21. p. 6. Lucian. pr. Imag. 10., quibus contra dicit Aristippus ap. Maxim. Serm. 140. Similem locum de toga desumptum ex Chrysost. Orat. 17. p. 472. R. citavit *Lambinus*. Conf. Cic. de Fin. 3, 14, 46. Quintil. Inst. 6, 1, 36. Apulej. Apol. p. 25. ed. Casaub. Plutarch. Apophth. VI. p. 783. de Anim. Tranq. VII. p. 828. Nil. in Orell. Opusc. I. 233. p. 350. Orell. annot. II. p. 784. — Observa autem usum particulae *olim* in exemplis usurpatae de tempore infinito, quo aliquid vel factum est vel fieri solet, ut Od. 4, 4, 5. Epod. 3, 1. Sat. 1, 1, 25. Virg. Aen. 5, 125. 8, 391. al. quos laudat Lambinus. — V. 43. *calceus pedi major*, ut Sat. 1, 3, 29. *male laxus in pede calceus haeret* et Ovid. Amor. 1, 518. *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.* Sic Theophr. l. l. *μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν* et Aristoph. Eq. 1, 3, 85. *νεῖν ἐν ταῖς ἐμβάσι* dicunt. — *uret.* Schol. Cruq. „constringet.“ Prop. 4, 3, 23. *temeros urit lorica lacertos.* Ovid. Rem. Am. 235. *prensos urant juga prima juvencos.* Senec. Epist. 104. *ubique te premunt et paribus incommodis urunt.* Conf. Cort. ad Lucan. 4, 578. Ruhnk. ad Terent. Eun. 2, 2, 43. Forbig. ad Virg. 1, 662.

V. 44—46. *Laetus sorte — videbor.* Ut in Satiris, ubi stultorum vitia pleno saepe cachinno risit, se ipsum ad extremum exponit risui, ita in Epistolis, ne arrogans videatur rerum quamvis utilium praeceptor, item ad se redit urbanissimus Poeta. Nimis autem cum multis interpp. Poetae verba premit *Sanadonus*, quum ad v. 42. observat haecce: „Aristius n'étoit point de ces savans indolens pour leur fortune. Il approchoit plutôt de l'excès contraire, et quoiqu'il eût dequoi vivre doucement et honorablement, il étoit toujours esclâve de l'intérêt et de l'ambition. C'est ce que donnent à penser de lui plusieurs traits de morale répandus dans cette lettre et particulièrement dans ces neuf derniers vers, qui en forment comme la conclusion.“ Quod ipsum quale esset exposuimus in Epistolae argumento.

Verba autem *vivax* non tam pro Imperativo cum *Dacerio*, *Janio* (p. 197.) et *Ernestio* (Clav. Hor. v. *sors*) habere, quam in modum *Orellii* aliorumque sic explicare malo: „Ut vere sapienter *vivas*, *si sorte tua* laetabere, ita et me castigabis, ubi horum ipsorum, quae praecepi, me videbis immemorem.“ Omnis autem *sapientia* Horatiana de externis quidem vitae bonis in eo cernitur, ut quam quis accepit *sortem*, ea contentus vivat (Lamb. ad Sat. 1, 1, 1.), quaesitis utatur et paratis (Bentl. et Kirchn. ad Sat. 1, 1, 88. Mitsch. ad Od. 1, 31, 17. 2, 2, 3. Schmid. ad Epist. 2, 2, 52. nos ad Epist. 1, 2, 50.), aequo animo iis careat, quae non possidet (Mitsch. ad Od. 4, 9, 48 sqq.) ob eamque causam quod adest componat aequus (Mitsch. ad Od. 3, 29, 32. Heind. ad Sat. 2, 6, 13.), *laetum* habeat in praesens animum *laetusque* capiat dona praesentis horae non curans futura, quae incerta sint (Mitsch. ad Od. 2, 16, 25. 3, 8, 27. 29, 42. coll. 1, 9, 13. 11, 2—8. 2, 11, 4. Sat. 2, 2, 136. 6, 96. nos ad Epist. 4, 13. 14. 11, 22.), in utraque fortuna modicus sit et animo sibi constante (Mitsch. et Orell. ad Od. 2, 3, 1. 10, 13. 14.), in mediocri vitae conditione acquiescat (Epist. 18, 107 sqq. Schmid. et Wieland. ad Epist. 2, 2, 190—94. Mitsch. ad Od. 2, 10, 3) et quae sunt id genus similia. Et ab Aristippi animo praesentibus aequo (Schm. ad Epist. 17, 23. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 20.) et a Stoicorum *αὐταρκείᾳ* (Pflugradt. de phil. Hor. Stoic. p. XXXXVII.) profecta est paupertas illa *lasta* Od. 3, 29, 55. 56. Sat. 2, 7, 84. Lübk. ad Od. 3, 1. p. 297 sq. 3, 16. p. 469. coll. 2, 16, 13—16. Epist. 2, 2, 190—200. Senec. Epist. 2. *Honesta res est lasta paupertas. Illa vera non est paupertas, si est lasta.* Ibid. 26. *Vivit enim sapiens praesentibus lastus, futuri securus.* Ibid. 108. *Quicquid vult, nemo habere potest: illud potest, nolle quod non habet: rebus oblatis hilariter uti.* Epictet. Fragm. 129. (Dübn.) *Ἐὰν γνῷμον ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει.* Omnino huc facit Graecorum vox: *τύχην στέργειν, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν* Gatak. ad M. Antonin. 6, 8. p. 149. 6, 44. p. 197. Hemsterh. ad Lucian. Necyom. 21. III. p. 365. Bip. Stallb. ad Plat. Gorg. 54. p. 185. Proinde ad sententiam accedit Plutarch. de An. Tranq. VII. p. 828. *τὸ δὲ προσηπόντως δέχεσθαι τὰ γινόμενα παρὰ τῆς τύχης — — ἡμίσειον ἔργον ἐστίν, ἂν εὖ φρονῶμεν.* — V. 45. *Nec me dimittes incastigatum.* De sententia cf. Sat. 1, 6, 68., similiter in alia quidem re Plin. Epist. 3, 1, 12. *idque jam nunc apud te subsigno,*

ut, si me longius evehi videris, in jus voces ad hanc epistolam meam et quiescere jubeas, quum inertiae crimen effugero. Id. 6, 12, 5. *Proinde etiam atque rogo, ut mihi semper eadem simplicitate, quoties cessare videbor, (nunquam enim cessabo) convicium facias.* Verbum autem *incastigatum*, i. e. *ἀνεπιτίμητον*, Horatio *ἅπαξ εἰρημένον* est, ut *fulminans* Od. 3, 3, 6., *triumphatus* ibid. 43. *inimicare, apprecati, remixto* Od. 4, 15, 20. 28. 30. et quae attuli ad 7, 52. Vis verbi perspicitur ex Plaut. Trin. 1, 1, 1. *Nae amicum castigare ob meritum noxium Immane est facinus, verum in aetate utile Et conducibile*; quanquam alias lenis est significatio, de qua dixerunt Burm. ad Petron. 47. et Drak. ad Sil. Ital. 12, 356. — *plura Cogere* cum notione corradendi ut Od. 3, 3, 51. et Varr. (ap. Non. Marcell. v. *cogere*) *Furando tamen et morbo stimulatus eodem, Ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.* Boeth. Cons. phil. 3. carm. 3, 2. *Non expleturas cogat avarus opes.* Cf. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 1, 1, 94. De sententia formulae *quod satis est* dixi ad 2, 46. Inde Eurip. Phoen. 562. *τί δ' ἔστι τὸ πλέον; ὄνομ' ἔχει μόνον· ἐπεὶ τὰ γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖσι σώφροσιν.* Plutarch. de Cup. Divit. VIII. p. 80. *τὸν δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν ἔχοντα καὶ πλειόνων ὀρεγόμενον οὐ χρυσίον ἐστὶν, οὐδ' ἀργύριον τὸ θεραπεῦον* etc. De *divitiarum modo* ex sententia veterum cf. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 372. et Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 17.

V. 47. 48. *Imperat aut — cuique.* Iam Horatius periculum pecuniae partae seu divitiarum significaturus clausulam addit proverbio similem et ab veteribus scriptoribus multimodo variatam: „Pecunia enim, nisi paret, imperat“ (cf. Bentl. ad 2, 62.). Senec. de Vit. beat. 26. *Divitiae enim apud sapientem virum in servitute sunt, apud stultum in imperio;* quapropter c. 8. vita sapienter instituta dicitur *usura fortunae muneribus, non servitura.* Idem ibid. 8. de iis, quae corpori grata et adventitia sunt: *Serviant ista, non imperent: ita demum utilia sunt menti.* Epist. 119. *sic divitias habent, quomodo habere dicimur febrem, quum illa nos habeat.* Publ. Syr. 998. *Pecunia est ancilla, si scis uti, si nescis, hera.* Id. 46. *Animo imperante fit bonum pecunia.* Salej. Bass. Carm. ad Pison. 208. *divitis auri Imperiosa fames.* Plin. Epist. 9, 30, 4. *Ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis, quam possidere videantur.* Menandr. Fragm. 206. (p. 94. Dübn.) *Ἥδιστόν ἐστι τῶν ὑπαρχόντων κρατεῖν.* M. Antonin. 9, 40. *οὐ κρεῖσσον χρῆσθαι τοῖς ἐπὶ σοὶ μετ' ἐλευθερίας, ἢ διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μὴ ἐπὶ*

σοὶ μετὰ δουλείας καὶ ταπεινότητος; ubi *Gataker.* p. 284 hunc locum comparat. Bion. ap. Diog. Laert. 4, 50. Pelop. ap. Plutarch. II. p. 331. et similia, quae collegi in ed. 1. p. 77., quapropter errare censendi sunt et *Waddelus* et *Doeringius* pro *aut* legentes *haud*, quorum ille „per *pecuniam collectam* intelligit eam, quae non in usum comparetur, sed in arcam asservanda ponatur," hic „pecuniam, quae avaro, sicut eques equo (ut v. 40) imperet, non serviat." Conf. *Fr. Jacobs.* in „Allgem. Schulz." 1829. II. p. 698 — 701. „Verm. Schrift." V. p. 165. *Weichertus* l. l., *Schmid. Hoched. Orell.* ad h. l. — V. 48. *Tortum digna — funem.* In sententia tam perspicua similitudo ipsa ignoratur, quam a fune ductario *remuloi* repetitam esse auctore *Bothio* olim probatum ivi laudatis interpp. ad Sat. 1, 5, 13. Caes. B. G. 3, 40. Ovid. Trist. 4, 1, 8. Auson. Mosell. 41. 42. Ep. 2, 9. Prop. 1, 14, 4. (ib. Burm.) Amm. Marcell. 18, 5. Dac. ad Paul. Diac. Exc. p. 645 (Lindem.) Isid. Orig. 19, 4. Tross. in Seeb. „Krit. Bibl." 1820. p. 392. Assensus est praetet *Schmidium Jacob.* in „Allgem. Schulz." 1829. II. p. 426. et in Seeb. „Krit. Bibl." 1829. p. 418. Alii ut Orellius, Düntzerus, desumptam opinantur de fune ductario machinarum tractoriarum (Vitruv. 10, 3. 4. Mitsch. et Fea ad Od. 3, 10, 10. Rupert. ad Juv. 10, 58.), alii de saltatione, quam *restim ducere* vocabant (interpp. ad Lucian. de Saltat. V. p. 136. Bip. Pollux 4, 14. 15. Ruhnk. ad Terent. Ad. 4, 7, 34.), alii de puerorum ludo quodam restem spartaceam ducentium, quem ἀνάτασιν σπαρτίων appellabant (Poll. 9, 8. Petron. Fr. 10. p. 673. B. Plaut. Poen. prol. 116. ib. Gruter. Koenig. ad. Pers. 5, 118. Erasm. Adagg. 3, 3, 77. H. Gravii Annot. in Hieronym. Epist. X. p. 286. F. G.), alii de fune, quo boves, canes, al. ducuntur (Baxt. San. Daru. ad h. l. Rupert. ad Juv. 12, 5. Hauth. ad Pers. p. 411.), alii, ut *Diderotius*, cui assentitur *Fr. Jacobs.* V. p. 162 sqq. coll. p. 22., de restionis opificio, ut *tortus* sit „dum torquetur." At *tortum* funium et rudentum perpetuum esse Epitheton, olim ex Virg. Aen. 4, 575. Ovid. Met. 3, 679. Catull. 64, 235. Pers. 5, 146. coll. Bentl. ad Lucan. 6, 460. probasse mihi videor. Quae de natura et vi talium Epithetorum p. 79. disserui, ea multo accuratius explanavit *Jacobus* in Qu. Epic. p. 20. 58. cf. C. F. *Hermann.* Disputat. alt. in Pers. etc. p. 46. et Paldam. in „Zimm. Zeitschr." etc. 1838. p. 1223. Quicquid est, omnis cardo rei in contrariis vertitur, *quum*, ut ait Seneca de Vit. beat. 11., *sequi parentis sit, regere imperantis.* Cic.

Tusc. 3, 15, 33. Max. Tyr. 4, 3. et quos locos laudat *Burmannus* ad Val. Fl. 1, 344.

V. 49. 50. *Haec tibi — laetus.* „Votre ami, cher Aristius, l'esprit joyeux, le coeur content, et auquel il ne manque que le bonheur de vous avoir près de lui, a dicté cette épître derrière le temple de Vacune.“ Sic bene expressit Poetae sententiam *Valckenaerius.* Hi versus autem ob eam causam additi videntur, ut quanto ipse otio frueretur (Vacuna enim nomen et omen habet) et quam libere in amoeno rure vagaretur, Aristio sub oculos caderet. Quapropter nemo *Beckio* assentietur, qui de his vv. l. l. haecce scripsit: „Ultimi versus adeo a numeris Horatianis recedunt et insulsi sunt, ut vix ab alio, quam ab homine profectos putem, qui, quod vulgo literis additur loci nomen, ubi scriptae sunt, nec hic illud deesse voluit.“ Ceterum similem clausulam adjecit Cic. ad Qu. Fr. 2, 14: *Ego me in Cumano et Pompejano, praeterquam quod sine te, ceterum commode oblectabam.* Laudant et Alciphr. 1, 39. *Οἷον ἡμῶν ἐγένετο τὸ συμπόσιον — — ὅσων χαρίτων πλῆρες! ἓν μόνον ἡμῖν ἔλιπε, σύ· τὰ δ' ἄλλα οὔ.* De breviloquentia *tibi dictabam* dixerunt *Schirachius* (p. 100) et *Orellius* ad h. l. — *post fanum putre Vacunae*, ut *putris casa* ap. Prop. 4, 9, 28 (ib. Burm.). Erat autem *fanum Vacunae*, si inscriptioni, quae illam aedem vetustate delapsam a Vespasiano restitutam testatur, fides habenda est, prope vicum Roccagiovine (Rocca Giovane ap. *Westphal.* p. 115) media via, qua a villa Sabina in Lucretilem ascenditur ab eaque fere milliarium, „un mille,“ ut ait *Capmartinius de Chaupy* III. p. 169—197. Conf. *Sickleri* „Erklärung der 30 Bilder zu Horazens Werken“ p. 25 sq. et ejusdem „Handb. der alt. Geographie“ I. p. 377., *Westphal.* l. l., *Lord Byron's* „Poesieen. 12. Bändch. Uebersetzt von J. L. Witthaus.“ Zwick. 1822. p. 147., *Miss Graham* in „Hirzel's Ansichten von Italien.“ Lpz. 1823. I. p. 86 sq. et, quem laudat Walckenaer. II. p. 297., *Tournon*: Etudes statistiques sur Rome. I. p. 169 *). Inscriptio illa legitur praeter alios, quos laudat Fea, ap. ipsum *Feam*, *Braunh.*, *Orell.* ad h. l. et in ejusd. Inscr. 1868. De *Vacuna*, quam Scholiastae Sabinorum deam dicunt et Acro Varronis testimonio innisus (Varr. ed. Bip. I. p. 255) illorum Victoriam fuisse dicit, disputare hic non attinet. Qui plura in re tam incerta

*) *Düntzer.* laudat *Müller.* Campagna. I. p. 289 sq., *Guattani* monumenti Sabini III. p. 13. 16 sq. et de dea Vacuna *Klausen.* p. 663 sq.

desiderabit, adeat locos et scriptores olim p. 81 — 84. laudatos, quibus addendi sunt *Grotefendus* in Seebodii „Archiv“ 1829. p. 122. et *Hartungius* in „Religion der Römer“ II. p. 256. Quaecumque dea (Ovid. Fast. 6, 307.) Vacuna illa fuit, nomen ejus sive serio sive per jocum ad deam quandam vacationibus propitiam (*C. Passov.* N. 227.) relatum esse videtur, ut non inepte *Torrentius*, licet aliter sentiat *Wielandius*, ingeniose ibi rus suum Poetam facetissimum, ut qui otiosus haec occupato Romae Aristio scripsisset, collocasse opinatus sit. Neque ab illa sententia, i. e. a tacita quadam nominis interpretatione abhorret Auson. Ep. 4, 99. Neque Epigramma illud a Fea ex Bonad. Carm. ex antiq. lap. II. p. 536 (Meyer. Anth. lat. N. 1160) allatum, quod Italo alicui Sec. XVI. tribuendum esse *Orellio* videtur. Huc accedit Horatiana in Nominum propr. significatione ludendi consuetudo, cujus aliquot dedimus insignia exempla ad 6, 22. Omnino veteres poetae talibus lusibus (Quintil. Inst. 6, 3, 53 sqq.) non abstinebant, id quod multis exemplis ex utraque lingua petitis illustrarunt *Janus Dousa* f. in notis ad Catull. c. VIII. p. 46. et *Menagius* in Obss. ad Amintam Tassi 2, 1, 15. p. 247., quos in eadem re explananda laudat *Burmannus* ad Lotich. El. 5, 13, 17. Conf. Gerh. Voss. Inst. Orat. 4, 11. p. 32. Ellendt. ad. Cic. de Or. 2, 63, 257. 64, 258. Hermann. ad Lucian. Quomodo hist. etc. 38. p. 237. Nam Vacuna templum Romae quoque, ubi hanc ob rem hanc Epistolam scriptam putat *Gorius* (Mus. Etrusc. II. tab. 19. p. 63 sq.) habuerit, uti cum illo opinatur *Hartungius*, me nescire ingenue fateor et vel adeo dubito. — V. 50. *Excepto quod* — Ita Ovid. Trist. 3, 17, 12. (ib. Loers.) *Excepto quod me perdidit, unus eras* et Pont. 4, 14, 8. Quintil. Inst. 9, 4, 79. Plin. Epist. 8, 1. coll. Bentl. ad Sat. 1, 6, 126. Drak. ad Liv. 1, 41, 6. Hildebr. ad Apul. Met. 1, 5. p. 30. Cave autem, Pronomen *eo* intelligas, quod quidem intelligi jubent Heind. ad Sat. 1, 1, 93. et Ruddim. Gr. lat. II. p. 298. ed. Stallb. — *simul esses.* Ita Cic. ad Attic. 5, 10, 3. *propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem.* Ibid. 6, 2, 5. *scribis morderi te interdum, quod non simul sis.* Alias *cum aliquo* et *apud aliquem* esse dicitur, ut ibid. 5, 6. 7. 6, 2. Conf. Hand. Turs. II. p. 137. idemque de dictione *cetera lentus* p. 42.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XI.

AD BULLATIUM.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos,
Quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardis,
Smyrna quid et Colophon? majora minorane fama?

Ad Bullatium. Mss. Lips. 2. 3. Berol. 2. [*Ad Bullacum.* Dess. 2.] Mon. 1. [am] Edd. vulg. *Qu. Hor. ad Bullatium.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. *Qu. Hor. Fl. Bullatio.* Ms. Sant. — V. 1. *Chius.* Ms. Lips. 3. — *Bullaci.* Ms. Berol. 1. — *laeta* pro *nota* conjecit J. Clericus ob frigidum, ut ipsi videtur, Epitheton. — V. 2. *Croesi quid.* Ms. Jk. 4. — *Sardi.* Ms. Berol. 1. Hunc versum laudat Priscian. 7, 17, 83. hoc ordine: *Smyrna quid et Colophon? quid regia Sardis.* Quodsi Chr. Cellarius in Diss. acad. p. 448. Horatium hoc nomen numero singulari extulisse dicit, errare putandus est; huic enim opinioni praeter Prisciani testimonium aliorum quoque auctoritas adversatur. Conf. C. Schneid. Formenl. p. 308 sq. Voss. Arist. II. p. 619. Eckst. Hemsterh. ad Lucian. Char. 9. Wesseling. ad Antonin. Itiner. p. 386. et interpp. ad Cic. Cat. maj. 17, 59. Recte igitur Schmidius *Sardis* pro appositione v. *regia* habet. Nescio autem, qua auctoritate fretus Bauer. ad Sanct. Min. II. p. 131. *regia Sardes* scripserit. Hanc terminationem servat Wernsdorf. in Priscian. Perieg. 961.

V. 3. *Smirna.* Sic mss. Guelf. 1. 3. Berol. 1. Dess. 2. Goth. Mon. c. Rudolst. Edd. Ven. 486. Lips. 492. 98. 502. al. *Zmirna.* Mss. Lips. 1. Dorv. 1. 2. *Zmyrna.* Ms. Dess. 1. Lips. 2. Hanc *Zm.* scribendi rationem, quam improbat Prisc. 1. p. 33. Bas., praeter alios comprobant Burm. ad Prop.

Cunctane prae Campo et Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una,
An Lebedum laudas odio maris atque viarum?
Scis, Lebedus quid sit: Gabiis desertior atque

2, 13, 43. Maj. ad Cic. de Rep. (ibiq. Creuz. p. 40. ed. Moser.) 1, 8. Weichert. in Poet. lat. Reliq. p. 169 sqq. et Kopp. ad Mart. Cap. 3, 257. p. 277., receperunt Beck. Bach. Doederl. in Tac. Ann. 3, 63, 2. 4, 56, 1. 2. Conf. Cellar. Orthogr. p. 390. C. Schneid. Elementrl. p. 381. Equidem Horatium talium rerum novatorem fuisse haud crediderim. — *Colephon.* Ms. Lips. 3. *Colopho.* Edd. Torr. Cun. *Colofon.* Ms. Guelf. 1. (— *fo.* Guelf. 2.) Edd. Lips. 492. Ven. 492. 520. — *minorane.* Mss. Pott. 13. 15. e nostris quidem Mon. d. e. f. l. Lamb. et Fea *ne* in textibus servantes de suis tacent atque haud scio an unus ap. Bersm. sic habeat. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Bas. 531. 80. Glar. Lamb. Xyl. Min. Piscat. Biedm. H. Steph. Torr. Bersm. Bond. Heins. Burm. Talb. Bentl. Fe. Jahn. Hoched. Meinek. Orell. al. complur. *minorave.* Mss. Cruq. Pulm. Torr. Comb. Oberl. Bad. Orell. ut vid. omn., plurim. ap. Pott. et 1. 5. 6. ap. Jk., e nostris Guelf. Lips. Dess. Gott. omn. Goth. Berol. 1. 2. Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. Mon. a. c. g. m. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. rel. Loch. 498. Asc. 519. Cruq. (qui def.) Pulm. Fabr. Chab. Baxt. (qui explic.) Gesn. Oberl. Comb. Zeun. Bad. Wetz. Pott. Jk. Doer. Schm. Braunh. Charp. Amar. *minoraque.* Ms. Jk. 4. Mon. b. Ed. Dorigh. At interrogativa particula est *ne*, non *ve*, quod bene viderunt Bentl. ad Sat. 1, 2, 63. Schmid. in Jahn. Jbb. 1831. III. 1. p. 17. Orell. ad h. l. et Madvig. ad Cic. Fin. 4, 27, 76. conf. Wagn. Qu. Virg. XXXVI, 5. Huschk. ad Tib. 4, 5, 20. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 25. Dähn. ad Nep. Iphicr. 3. p. 142. Eadem particularum varietas est ap. Ovid. Fast. 2, 782. ubi vide Heins. et cf. infra 12, 17. 16, 3. 18, 100.

V. 4. *Cunctane.* Mss. cum Schol. Cruq. et edd. vulg. etiam ed. princ. ap. Comb. *Cunctaque.* Mss. Torr. multo plur. Oberl. C. D. Bad. 1. (quatenus tacent) Pott. 7. 8. Dess. 1. Gott. 1. suprascr. *ne.* Edd. Baxt. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Charp. Amar. — *prae caupo.* Ms. Fe. 1, d. (a 1. m.) cf. Sat. 1, 1, 29. — *Tyberino.* Mss. Gott. 1. 2. al. Edd. veteres variant inter *Tyb.* et *Thyb.* De hac scriptura vid. Wagn. ad Virg. Aen. 7, 715. 12, 35. — *stercore.* Ms. Mon. e. — V. 5. *Athalicis.* Ms. Dess. 2. *Ytalicis.* Mon. e.

V. 6. 7. *At Lebed.* de conjectura Ruhkopf. ad Senec. Epist. 107, 7. De hac interrogandi ratione, quam propter quandam conjungendi vim *Hockerus* raram dicit, vid. Bentl. ad 16, 3. Hand. Turs. I. p. 299. 334. 337. *Lebadon.* Ms. Jk. 5. *Lebidum.* Guelf. 3. *Lebedon.* Ed. Cun. cf. Animadv. in Hor. Bentl. c. 4. p. 40. — V. 7. *Lebedos.* Ed. Cun. — *quid sit.* Mss. Cruq. omn. praeter unum. Pulm. et Torr. omn. Bersm. quinq. Val. tres. Barth. (Adv. 37, 22.) un. et, ut videntur, mss. Oberl. Comb. Bad. Pott. Fe. e nostris Guelf. Lips. Dess. Gott. Mon. omn. praeter un. Goth. Dorv. 1. 2. cod. Mentel. *quod sit.* Ms. Cruq. un. et Mon. a. Illud servant edd. fere vett. cum recentior., sed hae varie

Fidenis vicus; tamen illic vivere vellem
Oblitusque meorum obliviscendus et illis
Neptunum procul e terra spectare furentem. 10
Sed neque, qui Capua Romam petit, imbre lutoque
Aspersus volet in caupona vivere; nec, qui
Frigus collegit, furnos et balnea laudat
Ut fortunatam plene praestantia vitam.

distinguunt et sine interrogatione quidem edd. Bentl. Cun. Gesn. Val. Fe. al. complur., cum interrogatione: *quid sit?* edd. Cruq. Dac. Talb. San. Maitt. Merv. Jon. Bask. Phil. Franc. Dorigh. Wets. Daru. Petr. Charp. Amar. itemque Morgenstern. ap. Eichstad. ad v. Ommer. p. 222., quem refutavit Schmidius et in Progr. schol. Halberstad. 1826. et ad h. l. *quam sit*. Mss. ut vid. Lamb. plerique. ap. Val.; an Bersm. un. et Corbei? Edd. Ald. 501. 19. Junt. 503. 14. 19. Asc. 519. (sed in annotat. *quid*) Bas. 531. Glar. Muret. Lamb. Irenic. Xyl. Fabr. et Bas. 580. Piac. Biedm. H. Steph. (Diatr. sec. p. 149.) Pulm. Mis. Chab. Ferr. Bersm. Bond. Maroll. Fab. Rodell. Barm. Despr. Dac. Zurck. Camp. et qu. laud. Fea. At *quam sit desertior* verborum structura paene inaudita est, id quod recte sensit Dacerius. Versum et tres seqq. pro nothis habet *Gujetus*.

V. 8—11. *vicus*. Mss. et edd. vulg. *vicis*. Mss. Pulm. (quatenus tacet) Bersm. tres. Fe. 1, t. 2, f. Jk. 6. Guelf. 1. 2. 4. (a 1. m.) Berol. 2. Mon. a. i. l. m. Vict. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 83. (non 81.) 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Junt. 514. 19. (non Ald. 501. 19.) Asc. 519. Bas. 581. Glar. Iremic. Xyl. Fabr. Pulm. Pisc. Bond. et qu. laudat Fea. — *illuc*. Ms. Bad. 1. — *malem*. Ms. Pulm. 10. Bersm. un. Comb. B. Fe. 1, a. (a 2. m.) Jk. 4. 5. Ceterum de syllaba prima in v. *Fidenis* et hic et Prop. 4, 1, 36. Juv. 6, 57. Sil. Ital. 15, 90. producta vid. Schol. Cruq. et Forbig. ad Virg. Aen. 6, 773., de promiscua forma *Fidena* et *nae* Ernest. ad Tac. Ann. 4, 62. — V. 9. *meorum et obl. ab illis*. Ms. Guelf. 2. — *et ipsis*. Mss. Bersm. duo et Dess. 1. — V. 10. *ex terra*. Mss. Pulm. 2. Fe. 1, a. d. m. t. 2, e. f. 3, c. 6, b. 7, a. b. 9, c. Jk. 4. Orell. bc. Dess. 1. Berv. 1. 2. Goth. Gott. 1. Mon. f. g. et Vict. *a terra*. Ms. Pulm. 4. Fe. 6, a. e. Guelf. 2. 4. Gott. 2. Mon. e. De forma *e* et *ex* (Guelf. 3. *est*) cf. Hand. Turs. II. p. 613 sq. — *sperare*. Ms. Goth. — *furentem*. Lips. 2. — V. 11. *Capuam*. Ms. Mon. e. — *petet*. Ed. Minois. — *imbre*. Sic mss. Dess. 2. *urbe lutoque*. Guelf. 2. *loceque*. Guelf. 3. De forma *imbre* Horatio usitata conf. Voss. Arist. II. p. 615. Eckst. coll. C. Schneid. Elmtrl. p. 232.

V. 12. *Aspers*. Sic mss. Dess. Lips. omn. Goth. Gott. 2. — V. 13. *Collegit frigus*. Mss. duo Bersm. — V. 14. *pl. spectantia*. Ms. Guelf. 4. *plane praest*. Ms. Rudolst. Edd. Ven. 486. 92. Lips. 492. (98?) 502. Asc. 519. Min. al. De confusione hor. vv. vid. 2, 4. et Giese ad Cic. de Divin. 2, 1.

Nec, si te validus jactaverit Auster in alto,
Iccirco navim trans Aegaeum mare vendas.
Incolumi Rhodos et Mitylene pulchra facit, quod
Paenula solstitio, campestre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.
Dum licet ac voltum servat Fortuna benignum,

p. 210. — V. 15. *Nec te si.* Ms. un. Bersm. Fe. 1, a. t. Mon. e. l. Ed. Cuning. — *in altum.* Ms. Derv. 2. Mon. g. cod. Mentel. — V. 16. *Iccirco.* Sic praeter al. mss. Dorv. 1. 2. Corbei. Gott. 2. Lips. 2. *Iccircum.* Mon. b. — *navim.* Ms. Jk. 5. Orell. hc. Guelf. 1. Mon. c. Gott. 1. Lips. 1. 3. Edd. Cun. San. Merv. Francis. Recte, ita et multi libri mss. Od. 1, 32, 8. et Epist. 2, 1, 114. Conf. Fe. et Kirchn. ad Sat. 1, 1, 6. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 592. — *trans Aeg. nav.* Ms. Fe. 7, b. — *vendas.* Ms. Fe. 1, a. (a 1. m.) Mon. g.

V. 17. *Incolumi.* Mss. Pulm. 1. 2. 10. Bersm. duo. Dess. 1. *Incolumis.* Ed. Min. *Insula m'i.* Ed. Praedic. — *Rodos.* Sic mss. Guelf. 3. Berol. 1. Dess. 2. *Rhodus.* Ms. Orell. c. (in S. superscr. *o*) Gott. 1. Mon. f. De forma recepta cf. Voss. Arist. II. p. 571. — *Mitylene* (Goth. Gott. 1. 2. Berol. 2. Dorv. 1. 2. Corbei.), *Mitil.*, *Mithil.*, *Mystil.*, *Mithylene* mss. reliq. et edd. vet. *Mytilene.* Edd. Loch. 498. Asc. 519. Comb. Schm. Passov. Hanc orthographiam nummis comprobatam (Eckh. D. N. II. p. 303. Rasch. Lexic. univ. rei num. III. 1. p. 1017—35) tuentur Is. Voss. ad Pomp. Mel. 2, 7, 33. p. 758. Duk. ad Thuc. 3, 25. Wessel. ad Herod. 1, 160. Neue in Sapph. Mytil. Fragm. Berol. 1827. Ruhnk. ad Vellej. 2, 18. Kritz. ib. 1, 4, 4. Held. et Herzog. ad Caes. B. C. 3, 102. Bremi. ad Suet. Jul. 2. Orell. ad Cic. Timae. 1. p. 496. Rup. ad Tac. Ann. 6, 18, 2. Hess. et Pabst. ad Tac. Dial. 15. Bach. in Seebod. „Krit. Bibl." 1826. p. 1221. Cellar. Orthogr. p. 294. Incertus haeret C. Schneid. in Elementarl. p. 47. At *Mitylene* in inscr. quadam ap. Orell. 4111., servant *Μιτυλ.* Wuestem. ad Theocr. 7, 52. (laudato Plehn. in Lesbiac. p. 70.) et Passov. in Eclog. Graec. p. 125. Nr. 4. Sic et ap. Hierocl. Synecdem. ed. Wesseling. p. 686. Ob auctoritatem igitur mss. lat. usitatam scribendi rationem repudiare dubitavi.

V. 18. 19. *Paenula.* Ms. Dess. 1. (poen. Goth.) Edd. Cruq. Torr. Fe. Pott. al. complur. *Penula.* Edd. vet. Lamb. Bentl. al. De varia scribendi ratione vid. Salmas. ad Spartian. in Scr. Hist. Aug. I. p. 26. Hess. ad Tac. Dial. 39. p. 263. Diphthongum testantur in v. *Paenularius* inscr. ap. Ger. de Libert. Columb. p. 155. (Polen.) et Gruter. CXII, 12. DCXLVI, 5. cf. Doederl. Syn. V. p. 211. — *solstitio* et Ms. Mon. a. — *immanibus auris.* Ms. Fe. 2, i. — *austris.* Ms. Gesn. 3. Fe. 1, a. 2, b. *horis.* Ms. Orell. S. (superscr. *auris*) Guelf. 2. (ad marg. *auris*) Mon. g. cum gl. *hiemalibus vel auris.* — V. 19. *Tiberis.* Ms. Jk. 5. *Tyberis.* Mss. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. vide supra v. 4.

V. 20. *Dum libet.* Ms. Mon. e. *Dum lucet, voltum et s. f. benignum Romae.* Laud. Ed. Praedic. — *ac voltum.* Mss. Cruq. (qui probat) omn. Pulm.

Romae laudetur Samos et Chios et Rhodos absens.
Tu, quamcumque deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu, neu dulcia differ in annum,
Ut, quocumque loco fueris, vixisse libenter

1. 2. 3. 4. 10. Bersm. tres. Comb. B. C. D. Fe. 1, b. i. m. o. p. t. (a 2. m.) 2, c. d. e. h. i. 3, c. 5, a. 6, a. c. 7, a. 9, c. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 509. in Bibl. Barber. Jk. 1. 4. 5. (?) Orell. omn. Guelf. 3. 4. Lips. omn. Dess. 1. Berol. 1. Goth. Gott. 1. Dorv. 1. 2. cod. Mentel. Mon. a. b. c. d. f. g. Edd. Talb. Bentl. quos sequuntur pleriq. recentt. Sic quoque hunc versum expressit Malchus in Ecbasi Captiv. 517. *ac servat volt.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. *et volt.* Mss. reliq., e nostris Guelf. 1. 2. Berol. 2. Gott. 2. Mon. e. l. m. Vict. Rudolst. et ut vid. Corbei. Edd. ante Talb. et Bentl. omn., postea Dac. Baxt. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Daru. Camp. Pott. Doer. Charp. Amar. De commutatione partic. *et* et *ac* vid. 9, 6. Hand. Turs. I. p. 512. Obbar. ad Boeth. p. 146.

V. 21. 22. *Laudetur — absen-ti!* Ed. Praedic. *laudatur.* Mss. Pulm. 7. 10. duo Bersm. Jk. 6. Guelf. 1. 2. *laudentur.* Mon. g. — *Samus — Chius — Rhodus.* Mss. antiquiss. Torr. qui probat; Lips. 2. 3. Goth. Gott. 1. (sed uterque *Samos*). — V. 22. *Et quame.* Ms. Mon. g. — *destinaverit.* Ms. Santen. *Deus seu Fors donaverit.* Ed. Cuning. — *oram.* Ms. Cruq. 1, d. Lips. 2. 3. Gott. 1 (ŏram) Rudolst. Quum hic versus in tribus mss. Blandin. multo post tempore adjectus esset, Cruquius hos duos versus suppositicios vel verbis *Coelum — currunt* postponendos opinatus est; sed vindicant praeter ceteros Dacerius et Schmidius. Verba *Tu — manu* expressit Malchus l. l. 616. et *quamcumque — manu* laudat Schol. ad Lucan. 2, 651. itemque verba *Tu — manu* Vincent. Bellovac. in Spec. hist. 7, 68. Vers. 22. cum quatt. seqq. pro insiticiis habet Guyetus.

V. 23. *neu dulcia.* Mss. alq. Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 7. 10. Cruq. complur. Bersm. quat. Bentl. ut vid. pleriq. Val. sept. Comb. B. C. G. Oberl. (quat. tac.) C. D. itemque de suis tacent Bad. et Jk. Fe. 2, d. g. h. i. 5, a. 6, a. b. 7, b. Pott. plur. Orell. omn.; e nostris Guelf. 3. 4. Dess. 1. 2. Gott. 1. Goth. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. cod. Mentel. Mon. a. b. c. d. f. g. Ed. Bentl. (qui vindic.) et praeter edd. a Fea laudat. Merv. Franc. Bask. Bad. Haberf. Praedic. Hunt. Fe. Jk. Both. Pott. Zell. Jahn. Schm. Hoched. Web. Pass. Meinek. Braunh. Orell. *nec dulc.* Mss. reliq. et e nostris Guelf. 2. Berol. 1. 2. Sant. Gott. 2. Mon. e. l. m. Vict. Rudolst. et ut vid. Corbei. Edd. ante Bentl. omn. et post eum Dac. Maitt. Jon. Sandb. Daru. Camp. Doer. Charp. Amar. *ne dulc.* Ms. Fe. 7, a. (a 2. m.) Guelf. 1. De confusione partic. *ne*, *nec*, *neu* vid. Drak. ad Liv. 2, 15, 2. Cort. ad Sall. Jug. 8, 2. De scriptura non prorsus damnanda *nec dulcia* vide Excurs.

V. 24. *In quoc.* Ms. Santen. *Et quoc.* Guelf. 3. *Tu quoc.* Mss. Cruq. 1, a — d. 6. 8. Bersm. duo. Franeq. ap. Bos. (qui probat) Comb. B. G. Bad. 1. Pott. aliq. (praeter 7. 8. 16. 18. 19. 20. qui in scr. vulg. consentiunt) Guelf. 1. 4. Dess. 1. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Mon. a. d. e.

Te dicas: nam si ratio et prudentia curas
Non locus effusi late maris arbiter aufert,
Coelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia; navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere. Quod petis, hic est,
Est Ulubris, animus si te non deficit aequus.

At conf. Drak. ad Liv. 3, 5, 14. — V. 25. *ac prud.* Ed. Cuning. — V. 26. *affert.* Ms. Santen.

V. 27. *Cael.* Sic ms. Dess. 1. Lips. 3. cf. 7, 77. — *mittant.* Ms. Goth. — *currunt.* Post hoc verbum puncto incidunt edd. plerq.; contra Zurck. Talb. Dac. Bentl. Jon. Sandb. Bask. Dorigh. ita distinguunt, ut apodosis a versu 28. *Strenua* etc. incipiat. Ipsis verbis illam distinctionem defendunt Talbotius et Dacerius (qui de intelligenda particula *si* Od. 3, 18. laudat); idem sentit Jam. Tunstallus ap. Duncomb. II. p. 615. [Contra Dac. nunc disputat Düntzer. p. 230]. Aliud docebunt Commentarii infra. —

V. 28. *exercet.* Mss. duo Bersm. [Hanc scribendi rationem suum olim patronum reperisse indicat Cellar. Orthogr. p. 231. ed. Harl.] — *ineptia.* Ms. Jk. 6. — *et nav.* Berol. 1. *manibus.* Mon. 1. — V. 29. *hinc est.* Ed. Lips. 492. — V. 30. *Ulubris animus: si.* Edd. Ven. 479. 83. 86. — *te si.* Ed. Cuning., probat Cort. ad Lucan. 1, 63.; sed vulg. ordinem Jo. quoque Saresber. in Nug. Cur. 3, 8. laudat.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM UNDECIMAM

LIB. I.

De nulla Epistola, si exceperis sextam, tanta est virorum doctorum dissensio, quanta de hac, quam in elegantissimarum numero reponere non dubitamus. *Acro* enim et *Porphyrio* opinantur, Horatium „alloqui Bullatium, qui omnia villarum et regionum ac civitatum sordida putaverit ad comparationem Tiberis et Campi, i. e. Romae; eo quod *semper ibi commanens* ad alia non transisset.“ „Cui jam,“ ut addit Acro, „Horatium commemorare multa loca jucundiora et majora, quibus nihil ad votum desit.“ Contra *Scholiastes Cruquii* putat, „Bullatium varia loca accessisse eumque interrogari, num ea hic ad comparationem Tiberis et Campi Martii sordida videantur, quod quum neget Bullatius et Lebedum praeferat, tandem concludere Horatium, omnia loca sive minora sive majora aequalia esse ad bene vivendum.“ Ad hanc sententiam proxime accedunt *Landinus*, *Irenicus*, *Chabotius*, praeterquam quod hanc variam peregrinationem non tam animi quam quaestus gratia a Bullatio susceptam significari credunt. Qua quidem sordida quaestus notione abjecta *Lambinus*, *Cruquius*, *Torrentius*, *Rodellius*, alii Horatium Bullatio, qui vel molestiae cujusdam vitandae causa, vel aegro animo suo remedium

quaesiturus in Asiam navigarit, suadere putant eumque adhortari, ut suos revisens Romam redeat. Hanc sententiam plurimi recentiorum interpretum (*Düntzerus* quoque) pro suo quisque modo sequuntur, nisi quod *Sanadonus*, *Dorighello*, *Campenon.*, *Walckenaerius* Bullatium rei certae, i. e. bellorum civilium causa discessisse sibi persuaserunt. Scripsit igitur Poeta amico peregrinanti. At surgunt alii, qui non, ut Acr. et Porph., alia quoque loca commendandi laudandique causa, sed ad Bullatium a consilio in Asiam proficiscendi avocandum hanc Epistolam opinantur scriptam. In hoc, quod sciam, numero sunt *Zeunius* et *Wetzelius*. Cautius sane ii, qui Bullatium tum, quum Poeta eum percontaretur, jam reversum sibi fingunt. Ita *Britannicus*, *Cruquius*, *Bersmannus*, *Haberfeldus*. In hac tanta opinionum et varietate et vel adeo diversitate nemini mirum videbitur, alios habere Bullatium pro homine sedente et omnia loca praeurbis deliciis et amoenitatibus contemnente, alios pro pusillanimi errone et circumlatore, alios pro homine aegro animi et sibi displicente, alios pro profugo et patriae pericula metuente, alios certe pro homine mobili et inconstanti, qui clarissimas Asiae minoris urbes pervagatus extra Romam vix se beate vivere posse existimaverit. Quodsi fere omnes illos interpp. in errore versari dixerim, arrogantiae, quae quidem videtur esse, mihi petenda venia est. Caput autem illius erroris in eo cernitur, quod neque Horatianas epistolas quasi privatas ab iis internoscunt, quae quoddam proponunt vitae praeceptum, neque poesin nostrorum hominum discernunt et antiquam, quae praecepta mentis agitatione excogitata non nude docet, sed ea aut rebus in facto positis annectit aut rerum vel hominum conditioni subjungit. Ita fit, ut quae propria rerum sunt ad ipsos homines pertinere videantur, quale vidimus in ep. sexta insigne exemplum. His positis finge tibi Bullatium (nobis aliunde plane ignotum) ex longo itinere, quod in Asiae urbes sive oblectationis causa sive ignara visendi cupidine fecerat, Romam reversum, id quod haud obscure significatur verbis: *Quid tibi visa est?* atque haud scio an Adverbio *illic* v. 8. coll. Heind. ad Sat. 1, 2, 73. et Hand. Turs. III. p. 461. Ei igitur utpote homini quum sibi amico, tum σωτηρίως hanc inscripsit Poeta Epistolam, ut cum eo aequalibusque, quae quum de peregrinationibus, tum de demigrationibus ad lubidinem saepe susceptis (Senec. de Tranq. anim. 2.) sentiret, saluberrima communicaret praecepta. Vera, ut solet, commiscuit fictis. Exempla igitur e vita communi desumpta veritatis indicia sunt e philosophiae decretis hau-

stae. Totus autem locus *) a Poeta tractatus hac concipi potest formula:

„Homo recte constitutus omnibus locis vel desertissimis bene vivere potest. Proinde demigrationes et peregrinationes ad animi morositatem vel incommodorum quandam memoriam depellendam susceptae nequicquam suscipiuntur, si nobis deest verus viae dux, animus aequus.“

Quid autem in ipsos Bullatii mores cadat, utrum homo morosus et re sua non contentus fuerit nec ne, ex tractatione talis argumenti effici nequit. Bullatium enim ipsum soli tangere videntur versus 1—7; versibus seqq. Horatius ad praecepta, quae latius patent, descendit. Quapropter non assentior *Orellio*, quum Poetam Bullatium morbo quodam peregrinandi affectum amice ad sapientiorem vitae usum adhortatum esse et in urbem ad suos revocasse opinatur. Qui autem hac nostra explanatione offensus Bullatium illum morosum et castigatione haud indignum (conf. Commentat. Rhenaugiens. apud Orell. p. 401.) sibi eripi aegre fert, ei offerenda sunt novissimi talium rerum existimatoris placita. *Walchenaerius* enim I. p. 469. inter alia sic disputat: C'est vers ce temps (A. de R. 725.) et après le retour d'Octave César à Rome, et son triomphe, que fut écrite

*) Quum *Düntzer.* p. 234. hujus Epistolae quasi caput esse vult: „Der äussere Reiz der Gegend,“ ist die Idee des Ganzen, „kann allein nicht glücklich machen;“ diese Idee liegt in der Mitte des Gedichts ausgesprochen. Bullatius hatte sich durch diesen Reiz bewältigen lassen, so dass er alles Andere darüber vergessen hatte“ etc., res altius repetenda est. Poeta hanc Epistolam quasi speculum proposuit, in quod eos intueri vellet, qui, quanquam omnia tranquilla atque pacata tum erant, rerum suarum conditione parum contenti Romam vel Italiam relinquebant in peregrinis terris sedem quaesituri. Id faciendum putarunt alii, ut sunt ingenia hominum, exemplum secuti virorum clarissimorum in exsilium voluntarium olim profectorum, ut Metelli Numidici (Liv. Fr. 69.), Marcelli (Cic. Ep. ad Div. 4, 8.), C. Matii (ib. 11, 28.), Bruti (ib. 11, 1.) et quodammodo Agrippae (Dio Cass. 53, 32.), aliorum (cf. Mitsch. et Orell. ad Od. 1, 7.), alii quadam animi morositate permoti, alii, homines praesertim ex equestri ordine oriundi, quaestus causa, i. e. ut Roma relicta, ubi eorum opera illustrior esse potuisset, publica fere conducerent. Horatius quanquam, quid de talibus demigrationibus sentiendum esset, vere edocuit, tamen posthac Tiberium ipsum invito vitrico Rhodum secedentem videmus. Suet. Tib. 10. In promptu autem est, peregrinationes ex animi mobilitate susceptas non excludi. Conf. Dio Cass. 38, 24.

la courte et élégante épitre — adressée à Bullatius. Ce personnage ne nous est point connu d'ailleurs; mais, d'après cette épitre, il nous paraît avoir été un partisan de la république mécontent de l'ordre des choses qui s'établissait, en proie à une affection hypochondriaque. Il possédait une villa à Ulubre, [?!] petite et triste ville de la Campanie, et il voyageait en Orient pour se distraire de la mélancolie, dont il était obsédé. Il avait manifesté l'intention de se fixer à Lébédos. Horace lui écrivit pour l'engager à quitter ce séjour et à se rendre à Rome. Il paraît même probable, d'après les vers 22 et 23 de cette épitre, que Bullatius était invité à revenir par Octave César, et qu'Horace ne faisait que seconder les desseins de cet empereur en écrivant à son ami." Sed mittamus hodie tale commentum, cujus subtilissimus auctor fuit *Sanadonus*. Omittenda quoque vetus illa disquisitio, ab Epistolarum Horatianarum ratione prorsus aliena, num versus 7 — 10 διαλογῶς explicandi sint. De hac re praeter ceteros meruit *Schmidius* quum in commentariis suis, tum in Progr. schol. Halberstadiensi a. 1826. p. 23 — 30 „Des Herrn Professor Morgenstern Ansicht über Hor. Ep. 1, 11, 7—11. beleuchtet." *Schmidio* jure assensus est *Bachius* in Zimmerm. „Zeitschrift für d. Alterthumsw." 1834. p. 1039. Quae contra dixerunt *Aug. Grotefendus* in Seebodii „Krit. Bibl." 1830 p. 183. et *J. A. Schaefer.* in Progr. schol. Ansbac. a. 1831. p. 15. Zeunii comprobata interpretatione, tam levia sunt, ut ipsa illorum verborum interpretatione refellantur. . . .

Epistolam in patrium sermonem singulatim verterunt *Herder.* in Adrast. I. 2. p. 262 sqq. et *Th. Schmidius* l. l. p. 31. Num argumenti *) in hac Epistola propositi rationem habeat *H. Dohrnii* Diss. *de eruditis Romanorum peregrinationibus.* Itzehoe 1825, me praeterit.

De tempore scriptionis nihil constat. *Sanadonus, Dorighello, Walckenaer.* (I. p. 469) Epistolam a. u. 725., postquam Brutus in Asiam tempore belli civilis Octavium inter et Antonium orti pericula partium evitaturus se contulisset, *Kirchnerus* (in tab. chron.) a. u. 733, *Grotefendus* l. l. auctumno a. 735. scriptam opinantur.

*) Conf. „De consilio emigrandi e consilio Horatii caute regundo. Oder: Rechtliches Bedenken des Hor. gegen die Auswanderungssucht von Lactantius Lanthani" in „Zeitung f. d. eleg. Welt" 1827. p. 225 sq. et *J. C. Lavater*: „Taschenbuch für liebende Reisende" etc. Zürch 1790. p. 333—43.

V. 1. Horatius Bullatium de Asiae urbibus ab ipso pervagatis percontatur. *Quid tibi visa*, ut Cic. Epist. ad Div. 9, 21, 2. *Quid ego tibi in epistolis videor?* Ita Graeci. Plat. Phaedr. p. 234. C. τί σοι φαίνεται ὁ λόγος; Lucian. de Meretr. 10, 3. τί σοι δοκεῖ ἡ ἐπιστολή; Id. Tox. 23 (ib. Jacob.). τί σοι δοκεῖ — ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; Similia suppeditant Heind. ad Sat. 1, 6, 55. Ruhnk. ad Terent. Eun. 2, 2, 42. Stallb. ad Plat. de Rep. 1, 2. p. 328. E. Bernhard. wiss. Synt. p. 336. — De *Chio*, Joniae notissima insula inter Samum et Lesbum sita, vid. Strab. 14, 1. p. 182. ed. Tchnz. Mel. 2, 7. Plin. H. N. 5, 31. Stephan. Byz. s. v. [Χίος ἐπιφανεστάτη νῆσος Ἰώνων ἔχουσα καὶ πόλιν ὁμώνυμον.] atque *Poppo* in Progr. schol. Francf. ad Viad. 1822: „Beiträge zur Kunde der Insel Chios;“ *J. K. Whitte*, „de rebus Chiorum publicis ante dominationem Romanorum“ Havniae 1838. Chii nummos recenset *Raschii* Lex. univ. rei num. vett. I. 2. p. 513—18. Cf. Eckh. D. N. I, 2. p. 564 sqq. — *notaque Lesbos*, εὔυμνος, propter Alcaeum et Sapphonem, item ob vina nobilitata. Sic *incluta* ap. Petron. 133. (Anth. lat. 1, 51, 2.), *insula nobilis et amoena* ap. Tac. Ann. 6, 3. Eadem a Phanocle v. 22. (Stob. Serm. LXII.) πασάων ἀοιδοτάνη vocatur. Conf. Paldam. ad Propert. p. 303 sq. et de ipsa insula Strab. 13, 2. p. 136 sqq. Mel. 2, 7. Plin. H. N. 5, 31. Munck. ad Hygin. Fab. 194. p. 273. Plehnii Lesbiacorum libr. etc. Berol. 1826. p. 6 sqq. Eckh. I. 2. p. 500. Rasch. Lexic. etc. II. 2. p. 1627—29. — V. 2. *concinna Samos*, i. e. εὔρυθμος, in quam rem laudant Menandr. rhet. de Enc., qui p. 75. in portus laudibus ponit μέγεθος, κάλλος καὶ εὐρυθμίαν et Theophr., qui Plant. 3, 18, 7. φύλλα εὐρυθμότερα dicit. Hinc *Orellio* venusta dicitur propter aedificia, imprimis propter Junonis aedem. De sententia *Torrentii concinna* vocatur quum ob loci totius elegantiam, tum ad discrimen aliarum duarum insularum etc. Scholiastae Cruq. *conc.* temperata est, *Düntzero* „das Reizende der Insel, das Gefällige der dortigen Natur.“ At quum Epitheton non tam insulam, quam ipsam urbem indicare videatur, haud scio an notio illa ῥυμοτομίας, summae pulchritudinis in urbe aliqua conspicuae significetur. Sic Aristides (I. p. 374. Dind.) de Smyrna: οὐδ' ἂν φαίης εἶναι πόλεις πολλὰς κατὰ μικρὸν διεσπαρμένας, ἀλλὰ μίαν μὲν πολλῶν ἀντίῤῥοπον, μίαν δ' οὖν ὁμόχρουν καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ, καθάπερ ἀνθρώπου σῶμα συμβαίνοντα τῷ ὅλῳ τὰ μέρη παρεχομένην. Ita ἀγορὰ Ἱπποδαμεία, ex qua omnes viae exierunt et redierunt. De auctore ita oppida ad

geometriae leges formasque humanae menti convenientes aedificandi erudite, ut solet, nuper dixit *C. F. Hermannus* in Disput. de Hippodamo Milesio ad Aristot. Polit. 2, 5. Marburg. 1841. p. 44 sqq. *Schmidius* comparat Epitheton *εὔθεος* et Plaut. Pers. 4, 3, 77. Ceterum de *Samo* conf. Strab. 14, 1. p. 169. Plin. H. N. 5, 31. Mel. 2, 7. Herod. 3, 39. Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 8. Apulej. Met. 6, 4. (ib. Hildebr.) Rupert. ad Tac. Ann. 4, 14. Munck. ad Hygin. Fab. 14. p. 41. Wetstenii Nov. Testam. II. p. 593. et Th. Panofkae res Samiorum. Berol. 1822. Nummos recenset Rasch. l. l. IV. 1. p. 1787 — 1823. coll. Eckh. I. 2. p. 568 sqq. Posthac Samos urbs non ita magna et splendida fuit. Apul. Flor. 2, 15. ed. Wouw. p. 574. *Samos oppidum habet nequaquam pro gloria; sed quod fuisse amplum, semiruta moenium multifarium indicant.* Lucan. 8, 245. — *Croesi regia Sardis.* — Strab. 13, 4. p. 151. *Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις ἐστὶ μεγάλη — βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν.* Varr. Fr. p. 282. Bip. *Luto fluens sub Sardibus flumen tulit Aurum, later quod conquadravit regius.* Huc respicit Malchus in Ecbasi captiv. 729. *Hora est surgendi, tua sunt quasi regia Croesi.* Vid. Herod. 1, 84. 7, 81. Polyb. 5, 77. 7, 15 — 18. Plin. H. N. 5, 29. (ed. Bas.) Sardiani ipsi ap. Tac. Ann. 4, 55, 3. *ubertatem fluminum suorum, temperiem coeli ac dites circum terras memorant.* Bianoris elegans epigramma in Sardis terrae motu temporibus Tiberii eversas legitur in Delect. Epigr. 9, 29. (ib. Jacobs.) Conf. Cellar. l. l. et F. Stosch. Syntagm. diss. VII. de septem urbibus Asiae in Apocal. p. 120. De ejus parietinis vid. Ephemerid. „Das Ausland" 1842. N. 59. p. 284. „Die Ruinen von Sardes." (Aus Ampère's Reise in Kleinasien) et de ejus nummis Rasch. l. l. IV. 2. p. 24 — 52.

V. 3. *Smyrna quid* etc. Ea vocatur ap. Lucian. Imagg. 2. *ἡ καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων*, ab Antipatro (Jacobs. Delect. Epigr. 4, 7, 2.) *ἡ καλή*, item in nummis *ἡ πρώτη τῆς Ἀσίας κάλλει καὶ μεγέθει καὶ λαμπρονάτη καὶ μητρόπολις*, ejus *ὁμονοίαν* imprimis laudant Aristides l. l. et Strabo 14, 1. p. 183. coll. p. 163; Plin. H. N. 5, 29. Cellar. Diss. acad. p. 442 sqq. F. Stosch. l. l. p. 34. Pintian. ad Mel. 1, 17. p. 95. Rupert. ad Tac. Ann. 3, 63, 2. Eckh. D. N. I. 1. p. 559. Rasch. Lexic. IV. 2. p. 1215 — 1333. — *Colophon.* Jacobs. Del. Epigr. 4, 6, 2. *Κολοφὼν τρυφερῆς ἄστρον Ἰονίης.* Strab. 14, 1. p. 178. Mel. 1, 17. Plin. H. N. 5, 29. Pausan. 1, 9. Cic. pr. Arch. poet. 8, 19. pr. leg. Manil. 12, 33.

Liv. 37, 26. 28. Rasch. I. 2. p. 695—701. et quos laudat *Ruperti* ad Tac. Ann. 2, 54, 2. — *majora minorane fama.* Sall. Cat. 8. 2. *Atheniensium res gestae — satis amplae magnificae fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur.*

V. 4. In hac percontandi ratione nihil inest acerbae irrisionis, quam quidem sensit *Haberfeldus,* quum Bullatium haberet hominem nullo loco durantem sibique ubique displicentem. Percontatur potius ex animi sui sententia quanquam non sine jocosa quadam *Romae regiae praeter omnes angulos ridentis* exaggeratione. Sic 18, 18. *sordet pretium altera aetas.* Catull. 61, 136. (Doer. ibi) *Sordebam tibi, villice Concubine.* Virg. Ecl. 2, 44. *sordent tibi munera nostra.* Stat. Silv. 1, 3, 98. *cur oculis sordet vicina voluptas?* Calpurn. Ecl. 7, 46. *Videmus et sordet quicquid spectavimus olim.* Plin. H. N. 35, 10 s. 36. *Sordebat ille suis.* Similia suppeditant Hess. ad Tac. Dial. 23. p. 161. et Hildebr. ad Apulej. Mag. 22. p. 495. De *Campo* et *Tiberi* insignis est locus ap. Strab. 5, 3. p. 382. *Τούτων δὲ τὰ πλεῖστα ὁ Μάρτιος ἔχει κάμπος — καὶ τὰ περικείμενα ἔργα, καὶ τὸ ὕδαφος ποάζον δι' ἔτους, καὶ τῶν λόφων στεφάναι τῶν ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνυμένων δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν.* De his Romanorum deliciis, ubi sine dubio hoc jam tempore *Septa Julia,* rebus referta pretiosis (Beck. Gall. II. p. 112. coll. Sachse „Gesch. u. Beschreibung der alt. Stadt Rom" II. p. 64 sqq.), erant, vid. annot. ad 7, 59. Schm. ad h. l. et v. 19. itemque 18, 54. Mitsch. ad Od. 1, 8, 4—8. Barth. ad Stat. Silv. 5, 2, 113—16. et de *Campo* fere *gramineo* Klausen. ad Carm. Fr. Arv. p. 45. N. 112. — V. 5. *An venit in votum — una? Schmidius* comparat Ovid. Met. 11, 227. *In suaque Aeaciden succedere vota nepotem Jussit. Orellius* sua opinione captus proprie, i. e. „An domicilio tibi deligere mavis unam ex urbibus regni olim Attalorum, Pergamum, Tralles, Thyatirum, Myndum?" Est potius: „An optas, velles, unam sive possessionem sive sedem?" Praefero illud ob vim contrariorum. Jocose enim haec dicta sunt, si observaveris, Attalum Philometorem, Pergami regem, populum Romanum olim (621. u. c.) scripsisse heredem. Conf. Strab. 13, 4. p. 147. Plin. H. N. 35, 14. Justin. 36, 4. Torr. et Mitsch. ad Od. 1, 1, 12. 2, 18, 5. Quapropter non audiendus est *Bad. Ascensius,* cui *Attalicae* sunt „superbe et luxuriose variis rebus ornatae, ut urbes Attali."

V. 6. *An Lebedum — viarum?* „An tibi magis placet affecto

et quietis desiderio et otii Lebedus*) tanquam tranquillus ad quietem locus?" *Odium maris atque viarum* Horatio proverbii quasi loco dicitur ardentissimum otii vel quietis desiderium, quod eum capit, qui vitae labores exantlavit sive quem taedet vitae laborum atque aerumnarum. Sic *odio rerum suarum* ap. Sall. in Cat. 37, 3., *odio praesentium* ap. Tac. in Ann. 3, 44. Hist. 2, 8., *agri, urbis odium me percipit* ap. Terent. in Eun. 5, 5, 2. Eadem sententia Horatius se dicit *lassum maris et viarum* sibi optans. *Tibur suae senectae sedem* Od. 2, 6, 7. 8., ad quem locum vide Mitsch. et Fr. Jacobs. V. p. 327. Locutionem autem a militia Romana sumptam Poeta ad Bullatium in sua peregrinatione multas Asiae urbes haud dubie emensum apte retulit. At quantum a vero aberrarunt interpretes**), qui locum fere sic constituunt: „Adeone navigationis et peregrinationis te pertaedet, ut Lebedi manere, quam ad tuos Romam reverti malis?" Ad illorum explicationem *Weichertum* quoque in Poet. lat. Reliq. p. 135. accessisse valde miror. Alii, qui Bullatium Romam reversum fingunt: „An in quovis ignobili ac deserto vico subsidere, quam denuo mare aut quodvis inter inire mavis?" Quid, quod in hac ipsa percontatione *Haberfeldus* Bullatium oblique tactum atque acerbe irrisum sentit. Plane autem delirat *Cruquius* (interpretatione sinistra Scholiastae sui haud dubie illusus: „Alii dicunt (Lebedum) esse vicum in Italia juxta mare, quo pauci accedunt propter aestum maris"): „An Lebedum Romae praefers eo quod supra et infra mari conclusa, nonnunquam quoque ab infero mari per Tiberim inundatione civibus formidabilis, deinde montibus undique quasi circumvallata, vias iter facientibus ostendit perdifficiles, nec egressu commodo nec ingressu?" Sed quum tales ineptias retulisse satis sit, videamus singula! More enim antiquo contraria ponuntur *mare* et *viae*, ut Tib. 2, 6, 3. *seu longa virum terras via seu vaga ducent aequora;* coll. Diss. ad 1, 1, 26. Ovid. Met. 3, 449. *nec vos mare separat ingens Nec via.* Trist. 5, 4, 2. (ib. Loers.) *epistola veni, Lassaque facta mari, lassaque facta via.* Apul. Met. 2, 13. (ibi. Oudend.) *quemadmodum et maris et viae confeceris iter.* Id. 7, 6. (p. 537. Hildebr.) *plurimis difficultatibus itineris mariisque*

*) Contra *Welckerum*, qui in Diss. „die griech. Tragoedien" p. 1308 Lebedum pro una ex Attalicis urbibus habere videtur, disputat *Düntzerus* p. 221.

**) *Düntzerum* hoc loco verum vidisse lector.

terroribus exanimatis. Tac. Ann. 2, 14. *si taedio viarum ac maris finem cupiant.* Id. 13, 53, 1. Cic. Epist. ad Div. 13, 71, 2. Val. Flacc. 4, 349. ibiq. Burm. Ita a Graecis ὁδοιπόρος et similia opponuntur ναύταις et πλοῦς τῇ ὁδῷ, ut Thuc. 6, 49. *Μέγαρα — ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν οὔτε ὁδόν.* Xenoph. Anab. 5, 1, 14. Epictet. Diss. 3, 24, 29. Delect. Epigr. 11, 26, 6. ibiq. Jacobs. Hildebr. l. l. citat Lob. ad Soph. Ajac. 328. p. 234. ed. 2. Et sic lumina immittuntur loco ap. Paul. in Epist. ad Corinth. 2, 11, 25. 26. Quapropter et eorum ratio cadit, qui, ut *Piscator*, „viarum in mari" explicant.

V. 7 — 10. *Scis — furentem.* Horatius illa percontatione nihil aliud quam sibi munivit viam ad demonstrandum hocce: „Quamvis Lebedus locus sit desertissimus, id quod probe nosti, tamen, si res ita ferret, illic aetatem agere vel ipsos meos admodum nihil desiderans et in litore constitutus vitae quasi fluctus temporisque procellas spectare vellem." De *Lebedo*, oppido *) Asiae eoque Ioniae 120 stadiis a

*) Quod cur sibi elegerit Bullatius, *Wielandii* nostratis vestigia secutus disputat *Walckenaerius* I. p. 471. Is, postquam p. 471. praeeuntibus *Sanadono Dorighelloneque* sinistre observavit: „Bullatius avait écrit à Horace: „Vous savez ce que c'est Lébédos (Herod. 1, 142. Pausan. 1, 98. 7, 32. al.): c'est un bourg plus désert que Gabies et que Fidenes. Cependant, je voudrais, oubliant tous les miens, y vivre oublié d'eux et contempler de loin la mer et ses fureurs," addit haec: „La manière dont Bullatius parle de Lébédos, démontre qu'il sait qu' Horace a visité ce lieu, qu'il le connait; mais elle ne nous laisse pas deviner le motif de la préférence qu'il donne à cette ville. La vérité est qu'elle était peu peuplée, mais agréable. Au temps d'Hérodote, Lébédos avait été une des villes principales de la confédération ionienne; elle fut détruite par Lysimaque, qui en transporta les habitans à Ephèse (Pausan. Attic. 9. Achai. 8. I. p. 61. IV. p. 22 ed. Clav.). C'était à l'époque où Bullatius voyageait, le lieu de réunion de tous les artistes, acteurs, danseurs et musiciens qui concouraient à la répresentation des pièces que l'on jouait aux fêtes de Bacchus. Ces artistes, par des causes que Strabon explique, furent obligés de quitter Myonnèse et de passer chez les Lébédiens, qui les accueillirent d'autant plus volontiers, dit le géographe, que la population était fort affaiblie. Comme les événemens qui nécessitèrent cette translation sont anterieurs à l'époque où Horace écrivait, il s'ensuit que Bullatius dut trouver à Lébédos cette joyeuse population. Pausanias, qui voyageait dans ce pays deux siècles après Bullatius (Pausan. Achai. 8. et 5. IV. p. 22. 42. Clav.), dit que le territoire de Lébédos est très-fertile, et qu'on y trouve sur les bords de la mer des bains chauds en grand nombre, très-agréables et très-salutaires. Lébédos en

Colophone distante, vid. Strab. 14, 1. p. 179. Plin. H. N. 5, 29. Mel. 1, 17. Aelian. V. H. 8, 5. Vellej. 1, 4. Hierocl. Synecdem. p. 660. et de ejus nummis summae raritatis Rasch. Lexic. II. 2. p. 1533. coll. Eckh. I. 2. p. 324. Cum Lebedo, desertissimo illo loco, comparantur *Gabii* et *Fidenae*. Eas Schol. Cruq. „civitates Sabinorum (?!) desertas" et *Gabios* Porphyrio „vicum in Sabinis juxta Lucretilem montem" dicit, quamquam hoc oppidum Latii fuit, de quo cf. Riedel. ad Epist. 2, 1, 25. Utrumque conjunctim commemorant Virg. Aen. 6, 773. Juv. 6, 56. 57. 10, 100., *Gabinos* et *Fidenates* Plin. H. N. 3, 5., *Gabiorum* exiguitatem texte significat Lucan. 7, 392., testantur Prop. 4, 1, 34. *Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabi;* Cic. pr. Planc. 9, 23. *nisi forte te Lavicana aut Bovillana aut Gabina vicinitas adjuvabat. Quibus e municipibus vix jam, qui carnem Latinis petunt, inveniuntur* et Dionys. Halic. Antiq. Rom. 4, 53. — *νῦν μὲν οὐκέτι συνοικουμένη πᾶσα, πλὴν ὅσα μέρη πανδοκεύεται κατὰ τὴν ὁδόν.* Conf. Strab. 5, 3. p. 385 sq. Antonin. Itiner. p. 302. ib. Sur. et Wesseling. et Feam de detectis apud lacum de Castiglione *Gabiorum* ruderibus atque a *Visconti* in Monum. Gabin. descriptis, coll. 15, 9. Juv. 3, 193. 7, 4. et, quem laudat Walckenaer., *Gellii* Topography of Rome and its vicinity. II. p. 1 — 15., cui e nostratibus addas *Mülleri* „Rom's Campagna" I. p. 328. et *Westphalii* „Römische Kampagna" p. 98. — De *Fidenis* Strab. ibid. p. 372. *Κολλατία δ' ἦν καὶ Ἀντέμναι καὶ Φιδῆναι, λαβικὸν καὶ ἄλλα τοιαῦτα, τότε μὲν πολίχνια, νῦν δὲ κῶμαι, κτήσεις ἰδιωτῶν* etc. Cic. de Leg. agr. 2, 35, 96. et quos laudat *Sickler*. Handb. d. alt. Geogr. I. p. 336. Conf. *Chaupy* „Decouv. de la maison" etc. III. p. 187. *von Bonstetten's* „Reise in die class. Gegenden Rom's" etc. II. p. 6. Earum vel situm vel parietinas prope vicum *Giubileo* et *Villa Spada* inventas imprimis describunt *Westphal.* p. 127. et *Gell.* I. p. 434 — 443. Ac ne quis in Horatio accuratam illam Lebedi cognitionem miretur, observari licet, talia eum aut fama accepisse aut, quod verissime docuit *Schmidius*, praesentem vidisse, quum sub Bruto stipendia faceret. In eadem sententia sunt *Car. Passovius* N. 92., *Walckenaerius* I. p. 69. 470. et *Düntzerus* II. p. 34.

Asie avait donc quelque analogie avec Baïes en Italie; ce n'était pas un lieu si sauvage et si triste que Bullatius, trop accoutumé sans doute au séjour brillant de Rome, le dépeignait à son ami."

V. 8. *tamen illic vivere vellem*, i. e. non recusarem, non nollem, vel vivere possem, si me oporteret, ut Cic. Tusc. 1, 41, 98. *equidem saepe emori, si fieri posset, vellem, ut* etc. Verum jam vidit *Lambinus*, a quo discesserunt nescio qua de causa interpretes *Vossius, Schellerus, Passovius*: „doch dort selbst wünscht' ich zu leben." Mea quidem sententia rectius *Th. Schmidius* et *J. Merkel*: „Lebedus kennst du, verödeter noch als Gabii selber Oder Fidenae, und doch wollt' ich dort leben zufrieden." Eadem opinio *vellem* h. l. optantis esse, *Aug. Grotefendium* l. l. suis implicuit argutiis. Tollendus quoque error *Haberfeldi* est, qui auctore *Baxtero*, quem et sequitur *Wielandius, spectare* v. 1 . pro Graecismo habet: „ut spectem", quum nemo non videat, ex verbo *vellem* aptum esse illum Infinitivum. *Verba autem ipsa sapientis sunt quo fata trahant ire parati et loco vel deserto bene vivi posse non ignorantis.**) Ut in illud est Cleanthis ap. Epictet. Diss. 4, 4, 34. *Ἄγου δὲ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη. Θέλετ' εἰς Ῥώμην; εἰς Ῥώμην. Εἰς Γύαρα; εἰς Γύαρα. Εἰς Ἀθήνας; εἰς Ἀθήνας. Εἰς φυλακήν; εἰς φυλακήν.*, ita in hoc 4, 4, 25. 26. *Μὴ γίνου δυσάρεστος, μηδὲ πακοστόμαχος πρὸς τὰ γινόμενα. — Οὕτω καὶ, σχολὴν οὐ θέλω, ἐρημία ἐστίν· ὄχλον οὐ θέλω, θόρυβός ἐστιν. Ἀλλ' ἂν μὲν οὕτω φέρῃ τὰ πράγματα, ὥστε μόνον ἢ μετ' ὀλίγων διεξαγαγεῖν, ἡσυχίαν αὐτὸ κάλει, καὶ χρῶ τῷ πράγματι, εἰς ὃ δεῖ.* Id. 3, 24, 102. *Ἂν δὲ δίδωται κατὰ φύσιν διεξαγωγὴ, οὐ ζητήσω ἄλλον τόπον ἢ ἐν ᾧ εἰμί, ἢ ἄλλους ἀνθρώπους ἢ μεθ' ὧν εἰμί.* Ibid. 109. et 4, 11, 23. Dio Cass. 38, 24. fin. Animi autem bene compositi est, ut frequentes urbes, ita solitudines incolere. Quapropter Seneca in utramque partem docet Epist. 28. *In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris: hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris, quam quo interest. — Num quid tam turbidum fieri potest, quam forum? Ibi quoque licet quiete vivere, si necesse sit.* Ibid. 56. *Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt?* Id. Nat. Qu. 4. praef. *Turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati nesciunt.* Conf.

---

*) Dici vix potest, quantopere locum elegantem corruperint interpretes prava sua de consilio scribentis opinione seducti, e quibus non pessimus *Lambinus* est, qui dicit: „urbanorum et pudentium hominum more primo ejus consilium factumque approbat, qui Roma absit, quovis loco contentus" etc.

Chrysost. Epist. ad Olymp. 17. p. 251 ed. Loml. Ad eam autem animi quam Horatius significat conditionem imprimis ea faciunt, quibus sibi *quemque* et *ubicumque* patriam et vitam beatam parare praecipiunt. Hinc vetus illa vox ap. Pacuv. (Fr. 21. p. 147. Both.): *Patria est, ubicumque est bene.* Vid. Philisc. ad Cic. ap. Dion. Cass. 38, 26. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 37, 108. interpp. ad Ovid. Fast. 1, 493. Gatak. ad M. Antonin. 8, 45. coll. Muret. Var. Lectt. 2, 3. Senec. de Tranq. an. 3. Consol. ad Helv. 9. Talem sentiendi rationem Poeta non indignam putat qui multum ejus ingenio abrogat *Teuffel.* in „Characteristik d. Hor." p. 61. N. 39.

V. 9. *Oblitusque — et illis.* Haec quoque verba e penu philosophiae deprompta nil indicant nisi rerum humanarum despicientiam muliebribus atque inertibus de amicorum absentia querelis, i. e. de rebus quae mutari nequeant, contrariam. Nostrates dicunt „Resignation", „Ergebung." Tale exemplum proponitur Diogenes ap. Epictet. Diss. 3, 24, 66. *Διὰ τοῦτο πᾶσα γῆ πατρὶς ἦν ἐκείνῳ μόνῳ, ἐξαίρετος δ' οὐδεμία. Καὶ ἀλοὺς οὐκ ἐπόθει τὰς Ἀθήνας, οὐδὲ τοὺς ἐκεῖ συνήθεις καὶ φίλους* etc. coll. 4, 1, 153. Id. 4, 1, 87. *Ἀλλ' ἔνθεν ἄρξασθαι δεῖ — τὸ σωμάτιον ἀφεῖναι, τὰ μέρη αὐτοῦ, τὰς δυνάμεις, τὴν κτῆσιν, τὴν φήμην, ἀρχὰς, τιμὰς, τέκνα, ἀδελφοὺς, φίλους, ταῦτα πάντα ἡγήσασθαι ἀλλότρια.* Idem dicitur de Socrate 4, 1, 159. Chrysost. Epist. ad Olymp. 2, 12. *Εἶδες πῶς μεγίστος ἆθλος τὸ δυνηθῆναι ἐνεγκεῖν πρᾴως τοῦ ἀγαπωμένου χωρισμὸν, καὶ πῶς ὀδυνηρὸν πρᾶγμα καὶ πικρὸν, πῶς ὑψηλῆς δεόμενον καὶ νευρικῆς ψυχῆς;* Senec. Epist. 19. *Quidtem potes vindicare sine ullius odio, sine desiderio aut morsu animi tui. Quid enim relinques, quod inviotus relictum a te possis cogitare? — Aestima, utrum te relinquere, an aliquid ex tuis malis.* Cf. ibid. 55. *ideo aequo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam praesentibus abest.* Multi autem interpretes gravissimam hujus dicti vim non sentientes Horatium aut „nimis duri animi et sodalium negligentem" fecerunt, aut tale vitium ab homine sanissimo defensuri haec verba Bullatii morosi [?!] esse sibi persuaserunt. *Orellius* in vv. *Oblitusque — illis* hyperbolam videt, *Haberfeldus* vitae solitariae descriptionem, cujus fundus Homerus sit*).

*) Ad nostram explicationem prope accedit *Düntzerus*, licet superficiem tantum tetigerit: „Oblitus und obliviscendus beziehen sich auf das äussere, nur scheinbare Vergessen, so dass man den Umgang der Freunde

Ab his multum abhorret *Dacerius*, qui conjicit, „que Bull. avoit reçû quelque déplaisir de ses parens, et ce fut là ce qui lui rendit odieux le séjour de Rome;“ itemque *Campenon*: „Il paraît que ce Bull. s'était sauvé de Rome, chassé par les troubles civils, et qu'il avait à se plaindre des siens, qui probablement se plaignaient de lui; car tel est le triste effet des dissensions politiques.“ Similiter *Sanadonus* et *Dorighello*, praeterquam quod vv. *Oblitusque meorum* esse volunt meorum civium, infelicem bellorum civilium conditionem significatam opinantur. Eandem sententiam sequitur *Walckenaer.*, a quibus *Gesnerus* ita discedit, ut verba *Scis Leb. quid sit* etc. e persona Horatii ac de se ipso dici putet: „se quoque in obscuro loco malle vivere, quam immersum esse molestiis belli civilis.“ Hic error maximam partem a versu seq. profectus est, in quem *Sanadonus* ita commentatur: „Cette image représente parfaitement bien la situation où Rome et l'Italie se trouvoient. Une mer agitée par de violentes tempêtes est la figure naturelle d'un état déchiré par les dissensions d'une guerre intestine.“ At

V. 10. *Neptunum — furentem* lepidissima imago est animi et securi et tranquilli, in quo nihil patet, quod feriat fortuna. Qua quidem imagine usus simul indicat Poeta, maritimam fuisse Lebedum, e qua, uti observavit *Torrentius*, prospectus esset in mare. De sententia Scholiastae Cruq. hoc dixit ad imitationem Lucretii 2, 1. 2: *Suave, mari magno motantibus* (sic) *aequora ventis e terra magnum alterius spectare laborem.* Lambinus laudat Menandr. in Thrasyl. (Archipp. ap. Stob. LIX, 7.) Ὡς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾷν ὦ μῆτερ ὅστι, μὴ πλέοντα μηδαμοῦ; Oppian. Halieut. 5, 348. Θάλασσα Χαῖρέ μοι ἐκ γαίης, ἔκαθεν δέ μοι ἤπιος εἶης. Cic. ad Attic. 2, 7. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri* etc. His adde Epictet. Fr. CXXI. (p. 27. Dübn.) Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾷν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων. Chrysost. ad Theodor. laps. 2, 4. p. 148. Leml. φύγε τὸ πέλαγος, φύγε τὰ πάθη, καὶ ὑψηλὸν κατάλαβε χωρίον, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἁλῶναι. Id. Epist. ad Olymp. 17. p. 252. cf. Stat. Theb. 2, 729 sq. Senec. de

---

entbehren lernt, nicht die Trennung immerfort beklagt, sondern sich zu finden weiss, wie wir sagen: *er kann seine Freunde nicht vergessen.*“ etc. De Pronom. *meorum*, quo Horatius, ut ait *Dacerius*, de *suis* utpote parentibus destitutus, uti nequiverit, cf. Ruhnk. ad Terent. Phorm. 4, 1, 21. et Becker. in Eleg. Rom. p. 172.

Brev. vit. 18. *in tranquilliorem portum non pro aetatis spatio jactatus tandem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim privatas sustinueris, partim publicas in te converteris;* coll. Cic. ad Attic. 7, 13, 2. Mitsch. ad Od. 1, 14. p. 151. — *Neptunum furentem* de saevientibus inflati maris fluctibus, ut Lucan. 5, 599. *furebat Pontus.* Senec. Troad. 1013. *furens Jonius exsurgit sinus.* Val. Fl. 2, 615. *brevibus furit aestus aquis.* Virg. Aen. 1, 107. *furit aestus arenis.* Cat. Dir. 57. *subito emersere furenti corpora ponto.* Chrysost. Epist. ad Olymp. 2, 6. p. 183. *μαινομένην θάλατταν καταστέλλουσαι.* Ibid. 17. p. 252. *τὸ τῆς θαλάττης μαινομένης ἐξ οὐρίας φέρεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς γαλήνης.* Conf. Hom. Od. 5, 411. Xenoph. Anab. 5, 8, 20. De hoc verbi *furendi* usu conf. Drak. ad Sil. Ital. 10, 321. Cort. ad Lucan. 5, 612. Burm. ad Prop. 3, 21, 28. Kulmk. ad Ovid. Her. 1, 6. 7, 78. Jam elegantia hujus loci enodata revertamur ad interpretes! *) Versus 7—10. verba Bullatii esse statuunt, quem redarguat Horatius v. 11 sqq., *Rappoltus, Rodellius, Desprezius, Sanadonus, Juvencius, Dorighello, Morgenstern.* ad v. Ommer. p. 222., *Campenon., Charpentier., Walckenaer.*, ad quos quodammodo accedit *Aug. Grotefendus*, quam ita explicat: „An Lebedum laudas odio maris atque viarum, *cogitans*, quamvis ille Gabiis atque Fidenis desertior sit vicus, tamen illic vivere vellem" etc. Contra *Cruquius* verba *Scis — sit?* Bullatii esse vult, ad quae contemptim in odium Lebedi respondeat Horatius: *Gabiis — vicus*, tum Bullatii: *tamen vellem.* Ita et *Dacerius* et *Talbotius.* Paulo aliter *Torrentius*, qui verba „*Gabiis desertior*"

---

*) Ex his ipsis, quae disputavi, satis apparet, quam non assentiar et *Orellio* („Quum ibi tranquille versarer in contemplando terribili simulque magnifico maris turbati spectaculo, vel oblivisci possem ad tempus carissimorum meorum amicorum et aequo animo pati, si ipsi quoque in secessu meo mei interdum obliviscerentur" —) et *Düntzero* („ich würde in der Nähe (*procul.* Vgl. B. II. S. 420) am grossartigen Schauspiele des wogenden Meeres mir Herz und Sinn stärken und mich zur Duldung kräftigen." Ne quid dicam de ipsa loci interpretatione, significatio particulae *procul* hoc quidem loco propter adjectum *e terra* dubia esse nequit. *Procul* autem nullo loco neque apud Hor., neque apud Virgilium *juxta, prope*, sed distantiam quandam a re, de qua agatur, indicare affirmo. Errarunt igitur viri quidam doctissimi ad Sat. 2, 6, 105. De Virgilio recte statuit *Jahnius* ad Ecl. 6, 16. Sententiam hujus loci bene expressit *J. Merkel*: „Wollte — — Hoch von dem Strande herab anschauen die tobenden Wellen!" Recte quoque *Vossius, Schellerus, Passovius, Schmidius.*

etc. ipsi Horatio attribuit, *Bothius* contra *Scis — sit* Horatio, quia Bullatium id oppidum adisse ex ipso compererit, *Gabiis — furentem* Bullatio. At *Zeunius* et *Schaeferus* in verbis *Scis — vicus* Horatium vident, in vv. *tamen — furentem* Bullatium. Alii aliter, quos recensere taedet. Id unum addendum videtur, complures locum interrogative *Scis — sit?* extulisse et Scholiastam Cruquii dialogismi esse auctorem.

V. 11—16. *Sed neque — mare.* Sententiarum ordo: „Ut loco vel desertissimo, si qua necessitas vel vitae ratio tulisset, bene tranquilleque vivi posse dixi, ita rursus absurdum videtur, locum propter quaedam commoda aut incommoda, quae ibi nobis acciderint, vitae instituto viaque non postulante alterum alteri praeferre et eo ipso omnem vitae cursum commutare.“ Hoc tribus exemplis illustratur. Simili in simili re, i. e. in commendando vitae proposito utitur Epictetus in Diss. 2, 23, 36. 37. (jam ab *Orellio* laudatus): *Οἷον εἴ τις ἀπιὼν εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, καὶ διοδεύων πανδοκεῖον καλὸν, ἀρέσαντος αὐτῷ τοῦ πανδοκείου, καταμένοι ἐν τῷ πανδοκείῳ· Ἄνθρωπε, ἐπελάθου σου τῆς προθέσεως· οὐκ εἰς τοῦτο ᾤδευες, ἀλλὰ διὰ τούτου. Ἀλλὰ κομψὸν τοῦτο. Πόσα δ' ἄλλα πανδοκεῖα κομψά; πόσοι δὲ λειμῶνες; ἀλλ' ἁπλῶς ὡς ὁδοδς.* Hoc ipso exemplo egregia confirmatur *Orellii* in *Anal. Horat.* p. 2. observatio, fuisse quandam quasi locorum communium et exemplorum *παράδοσιν* per philosophorum ac rhetorum scholas propagatam et ab omnibus fere Horatio non excepto usurpatam. Interpretes autem haec exempla pro re ipsa accipientes Bullatium vel propter itineris maritimi incommoda vel propter belli civilis iras retentum his ipsis verbis ab Horatio callide revocari sibi persuadent. Vide modo *Doeringium* et *Orellium* *). Nihil dicam de iis, qui particulam *Sed* pro eo habeant, quod Horatius Bullatio opponat, quum hodie inter omnes constet, *sed* non opponere, sed apponere id, quod distinguendum videatur. Vid. 1, 1, 58. p. 74. *Sanadonus* autem et *Dorighello*, quum ad v. 15., illud in secunda persona dictum, sed generatim sumendum esse recte observassent, veram quidem viam viderunt, sed non sunt ingressi. Illis enim exemplis Poeta ita usus est, ut et suam ipsius rationem vivendi supra significatam justis circumscriberet limitibus et sententiae v. 17 sqq. prolatae praeluderet.

*) Discrepantes interpretum interpretationes enumerat *Düntzerus*, quem videsis p. 227.

V. 11. *qui Capua — Aspereus.* Appiam dicit *réginam viarum* Stat. Silv. 2, 2, 12., quam *Fea* verbis *lutoque Aspereus* inhaerens ad Sat. 1, 5, 6. tum glaream fuisse affirmat melius edocendus et edoctus a *Schmidio* ad h. l. et a *Schillero* in Zimmerm. „Zeitschrift" etc. 1841. p. 438.; neque id efficitur ex Lucilio (Non. VIII. p. 489. Merc.): *Praeterea hoc iter laborum est atque lutosum* (conf. C. Lucilii Satir. quae ex tertio libro supersunt ed. Varges. Stettin. 1836 p. 4.), neque ex Lucano 3, 85., vid. ibi Cort. et cf. *Becker.* ad Gall. I. p. 236 sqq. *Böttger.* in Progr. Saalfeld. 1843. „Zur Geschichte der röm. Mathematik." p. 7. N. 25. — *in caupona vivere.* Schol. Cruq. „in taberna meritoria, suppl. semper." *Vivere* ut v. 8. i. e. permanere. De *cauponis*, malignorum et perfidorum cauponum (Sat. 1, 1, 29. 5, 4. coll. Epist. 1, 17, 8.) quaestu, post *Zellium* in „Ferienschriften" I. p. 34 sqq. diligenter collegit locos et scriptores *Seebodius* in „Scholien" etc. I. p. 22. N. 6. — V. 13. *frigus collegit* non dicitur de eo, qui ut *Heindorf.* ad Sat. 1, 1, 80. explicat: febri correptus est, sed qui frigus contraxit, friget 17, 31. Ceterum *colligere* ut *Colligit rabiem* Ovid. Met. 1, 234. ibiq. Bach. et Schm. ad h. l. — *furnos et balnea laudat.* Homines enim frigore correpti et rigentes, ut sese calfacerent, in aliquem pistoris furnum vel in thermas se recipiebant; conf. Cruq. ad h. l. Schol. cum Rupert. ad Juv. 7, 4. interpp. ad Plaut. Casin. 2, 5, 1. et Senec. de Benefic. 6, 15. — V. 14. *Ut fortunatam — vitam. Ut,* a Schol. Cruq. „quasi" explicatum, cum Participio ut Graecorum ὡς conjungitur ad alterius de aliqua re mentem vel suam de altero ita sentiente indicandam. Sic 2, 1, 198. (ibiq. Hoched.) *Ut sibi praebentem.* Sat. 2, 8, 84. *ut emendaturus.* Liv. 21, 32, 10. *ut facturus.* Id. 28, 26, 12. *ut ultro territuri — concurrunt.* Tac. Ann. 2, 69. *arguebantur ut rimantes.* Plura suppeditant Pabst. ad Ecl. Tac. p. 337. Fabr. ad Liv. 21, 18, 5. — *plene*, ut Cic. de Divin. 2, 1, 3. *plene cumulateque perfecta quaestio.* Caes. B. G. 3, 3. *munitiones plene perfectae.* Inde dijudices de altera scriptura *plane.* Conf. Hildebr. ad Apul. Met. 9, 3. p. 753.

V. 15. 16. *Nec si — mare vendas.* Ab hoc hominis exemplo reditum in patriam sibi abscindentis non multum distat Chrysostomus ad Theod. laps. 1, 14. p. 129. Loml. *Καὶ ναυαγίῳ μὲν περιπεσόντες πολλοὶ τῶν ἐμπόρων οὐκ ἀνέπεσον, ἀλλὰ πάλιν ἐπέβησαν τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, — — οὐχ ἁψόμεθα πάλιν αὐτῶν καὶ ἐμπορευσόμεθα πανθάμερ καὶ τὸ πρότερον, ἀλλὰ πεισόμεθα ἀργοῦντες καὶ τὰς*

χεῖρας παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες; conf. ibid. 2, 1, p. 142. et Epictet. Diss. 2, 23, 38. 39. Poeta apposite tum ad vv. 7—10. mare Aegeum ponit, tum quod hoc procellosissimum veteribus habitum est, vid. Torr. et Mitsch. ad Od. 2, 16, 2. 3, 29, 62.; *validus* autem *Auster*, quia teste Plinio H. N. 2, 47. *Austro majores fluctus eduntur quam Aquilone, quoniam ille infernus ex imo mari spirat, hic summo.* Inde Virg. Aen. 1, 51. (ib. Heyn.) *loca feta furentibus Austris.* Ovid. Met. 12, 510 (ib. Bach.) *insanis viribus Austri.* Lucan. 1, 498. *turbidus Auster.* 2, 454. *quum mare possidet Auster Flatibus horrisonis*, coll. Schol. ad 9, 320 et 447. Boeth. de Consol. phil. 1, 7, 4. *Si mare volvens Turbidus Auster Misceat aestum.* Conf. Stat. Theb. 2, 105. Senec. Troad. 1012. Bentl. ad Od. 4, 14, 20. Jan. ad Od. 1, 28, 21. Lübk. ad Od. 3, 7, 5. Mitsch. ad Od. 1, 3, 14. 3, 27, 22. Epod. 10, 4. Heind. et Orell. ad Sat. 1, 1, 6. Schm. ad Epist. 2, 2, 202. Drak. ad Sil. Ital. 17, 247. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 2, 30. Burm. ad Anth. Lat. II. p. 389. Wüstem. ad Theocr. 7, 58. *Jactari* autem, ut σαλεύεσθαι, ῥιπτάζεσθαι, in hac re proprium. Virg. Aen. 1, 3. 29. *Multum ille et terris jactatus et alto.* Ovid. Trist. 1, 11, 39. *Jactor in indomito bruntali luce profundo.* Ibid. 3, 2, 15. Cic. Tusc. 5, 2, 5. *magna jactati tempestate.* Vell. Pat. 1, 2. *jactati saevitia maris.*

V. 17—19. *Incolumi — cannabis.* Sententia: „Qui animo bene composito est, ei non magis prodest Rhodus etc. quam paenula — i. e. pulcherrimis illis Graeciae et Asiae urbibus (ut verbis Orellii utar) aeque libenter caret ac rebus molestissimis.“ Ita Epictet. Diss. 4, 4, 36. Καλαὶ αἱ Ἀθῆναι. Ἀλλὰ τὸ εὐδαιμονεῖν πάλλιον πολύ· τὸ ἀπαθῆ εἶναι, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἐπὶ μηθενὶ πεῖσθαι τὰ σὰ πράγματα. Θόρυβος ἐν Ῥώμῃ καὶ ἀσπασμοί. Ἀλλὰ τὸ εὐροεῖν ἀντὶ πάντων τῶν ἀνιαρῶν. Illam verbi *Incol.* explicationem et suadet sententiarum ordo et fert linguae consuetudo. Sic Sat. 2, 3, 132. *incolumi capite esse* opponitur insaniae, ut bene observant *Schmidius* et *Orellius* laudato Schol. Cruq.: „sanae mentis homini, constanti et quieto.“ Contrarium habes ap. Senec. de Tranq. anim. 2. *Proprium aegri est nihil diu pati et mutationibus ut remediis uti* etc. *Sanadonus* autem et *Dorighello* verbo *incolumi* Bullatio exprobratum vident nimis obfirmatum in semel suscepto consilio animum, quum Asiae amoenitas non tanti habenda sit, ut patriae amor memoria excidat. Alii aliter, ut *Despresius*: „Quamvis jactatus sis Austro et tempestatibus, attamen salvus evasisti: nec te, morari debet;

incolumem Rhodum" etc., *Rappoltus*: „ad incolumitatem perducendus." *Pissator* et *Janius incolumem* fortunis, opibus intelligunt, *Doeringius* hominem integra valetudine, ut sit sententia: „Is, qui non valetudinis reficiendae causa, sed *incolumis*, terras remotas pulchrasque urbes petit, aeque importune et inconsulto agere videtur, ac si quis aestate pacnulam gestare etc. in animum inducat." Bonam valetudinem, ne alios commemorem, *Walckenaer.* (I. p. 471) quoque sentit. Cur talia Horatius Bullatio dixerit, acute observant *Lambinus*, *Dacerius*, *alii*, sed, quia infelices sunt operis summa, a vero longissime discedunt*). Quodsi *Orellius* Poetam hic consulto perversissima quaeque ut in versiculo illo ap. Plutarch. Adv. Stoic. 26. cumulasse dicit, consuetudo in talibus exemplis ternario numero utendi observanda erat. Sic. vv. 11—16. et 1, 1, 20—23. 2, 51 — 53. Sat. 2, 1, 51—54. Epist. 2, 1, 114—16. Semel tantum quaternario numero utitur Od. 1, 16, 5—11., quod ibi recte observant *Düntzer.* et *Lübker.* De hac consuetudine conf. Senec. de Vit. beat. 22. *Sic illum afficiunt et exhilarant divitiae ut navigantem secundus et ferens ventus, ut dies bonus et in bruma et frigore apricus locus.*

V. 17. *Rhod. et Mitylene pulchra.* *Schmidio* meo hic de insula Rhodi, non de urbe utpote tum non ita florente coll. Appian. B. Civ. 4, 72. 73. agi opinanti non prorsus assentior. Etenim obsidione illa a Cassio facta non multum damni haec urbs contraxisse videtur, et ut sit, alia est apud poetas talium Epithetorum ratio. Vid. Orell. et Lübk. ad Od. 1, 7, 10. Strabo autem 14, 2. p. 193. *Ἡ δὲ τῶν Ῥοδίων πόλις κεῖται μὲν ἐπὶ τοῦ ἑωθινοῦ ἀκρωτηρίου· λιμέσι δὲ καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν, ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μή τί γε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως.* Vid. quae laudant Jan,

*) *Düntzerus* quum interpretaretur: „Dem Schwachen und Kränklichen mag die schöne Gegend eine Zeit lang gute Dienste leisten, aber ist man wieder hergestellt, so hat sie ihren Zweck erreicht und man muss sie mit dem Orte vertauschen, wohin das frische Leben und die Wünsche der Freunde uns rufen," non reputavit secum, hic de eo agi, qui temere, i. e. necessitate non cogente neque vitae instituto postulante sedem in peregrina terra figere in animum induxerit. Qua quidem in re quanquam corporis valetudo non excluditur, tamen significari non debebat. Quodsi V. d. paulo post addit: „Drum also, da du dich dort wiederhergestellt hast, kehre hierher zurück und lebe hier heiter und vergnügt!" Poetae sententiam a sua ipsius mente profectam subjicit.

et Mitsch. ad Od. 1, 7, 1. Kuinoel. ad Act. Apost. 21, 1. coll. Schol. ad Juv. 6, 296. et Lucan. 8, 248. Wesseling. ad Hierocl. Synecdem. p. 685 sq. Burm. ad Anth. lat. II. p. 549. Singulatim praeter *H. Rost.* („Rhodus, ein historisch-archaeol. Fragm." Alton. 1828) atque *Menge* („Vorgeschichte von Rhodus." Cölln. 1827) *Hefflerus* in „Fortsetzung der im Progr. v. 1827. angefangnen Geographie d. Ins. Rhodus." Brandenb. 1831 de illa insula erudite exposuit; de ejus nummis Rasch. Lexic. IV. 1. p. 1026 — 50. coll. Eckhel. I. 2. p. 603 sqq. Quapropter Epitheton *pulchra* aeque ad *Rhod.* atque ad *Mityl.* ex notissima dicendi consuetudine referendum est, vid. annot. ad 6, 18. p. 311. — *Mitylene pulchra.* Ita Cic. Or. contr. Rull. 2, 16, 14. *urbs et natura et situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine imprimis nobilis, agri jucundi et fertiles.* Longin. Pastor. 1, 1. Πόλις ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλή, quem locum aperuit *Muretus* (V. L. 9, 16.). Mart. 10, 68, 1. Strab. 13, 2. p. 137. Conf. interpp. ad Od. 1, 7, 1. Rasch. Lex. III. 1. p. 1017—35. Utraque urbs imprimis exsulantium eruditorum sedes fuit, cf. Cic. Ep. ad Div. 4, 7, 9. 7, 3, 18. 11, 1, 5. 28, 21. Senec. Consol. ad Helv. 9. Ad dictionem: *Incolumi facit, quod* conf. Prop. 3, 1, 20. *Non faciet capiti dura corona meo* et quae afferunt exempla Heins. et Ruhnk. ad Ovid. Her. 2, 39. Loers. ad Ovid. Trist. 3, 9, 23., ubi mihi probatur *Beckeri* (Eleg. Rom.) distinguendi ratio: *nec aquae faciunt, nec terra, nec aurae Heu! mihi: somnus* etc. — V. 18. *Paenula.* Varr. ap. Non. 14, 3. (ed. Bip. I. p. 316.) *Non quaerenda est homini, qui habet virtutem, paenula in imbri.* Lamprid. Alex. Sev. 27. *Paenulis intra urbem frigoris causa ut* [senes?!] *senatores uterentur permisit, quam id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviae fuisset.* Vid. ibi Salmas. et ad Tertull. de Pall. p. 79 sqq. Quintil. Inst. 6, 3, 64. *Galba paenulam roganti, non possum commodare, domi maneo; quum coenaculum ejus perplueret.* Senec. Nat. Qu. 4, 6. Est igitur „Reise-" sive „Regenmantel." Parum accurate *Lambinus et Xylander:* „vestis, quam supra tunicam accipimus." Vid. quae de vario hujus vestimenti usu praeter Schm. ad h. l. disputant Ernest. Clav. Cic. h. v. Schwab. ad Phaedr. 5, 2, 5. Heinr. ad Juv. 5, 79. Rupert. et Hess. ad Tac. Dial. 39. Osenbrügg. ad Cic. pr. Mil. 10, 28. Winer. in „Bibl. Realw." I. p. 783. et Becker. ad Gall. II. p. 93. — *solstitio.* Maximin. 1, 35. (ib. Wernsd. VI. p. 275) *Non mihi solstitium, nec grave frigus erat.* De *solstitio* et *bruma* sibi contrariis vid. Davis. ad

Cic. N. D. 2, 7, 19. Drak. ad Liv. 35, 49, 6. Ruhnk. ad Terent. Phorm. 4, 4, 28. Heyn. ad Virg. Ge. 1, 100. Loers. ad Ovid. Trist. 5, 10, 7. — *campestre* (διάζωμα Thucyd. 1, 6. περίζωμα Pausan. 1, 44, 1.) absolute ut *crinale* Ovid. Met. 5, 53. ib. Gierig., subligaculum sive cingulum juventum in Campo Martio sese nudis corporibus exercentium vel Tiberim denatantium, cf. Schm. ad h. l. et Ducange Glossar. v. campestratus. Vnicat. Avid. Cass. 4. *processit nudus, campestri solo tectus.* Joan. Saresber. Policrat. 8, 12. *Ille nuno utitur penula* (†), *nunc campestri.* — V. 19. *Tiberis.* Maximin. 1, 37. *Innabam gelidas Tiberini gurgitis undas.* De his innatationibus plenius dixit *Schmidius.* — *Sextili mense,* vid. annot. ad 7, 2. — *caminus,* de hoc, quem *Schmidius Orellius*que portatilem dicunt, omnia sunt incerta. Conf. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 7, 10, 5. interpp. ad Sat. 1, 5, 8. et Becker. ad Gall. I. p. 101., de ratione autem triclinia vel diaetas calefaciendi Casaub. ad Suet. Tib. 74. et Voss. ad Virg. Ge. 2, 242.

V. 20. 21. *Dum licet — absens.* „Dum per fortunam licet Roma, i. e. patria, frui, maneto ibique laudato pulcherrimas Asiae urbes.“ De sententia *Zurckii*: „laudemus judicium aliorum, sed tamen id, quod optimum est, sequamur.“ Alii comparant Virg. Ge. 2, 413. (ib. Voss.) *Laudato ingentia rura, Exiguum colito;* quem locum una cum Hesiod. Op. et D. 648. aperuit *Lambinus*, conf. et Murgt. V. L. 17, 8. Opp. II. p. 422.*) *Torrentius* autem: „vera sententia est, ut rebus ita ferentibus in urbem redeat, atque ibi quantum velit urbes illas laudibus efferat.“ Ei assentitur *Dacerius. Sanadonus* autem haec verba ad bella civilia a. 725. morte Antonii et Cleopatrae finita refert, ita ut Hor. bonam Romae vivendi conditionem quasi aperiat et ante oculos ponat. Quid, quod *Walckenaer.*: „Quelque soit le dieu (c'est Octave César, auquel il fait illusion), auquel vous êtes redevable des jours heureux qui vous sont offerts“ etc. Neque melius *Doeringius*: „*Dum licet*, ergo hanc valebat Bullatius *et vult*, *serv.* nec Romae pericula, quae effugeret,

†) Prorsus assentirer h. l. *Duntzero*, nisi Bullatium revocandum fingeret: „lass uns in Rom, der grossen Weltstadt, glücklich leben und dort, soviel wir wollen, Kleinasiens schöne Gegenden preisen, ohne desshalb dahin zu verlangen.“ Hinc vox illa explicanda: *Laudabunt alii claram Rhodon* etc. Od. 1, 7, 1—14. Olim enim, quum rerum conditio tristissima esset, ad patriam relinquendam ipse adhortatus erat Epod. 16. Inde *Dum licet ea veltim servet F. benignum.*

timenda erant Bullatio.“ Pessima autem ratio eorum est, qui haec verba Bullatii esse volunt: „Romae sim modo, laudabo sponte Samum etc. At ad eas urbes et insulas navigare ne mihi contingat in posterum,“ quibus reponat Horatius quae sequuntur: *Tu quamcumque* etc. In sententiam Epictet. Diss. 3, 24, 109. *Κἂν ἐν Ῥώμῃ ἧς, μὴ ἀναπλάσσε τὴν ἐν Ἀθήναις διατριβήν, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς ἐκεῖ μελέτα.* Cic. Epist. ad Div. 2, 12, 4. *Omnis peregrinatio, quod ego ab adolescentia judicavi, obscoena et sordida iis, quorum industria Romae potest illustris esse.* Ibid. 4, 8, 4. 5. Quum Horatius tritissimi illius memor proverbii: „sordere plerumque domestica“ (Plin. H. N. 35, 10. Plin. jun. Epist. 8, 20), a temerariis atque ex vitiosa fere libidine susceptis demigrationibus peregrinationibusque avocat (Düntz. ad Od. 1, 7. p. 122 sq.), haud obscure ad amorem patriae adhortatus esse putandus est, etenim Hom. Od. 9, 34. *Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων Γίνεται* et Lucian. Encom. patr. 2—10. De solis enim peregrinationibus vel ratione initis cogitare noli. Quo peregrinandi studio ipse ductus fuerit Horatius, erudite exposuit *Car. Passovius* p. C sqq. De singulis *Orellius* apte comparat Philem. ed. Mein. p. 339. *Ὅταν ποτ' ἀνθρώποισιν ἡ Τύχη γελᾷ.* Horatium expressit Ovid. Trist. 1, 5, 27. *Dum juvat et vultu ridet Fortuna sereno*, cui opponitur Pont. 4, 3, 7. *Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis.* De *Fortuna* dea vid. annot. ad 1, 1, 68. Lübk. ad Od. 1, 35. p. 199. coll. Loers. ad Ovid. Trist. 5, 8, 7. De formula *dum licet* Horatio usitata conf. Od. 2, 11, 16. 4, 12, 26. Sat. 2, 6, 96.

V. 22—24. *Tu quamcumque — dicas.* Haec sententia, qua propter incertum vitae terminum admonemur, ut praesentis temporis fructum capiamus, neve in crastinum differamus, ex ipsa ipsius Horatii philosophia deprompta est. Exempla collegimus ad 4, 13. 14., quibus hic adde Mitsch. ad Od. 2, 3, 15. 11, 13. Lamb. et Peerlkamp. ad Od. 4, 7, 7. Düntz. ad Od. 1, 9. p. 172. 73. et ad 1, 11. p. 175. coll. Schmid. ad h. l. Neque tamen erat, quod *Pflugradtius* (Diss. de Hor. phil. Stoic. Jen. 1764. p. XVIII) in hoc loco unum ex Epicuri discipulis, qui sine ulla temporis cura sibi suisque voluptatibus indulsissent, videret, conf. Lucret. 3, 1098. Ad sententiam proxime accedunt praeter locos illos Od. 2, 3, 15. Sat. 2, 6, 96. Terent. Heaut. 2, 2, 104. *Di dant, fruare, dum licet: nam nescias* — Pers. 5, 151. (ib. Casaub.) *Indulge genio, carpamus dulcia: nostrum est Quod vivis* (in persona quidem luxuriae). Senec.

Epist. 12. *in omnem ituri laeti hilaresque diemus: visi* etc. Ceterum *fortunare* verbum esse formularum religiosarum recte indicarunt interpp. coll. Afran. ap. Non. p. 109. Merc. *Deos ego omnis ut fortunassint precor.* Conf. Brisson. de Form. 1, 111. *Grata* igitur *manu*, quasi donum, ut Od. 3, 8, 27. *dona praesentis horae*; cf. Od. 4, 2, 38. Epist. 18, 111. et 2, 2, 210. Ita Fortunam loquentem inducit Boeth. in Consol. phil. 2, 2, 3. *habes gratiam, velut usus alienis. — neu dulcia differ.* Est illud: *carpere diem* Od. 1, 11, 8. et τὸ ταχινὸν ἁρπάξον διώκειν Pind. Isthm. 6, 40. (Boeckh.) et τέρπεο — τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων Pallad. in Delect. Epigr. 7, 28, 5. ad quem locum vide Fr. Jacobs. et Mitsch. ad Od. 1, 4, 14. 3, 29, 41. Epod. 5, 18, 3 sq. Lamb. ad Od. 1, 9, 17. Inde inscr. ap. Fean: *Vive in dies et horas. Nam proprium est nihil.* Simile est vitam honestam non procrastinandi praeceptum, de quo vide ad 2, 40. et Casaub. ad Pers. 5, 66. De formula: *in annum* conf. 2, 39. Fabr. ad Liv. 24, 8, 7. et Hand. Turs. III. p. 338. A verbis autem v. 24. *Ut — dicas*, quibus *Hoeheder.* notionem partic. ὥστε, non ἵνα tribuendam dicit, non prorsus aliena lana est, quam Catoni Livius (39, 40, 4.) tribuit: *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.*

V. 25 — 27. *nam si ratio — mare currunt.* Sententia: „Si verum est, rationem, non locum curas abigere, sequitur, ut qui trans mare navigent, coelum, non animum mutent. *Strenua* igitur (sive mavis: immo *strenua*) *nos exercet inertia.“* Hoc propter eos, qui in v. 28. apodosin videre sibi visi sunt, indicandum duxi. Colligit Poeta quasi quae ante dixerat in unum, ut alias. Vid. annot. ad 1, 1, 27. Ad v. *ratio* facit Plutarch. de Tranq. anim. VII. p. 828. οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἑλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδὺν, ὥς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον. — V. 26. *locus effusi late maris arbiter*, i. e. qui mari quasi dominatur vel a prospectu vel a securitate. Sic *Notus arbiter Adriae* Od. 1, 3, 15., *immensae Cyllenius arbiter undae* Lucan. 10, 209., *Taurus arbiter innumerarum gentium* Plin. H. N. 5, 27. et *Jordanis amnis finium arbiter* Tertull. de Pall. 2. Alii aliter; pessime autem *Haberfeldus*, quum vagae mercaturae naves intelligit. Eleganter *Schmidius*: „Kein hochwallender Ort über weithin fluthendes Meer“ et *J. Markel*: „Kein auf wogende See weit blickender Ort.“ *Effusi*, ut Vellej. 2, 48. *effusissimum Adriatici maris sinum*, ubi

Ruhnkenius hunc loc. comparat. De verbo *currendi* vid. annot. ad 1, 1, 45. et Forbig. ad Virg. Aen. 3, 191. In hac autem loci descriptione vel respicit v. 6. 10., vel illud, quod habet Plutarch. Symp. 1, 4. (VIII. p. 458. R.) *ὁ πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἡδιστός ἐστιν.* — V. 27. *Coelum, non animum mutant.* In sententiam bene laudavit *Victorius* (V. L. 18, 24.) Aeschinis illud contra Ctesiphont. (23. p. 66. Brem.): *οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν.* Pariter Cic. pr. Quint. 3, 12. *Fit magna mutatio loci, non animi.* Ex Horatio huc spectant Od. 2, 16, 18 — 22. (ibi Lübk. et Mitsch.). Epist. 14, 12. 13. Ipsum respexit Seneca in Epist. 28. *Animum debes mutare, non coelum. Licet vastum trajeceris mare, licet, ut ait Virgilius noster, terraeque nubesque recedant: sequentur te, quocumque perveneris, vitia. Non peregrinaris, sed erras et ageris ac locum ex loco mutas, quum illud, quod quaeris, bene vivere omni loco positum est.* Ibid. 82. *Quid denique prodest secessisse, tanquam non trans maria nos sollicitudinum causae persequantur?* Ibid. 55. *Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui commendat omnia.* Ibid. 104. *Quid prodest mare trajicere et urbes mutare? Si vis ista, quibus urgeris, effugere, non alibi sis oportet, sed alius. Puta te venisse Athenas, puta Rhodum: elige arbitrio tuo civitatem: quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat? tuos afferes.* Id. de Tranq. an. 2. *Sed quid prodest, si se non effugit? sequitur se ipse et urget gravissimus comes. Itaque scire debemus, non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum.* Bias ap. Orell. I. p. 182. *τόπων μεταβολαὶ οὔτε φρόνησιν διδάσκουσιν, οὔτε ἀφροσύνην ἀφαιροῦνται.* Plutarch. de Tranq. an. VII. p. 826. *αἱ τῶν βίων ἀντιμεταλήψεις οὐκ ἐξαίρουσι τῆς ψυχῆς τὰ λυποῦντα καὶ ταράττοντα. Orellius* laudat Dion. Chrysost. Or. 20. p. 491. R., cui adde Gatak. ad M. Antonin. 4, 3. p. 92. 10, 23. p. 304. et nostr. annot. ad 8, 12.

V. 28. 29. *Strenua nos exercet inertia.* Schol. Cruq.: „stultitia.“ Sententia potius: „Circumagimur igitur iis similes qui, quamvis licet multa agant, nihil agunt.“ Inde *exercet*, quod exquisite de iis dicitur, qui aliqua re aut agitantur, vexantur, aut fatigantur (Od. 4, 14, 20). Vid. Ruhnk. ad Ovid. Her. 15, 9. Bach. ad Ovid. Met. 8, 166. Kühn. ad Cic. Tusc. 5, 1, 3. Kritz. ad Sall. Cat. 11, 1. Ellendt. ad Cic. Brut. 64, 230. In rem Lucret. 3, 1070. *Haud ita vitam agerent, ut nunc plerumque videmus: Quid sibi quisque*

velit, . nescire et quaerere semper: Commutare locum, quasi onus deponere possit. Senec. de Tranq. anim. 12. *Inconsultus illis* (qui semper aliquid agentibus similes sunt) *vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quae summum acumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quarum non immerito quis inquietam inertiam dixerit.* Id. de Brev. vit. 11. *Quorundam otium occupatum est; in villa aut in lecto suo, in media solitudine quamvis ab omnibus recesserunt, sibi isti molesti sunt. Quorum non otiosa vita est dicenda, sed desidiosa occupatio.* Ibid. 12. *Non habent isti otium, sed inane negotium.* Quapropter non assentior *Mitscherlichio*, doctissimo interpreti (Racem. Venus. Fasc. I. p. 9.), quum „*inertiam* ut Tib. 1, 1, 5. vitam intelligit otiosam ac tranquillam, quae *strenua* nos exerceat, i. e. distineat, dum assequendae ei gnaviter studemus.“ Contra disputavi in *Seebodii* „Krit. Bibl.“ 1829. p. 590. Cum *Mitscherlichio* videtur facere *Car. Passovius* N. 63. At *strenua inertia* per ὀξύμωρον dicitur ut 12, 19. *concordia discors, quies inquieta* Senec. Epist. 56. et ap. Aeschyl. in Prometh. 559. ἄχαρις χάρις. Plura talia ad h. l. collegerunt *Schmidius* atque *Orellius, Lambinus* ad Od. 1, 34, 2. *Cuningamius* in Animadv. in Hor. Bentl. IX. p. 79 sqq.*) — V. 29. *navibus atque Quadrigis petimus bene vivere,* non est, ut opinantur *Fea* atque *Jaeckius*, „spectaculis in Circo cum quadrigis et cum navibus in Naumachia“ coll. Juv. 10, 80., sed „terra marique“, quod quum de iis, quae ubique terrarum fiunt, tum de rebus multo et magno studio quaesitis exquisite dicitur. Utriusque rei aliquot conferamus exempla! Plaut. Poen. prol. 105. *Mari terraque usque quaque quaeritare.*

---

*) Quum veteres Latini et allitterationum et acute dictorum studiosissimi essent, fieri non potuit, quin ingeniosum illud negandi genus sequerentur, id quod multis exemplis illustrarunt Donat. ad Terent. Eun. 4, 4, 53. Munck. ad Fulgent. Mythol. 2, 13. p. 87. Heins. ad Ovid. Met. 2, 627. Bach. ibid. 1, 432, 3, 5. 8, 476. 9, 408. Cort. ad Cic. Ep. ad Div. 7, 9, 4. Oudend. Cort. et Web. ad Lucan. 1, 98. Drak. ad Sil. Ital. 11, 421. Burm. ad Anth. lat. I. p. 46. Loers. ad Ovid. Trist. 5, 10, 48. Ruhnk. ad Ovid. Her. 9, 2. Markl. ad Stat. Silv. 4, 6, 33. Axt. ad Vestrit. Spur. 2, 20. 21. Garat. ad Cic. Phil. 1, 2. I. p. 19. Wsdf. Gernh. ad Cic. Lael. 7, 23. Ellendt. ad Cic. de Or. 3, 58, 219. Oudend. et Hildebr. ad Apul. Met. 7, 9. p. 548. Peerlk. ad Hor. Od. 3, 16. p. 309. coll. Reitz. ad Lucian. III. p. 558. Bip. Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. 1, 33, 2. Voss. Inst. orat. 5, 7. p. 407. Meyer. Comment. de Epith. ornant. vi etc. p. 20. Jacob. Qu. Epic. p. 65.

Senec. Epist. 101. *et mari et terra pecuniam agitabat.* Tac. Ann. 12, 18. *terra marique Romanis per tot annos quaesitus.* Cic. ad Attic. 7, 22. *qua aut terra aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio?* Ammian. Marcell. 22, 12. *terra quaerere et mari.* Epictet. Diss. 3, 26, 1. *διὰ γῆς ἢ καὶ διὰ θαλάττης φέρεσθαι.* Evang. Matth. 23, 15. (ib. Kninoel.) *περιάγειν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν.* Max. Tyr. Diss. 21, 6. *ἐπὶ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν ἡ σοφία ἔτεινεν.* Chrysost. Epist. ad Olymp. 8, 9. p. 206. *τῶν δρόμων τῶν κατὰ γῆν καὶ θάλατταν.* Ibid. 2, 10. *πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης πολλοὶ ταύτης ἀπήλαυσαν τῆς φιλοτιμίας διὰ τῆς φιλοξενίας.* Basil. Magn. cohort. ad adolesc. 10. p. 18. Hess. *πόνους καὶ κινδύνους διὰ πάσης ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης.* *Navibus* autem et *quadrigis* ut Juv. 9, 132. *carpentis* et *navibus.* De translato *quadrig.* usu dixit *Hocheder.* Hic autem notio simul celeritatis significatur. Similia, quae in proverbium abierunt, suppeditant Wernsd. ad Rutil. Itin. 1, 34. Beier. ad Cic. de Offic. 3, 33. p. 407. Weichert. Poet. Lat. Reliq. p. 135. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 11, 25. Illud quidem recte sensit *Cruquius,* sed alio modo lapsus est, quum diceret: „Summa festinatione summoque studio, si quid in patria aegre est, alio migramus et fugimus, quasi bene ibi victuri.“

V. 29. 30. *Quod petis — aequus.* Jam redit Poeta ad communem fere omnium philosophorum locum, cujus a versu 7. illustris facta est explanatio: „omnem bene vivendi rationem non foris, sed extrinsecus i. e. ab animo aequo petendam esse.“ Ita Epictet. Diss. 2, 16, 47. *Ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν εὕροιαν καὶ μηδέ ποτ' εὑρεῖν δυνάμενος. Ἐπεῖ γὰρ αὐτὴν ζητεῖς, οὗ μή ἐστιν, ἀφεὶς ἐπεῖ ζητεῖν ὅπου ἐστίν.* Ibid. 3, 24, 112. *Τὰ ἀγαθὰ ἔξω μὴ ζητεῖτε, ἐν ἑαυτοῖς ζητεῖτε· εἰ δὲ μή, οὐχ εὑρήσετε.* Ibid. 3, 22, 26. 38. Plutarch. de Virt. et Vit. VI. p. 379. *τὸ δὲ ἡδέως ζῆν καὶ ἱλαρῶς οὐκ ἔξωθέν ἐστιν* etc. Id. de Tranq. anim. VII. p. 828. *διὸ τὴν πηγὴν τῆς εὐθυμίας ἐν αὐτοῖς οὖσαν ἡμῖν ἐκκαθαίρωμεν, ἵνα καὶ τὰ ἐκτὸς ὡς οἰκεῖα καὶ φίλια μὴ χαλεπῶς χρωμένοις συμφέρηται.* Dio Cass. 38, 26. *Οὐ δήπου τὰ χωρία οὔτ' εὐτυχίαν οὔτε κακοδαιμονίαν τινὰ δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὑτῷ καὶ πατρίδα καὶ εὐδαιμονίαν ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ποιεῖ.* M. Antonin. 4, 3. *Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν, ἀγροικίας καὶ αἰγιαλοὺς καὶ ὄρη· εἰώθας δὲ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ποθεῖν. Ὅλον δὲ τοῦτο ἰδιωτικώτατόν ἐστιν, ἐξὸν ἧς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν* etc. Conf. Gatak. ad 10, 22. 23. Chrysost. Epist. ad Olymp. 3, 1. *Οὐ γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων*

οὕτως, ὡς ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀνθρώπων τὰ τῆς εὐθυμίας ἱστασθαι πέφυκεν. Plaut. Aul. 2, 2, 10. *Pol, si est animus aequus, satis habes, qui bene vitam colas.* Senec. Epist. 28. *illud, quod quaeris, bene vivere omni loco positum est.* Cf. ibid. 9. *Non est beatus, esse se qui non putat.* Boeth. de Consol. phil. 2, 4, 20. p. 27. *Hic ipse locus, quem tu exilium vocas, incolentibus patria est: adeo nihil est miserum, nisi quum putes, contraque beata sors omnis est aequanimitate tolerantis.* — (30) *Quid igitur o mortales extra petitis intra vos positam felicitatem? Error vos inscitiaque confundit.* A. Gell. 2, 20. *Quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum ipsis nitamur?* De *animo aequo*, εὐθυμίᾳ, vid. Schmid. ad h. l. (qui laudat Senec. de Tranq. anim. 2.) Bentl. ad 18, 107. Ruhnk. ad Terent. Ad. 5, 3, 51. Ceterum hos versus ad rem suam accommodavit Jo. Saresberiensis l. l.: „Unde Ethicus inquieto extra se ineptam beatitudinem quaerenti, *Quod quaeris ubique est, Est Ulubris — aequus.*“ — *hic est*, i. e. Romae, in patria, ut recte interpretatur *Schmidius*, quum aliter explicet Schol. Cruq.: „ubi habitas“, intelligens Lebedum, uti apparet ex scholio sequente. Quum *Orellius* sententiam tam γνησίως expressam esse, ut familiarem nequaquam offendere potuerit, et Bullatium a crimine levitatis, inconstantiae, morositatis purgandum videri docet, ne hoc quidem, ut nobis videtur, opus est monito, quum extra teli jactum securus stet bonus ille Bullatius, ut supra significavimus*). De *Ulubris*, quas *vacuas* dicit Juvenalis 10, 102., quasque ridet patriam Trebatii propter ranunculorum vim maximam Cicero in Epist. ad Div. 7, 18, 11. coll. 7, 12, 5. et commemorant inscriptiones ap. Orell. 121 — 123. 4942., annotavit Porphyrio haecce: „Ulubrae locus in Italia, in quo nutritus est Caesar Augustus, propter quam causam ab Horatio nominatur, quum sit desertissimus vicus.“ Parum curiositatis habet Schol. Cruq.: „Ulubrae vicus desertus in Campania [?!], tam inops quam Lebedos in Asia.“ At neque Porphyrio mentem Poetae, neque ii assecuti sunt, qui Ulubrarum factam esse men-

*) *Düntzer.* quoque v. 25 sqq. pro loco communi neque ad Bullatium pertinente habet atque addit: „Aber Orelli ist nicht ganz gerecht gegen den Freund des Horaz gewesen, weil er mehr von den Anklagen früherer Erklärer abdingt, als die Sache rein und ohne alles Vorurtheil betrachtet.“ At quum pergit p. 233.: „Wenn der Dichter ihn aber nach Rom einladet, obgleich er sagt, dass man überall glücklich sein könne“ etc., in similem errorem incidit.

tionem propter fundum quendam a Bullatio ibi possessum credunt. Aliud quid spectavit prudens Poeta, quum urbes longe diversas vel maximam minimam, vel magnificentissimam vilissimam componeret. Propter illum Porphyrionis et Suetonii in Vit. Octav. 9. locum, qui „Nutrimentorum ejus (Augusti)," inquit, „ostenditur adhuc locus in avito suburbano juxta Velitras tenetque vicinitatem opinio, tanquam et natus ibi sit", *Britannicus* ibi legendum conjecit: *„juxta Ulubras."* At falsus est. Omnis enim rerum gestarum memoria gentem Octaviam *Velitris* oriundam satis testatur, quanquam de Augusto ibi nato recte dubitant talium rerum arbitri. Vid. *Weichertum* hac de re in *Imperatoris Caes. Aug. scriptorum Reliquiis.* Grimae 1841. I. p. 3. erudite disputantem. Porphyrionem cum Ulubris Velitras confudisse mea quidem sententia recte sensit *Gesnerus.* De *Ulubrarum* autem situ omnia sunt incerta. Plinius (H. N. 3, 5.) *Velitrnos* et *Ulubrenses* conjungit, neque audiendus est *Cellarius*, quum ad Cic. Epist. ad Div. 7, 12, 5. *Ulubras* prope Suessam Pometiam et Asturam fluvium fuisse dicit. Hoc autem constat, oppidulum prope Velitras et paludes Pomptinas situm fuisse et *Lubras* quoque esse vocatum, cf. Jul. Frontin. lib. de coloniis ed. Goes. Amstel. 1674. p. 108. 141. 143. Hinc *Cardinali* in *Iscript. Velitr.* p. 47. Ulubras ponit in illo prope viam Appiam pago, qui hodie *Cisterna* vocatur. In eadem sententia sunt *Orellius* ad h. l. et *Gell.* in tabula topographica libri „Topography of Rome and its vicinity" inscripti, quanquam aliter i. e. parietinas *Civitonae* repertas Ulubras fuisse ibidem (I. p. 301. et II. p. 290.) conjecit. Contra *Westphalius* p. 46. oppidulum illud ad lacum qui hodie *Giulianello* vocetur positum opinatur fuisse. Agmen claudat velim *Walckenaer.* (I. p. 474), qui in rebus geographicis laudabilem fere posuit operam. Is inter alia haec: „Nous croyons qu'Ulubre a dû être aux ruines qui sont entre Vélétri et le Mole-di-Taberna de la voie Appienne. C'est la position qu'adopte *M. Reichard* dans sa carte de l'Italie ancienne inferieure; mais dans l'explication de cette carte il n'a designé aucun lieu moderne." Laudat praeterea *Mannert.* Ital. I. p. 646. et *Cramer. ancient Italy.* II. p. 85., quibus adde *Sickler.* (Handb. d. alt. Geogr. I. p. 370), qui Ulubras circa Ortonam fuisse censet.

EXCURSUS AD V. 23.

Grata sume manu, neu dulcia differ etc.

Si quaeritur, qui factum sit, ut tot et tanti editores h. l. *nec* pro *neu* scripserint, facilis quidem est responsio, sed res ipsa multis laborare videtur, quippe qui in auctoritate Quintiliani (Inst. 1, 5, 50.) acquiescentes, *non* esse negantis, *ne* vetantis, hoc unum teneant. At idem ille 1, 1, 5: *Non assuescat ergo puer* etc. et ipse Cicero pro Cluent. 57, 155. *Interea quidem, per deos immortales, quoniam omnia commoda nostra, jura, libertatem, salutem denique obtinemus, a legibus non recedamus.* Quomodo hi quos proposuimus loci illi Grammaticorum praecepto vel adversentur, vel non adversentur, hujus loci non est explicare, at nobis propositum est, ut his praemissis exemplis occurramus iis hominibus doctis, qui in sententia prohibitiva particulam *nec, neque* vel pro structura soloeca habent, vel illi tantum, si praecedat sententia affirmativa quae dicitur, locum concedendum opinantur. Utrique autem in errore versantur. Videamus igitur exempla in ordinem quendam redacta! Iis rite perpensis non solum Horatio, sed etiam aliis scriptoribus consultum iri speramus et confidimus.

Ordiamur igitur ab iis locis, qui pro concessis possunt haberi, ut ad dubiam verborum compositionem progrediamur. Neque vero discrimen quod interest inter Imperativum et Conjunctivum anxie curamus, quum et Latini et Graeci in eadem enuntiatione structura variante promiscue utantur, vid. Duk. ad Liv. 3, 21, 6. et Hildebr. ad Apul. Met. 1, 23. p. 67.

I. a.) Imperativum vel Conjunctivum *affirmativum* sequitur partic. *neve, neu.* Ita supra *grata sume manu, neu dulcia d.* 18, 110. *Sit bona copia — Neu fluitem.* A. P. 194. *Defendat, neu quid.* Sat. 2, 5, 23. *Captes astutus ubique Testamenta, neu — Aut spem deponas, aut omittas.* Ibid. 89. *Cautus adito, Neu desis operae, neve immoderatus abundes.* Sat. 1, 10. 9. *ut currat sententia, neu se impediat.* Od. 1, 2, 50. *Hic amet dici — Neu sinas.* 45. *intereis, Neve te — tollat.* His adde Tib. 1, 2, 10. 4, 40. 41. Pers. 6, 65. Wagn. Qu. Virg. XXXVI, 14. p. 579. Jahn. ad Virg. Ge. 2, 37. Goerenz. ad Cic. de Legg. 2, 8. p. 129. Duk. et Drak. ad Liv. 2, 15, 2. 33, 46, 7. Kritz. ad Sall. Cat. 34, 2. Jug. 8, 2. 14, 24.

coll. Herzog. ad Sall. Jug. 108, 2. Weissenb. Lat. Schulgr. 416, 3. — *Neu* autem his locis non ante se tacitum supponit *ne*, ut ait *Schelle* ad A. P. p. 142., sed *neve*, quod sua primaria notione rem disjunctione auget, transiit in notionem negative conjungendi, inde *et ne* ponitur in re accuratius definienda ut Cic. de Off. 1, 25, 89. *Cavendum est etiam, ne major poena quam culpa sit, et ne iisdem de causis alii plectantur.* Cat. R. R. 1. *Ne emas, neve — parcas — —, et ne satis habeas* etc. Dubito autem, num in hoc ordine ponendus sit Cic. Or. 66, 221. *ut et aures impleat, et ne brevior sit quam satis sit* etc.

I. b.) Imperativum vel Conjunctivum *affirmativum* sequitur particula *nec, neque*. Ita Od. 3, 29, 5. *Eripe — Nec semper contempleris* etc. ad quem locum vide me in Jahn. NJbb. 1838. XXIII. 4. p. 375., comprobat Lübker. ad h. l. p. 529., assentitur Dillenburger. in Qu. Hor. p. 34. Cuning. et Dorighello *Neu* scripserunt. At similiter Od. 1, 9, 15. *Appone, nec d. a. Sperne.* Od. 3, 7, 29. *claude neque — despice.* 2, 7, 19. *Depone nec Parce cadis.* Virg. Ecl. 6, 8. *jace, nec respexeris.* Ge. 3, 96. *abole domo, nec turpi ignosce senectae.* Virg. Aen. 12, 801. *Desine jam — Nec te tantus edat dolor.* Ovid. Met. 15, 175. *Parcite — nec sanguine sanguis alatur.* Trist. 1, 1, 5. *habe. Nec te velent;* ib. 51. *ire memento, Nec tibi sit.* ib. 57 — 59. 1, 9, 65. *excusa, nec amici desere causam.* Met. 1, 462. *esto — nec laudes assere nostras,* ubi *neu* temere legi mavult *Schellius* p. 143. At vide 11, 669. *Surge — nec me — mitte.* 9, 698. *Pone, nec dubita.* 15, 474. *Tollite, nec volucrem fallite* etc. Heroid. 16, 11. *Parce — nec — Perlege.* A. A. 3, 755. *Carpe cibos — — nec perunge,* ib. 3, 385. Pers. 6, 76. *Vende, nec sit praestantior alter;* quam lectionem pro vulgata *ne* defendit *C. F. Hermann.* in Disp. alt. etc. Marb. 1842. p. 65. Stat. Silv. 5, 1, 179. *parce, saevo nec concute planctu Pectora.* Liv. 38, 38, 8. *tradito, neque alios parato.* Sall. Jug. 85, 47. *capessite rempublicam, neque quemquam nutus ceperit.* Boeth. de Consol. phil. 1, 7, 27. *Spemque fugato, Nec dolor adsit.* Tac. Hist. 1, 84. *abolete — Nec ullus unquam audiat.* Exempla Conjunctivi praegressi inprimis haec sunt: Epod. 15, 21. *Sis dives, nec te fallant.* Sat. 2, 1, 44. *ut pereat positum rabigine telum, nec quisquam noceat.* 1, 10, 73. A. P. 339. *Ficta — sint proxima veris, Nec quodcunque volet poscat — Neu extrahat.* Od. 2, 11, 4. *Remittas quaerere, Nec trepides.* Huc quodam modo pertinet Epist. 1, 13, 16. *Nec volgo narres.* Ita enim cum *Fea, Hochedaro,*

Meinekio, ex auctoritate quoque cod. optimi Mon. b. legendum. *Nec* refertur ad Futura quae antecedunt v. 10—12. *uteris, servabis. Bentlejus* et *Schmidius* scripserunt *Neu*, alii, ut *Orellius*, *Ne*. Simili modo defenditur A. P. 388. 89., ubi *J. H. Vossius* (Gloss. p. 255) cum Bentlejo *ne* reponi maluit. Virg. Ecl. 8, 89. *teneat, neo sit*. Aen. 4, 617. *videatque — nec fruatur*. Ib. 10, 32. *luant peccata, neque illos Juveris auxilio*. Ib. 11, 353. *Adjicias, neo te — vincat*. Tib. 3, 4, 1. *Di meliora ferant, neo sint insomnia vera*. Ovid. Met. 10, 302. *Desit, neo credite*. Fast. 1, 687. Trist. 1, 1, 11. Plaut. Asin. 4, 1, 29. *segreget, Neque illas — premat*. Boeth. de Cons. phil. I. carm. 6, 8 — 11. Cic. de Rep. 1, 2. *Teneamus cursum, neque audiamus signa*. Id. pr. Planc. 6, 15. *cedat, neo contendat*. de Or. 1, 5, 19. Id. de Offic. 2, 21, 73. *ut suum quisque teneat, neque — deminutio fiat*, ubi Beier. scr. *neve*. Ib. 1, 25, 85. *ut totum corpus reipublicae curent, neo — reliquas deserant*, ubi Facc. Gernh. et Beier (sed hic retractata sententia II. p. 194) *nec* retinuerunt, quum Orell. et Zumptius *ne* servent. Id. in Verr. 8, 48, 115. *ut ea praetermittam, neque eos appellem*. Liv. 30, 37, 3. *traderent, neque domarent*. 24, 3, 14. (ib. Fabr.) *ut paterentur, neo — vellent*. Plin. Ep. 8, 24, 5. *crescat — Nec vitio oculi palleat*. Similia utriusque rei suppeditant Wagn. Qu. Virg. XXXVI, 15. Jahn. ad Virg. Ge. 3, 435. Fabr. ad Liv. 21, 22, 6. 22, 10, 5. Gernh. ad Cic. de Offic. 1, 25, 85. *Wolf.* et *Walth.* ad Tac. An. 1, 35, 1. *Bach.* ad Tac. Hist. 1, 84. *Dederich.* ad Dict. Cret. 3, 12. *Dillenburg.* Qu. Hor. I et II. p. 34. et 142. coll. Cort. ad Lucan. 6, 22. et Exc. ad Sall. Iug. 14, 7. p. 924.

II. a.) Imperativum vel Conjunctivum *negativum* sequitur particula *neve, neu*. Hor. Od. 1, 33, 2. *ne doleas, neu miserabiles Decantes elegos*. 1, 35, 14. *ne pede proruas — neu populus frequens Ad arma cessantes — Concitet*. Sat. 1, 3, 105. *Ne quis fur esset, neu latro*. 2, 5, 37. *Ne quid tu perdas, neu eis jocus*. Epod. 16, 26. *Ne redire sit nefas, Neu pigeat*. Od. 1, 36, 10. *ne careat pulchra dies nota, Neu — Neu — Neu —*. Epod. 1, 16, 19. *vereor ne credas, Neve putes*. A. P. 185 — 89. *Ne (Nec) pueros — trucidet — — Neve minor, neu sit*. Quoniam talia ex Grammaticorum praecepto procedunt, tantum aliquot auctores nominasse satis erit. Lübk. ad Od. 1, 33. p. 183 sq. Schelle l. l. p. 140. sqq., quamquam multa loca sine idonea causa emendat; Wagn. Qu. Virg. XXXVI, 14. Jahn. l. l. Ochsn. et Bach. ad Ovid. Met. 3, 116. Bach. ad

Tib. 1, 2, 37. Herzog ad Caes. B. G. 7, 47. B. C. 1, 64. Drak. ad Liv. 2, 15, 2. 34, 35, 9. Elberling Obss. critt. p. 134. Hand. Lehrb. d. lat. St. p. 232.

II. b.) Imperativum vel Conjunctivum *negativum* sequitur particula *nec, neque.*

Od. 1, 11, 2. *ne quaesieris — nec Babylonios tentaris numeros*, ubi Dorigh. scr. *neu*, sed recte judicat Regel. A. P. 189 — 192. *Neve minor neu sit — Nec deus intersit — nec quarta — laboret*, ubi Schelle bis scr. *neu*, sed verum vidit Orellius ad v. 189. Ennius ap. Cic. Tusc. 1, 15, 34. *Nemo me decoret, nec funera fletu Faxit.* Plaut. Asin. 4, 1, 33. *ne cui annulum det, neque roget.* Virg. Aen. 11, 43. *ne regna videres — neque veherere.* Ovid. Met. 3, 117. *Ne cape — nec te civilibus insere bellis.* 9, 792. *Date munera templis; Nec timida gaudete fide.* A. A. 2, 335. Cic. de Offic. 1, 26, 91. *ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus;* ut scr. Schütz. et Orell. aliter sentientibus Heus. Gernh. Zmpt. Beier., qui *neve* et Stürenb. qui *ne* scripserunt. Pers. 1, 6. *Non, si quid turbida Roma Elevet, accedas examenve improbum in illa Castiges trutina, nec te quaesiveris extra;* ad quem loc. vide C. F. Herm. l. l. p. 9. Liv. 3, 21, 6. *dum ego ne imiter tribunos, nec me renuntiari patiar.* Id. 26, 42, 2. *ne — omnes contraheret, nec par esset.* — Id. 40, 46, 4. *ne male comparati sitis, nec — prosit.* Tac. Ann. 11, 18, 2. *ne quis agmine decederet, nec pugnam niti jussus iniret.* Nep. Pausan. 4, 6. *ne enuntiaret, nec se proderet.* Similia collegerunt praeter aliqu. paulo ante laudatos Fabr. ad Liv. 22, 10, 5. Axt. ad Vestrit. Spur. p. 69. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 8. p. 93. Dronk ad Tac. Dial. 13, 5. Haase ad Reisig. „Vorles.“ N. 496. p. 589. His concessis facile intelligitur, qua ratione *neu* non antecedente *ut*, vel consilii notione usurpetur et de qualicumque causa interdum geminetur. Ita Ovid. Met. 1, 151. *Neve foret terris* i. e. *et ne*, cf. 4, 800. 11, 136. Quapropter Sall. Iug. 108, 2. *neu Iugurthae legatum pertimescerent* recte scripserunt Fabr. et Herzogius. — Virg. Ge. 2, 298. *Neve tibi vergant — Neve — sere; neve pete.* Virg. Aen. 9, 42. 91. Conf. Wunderl. et Huschk. ad Tib. 1, 6, 17. (quanquam ibi cum Dissenio facio), uti ad 1, 2, 37. Herzog. ad Sall. Cat. 51, 43; adde Cat. R. R. 38. Caes. B. C. 1, 76. Cic. de Or. 3, 43, 171. Liv. 28, 43, 8. 30, 37, 4. Ramsh. Gr. lat. §. 189. p. 826. ed. 2. Neque quenquam, quum res ita se habeat, offendet particula *nec* cum Imperativo vel Conjunctivo posita, licet

neuter praecedat. Ita Sat. 2, 4, 35. *Nec sibi coenarum quivis temere arroget artem,* ubi Heindorfius minus recte *ne* scripsit. Tib. 1, 8, 27. *Nec tu difficilis puero tamen esse memento.* Conf. 1, 4, 21. 7, 57. Virg. Ecl. 2, 34. 10, 46. Ge. 2, 96. Prop. 4, 6, 47. Ovid. Met. 11, 285. 12, 455. Stat. Silv. 3, 1, 110. (Markl. ibi) Lucan. 1, 94. Tac. Ann. 1, 43. (*Neque enim dii sinant*). Vellem igitur scripsisset *Forbiger.* cum *Wagnero* aliisque ap. Virg. Ge. 3, 435. *Nec mihi tum mollis sub divo carpere somnos Neu dorso nemoris libeat jacuisse.* Cf. Wunderl. ad Tib. 1, 2, 37. Obss. crit. p. 38., sententiam autem ibi propositam in Praef. Virg. p. VII. retractavit. Recte *Loersius* quoque judicat ad Ovid. Trist. 1, 1, 11., quo loco *nec* et *neu* alternant, uti alias *neu* et *nec,* Ovid. A. A. 3, 685. Ipse Cicero sermonis consuetudini, qua *nĕque* pro *et nē* haberi videretur, quum aliis locis, tum de Fin. 4, 4, 9. obsecutus est: *denuntiant, ut neque sensuum fidem sine ratione nec rationis sine sensibus exquiramus;* ad quem locum acutissimus *Madvigius* coll. Wesenberg. Obss. critt. ad or. pro Sest. p. 36. acute observat, legitimum esse: *ut neve sens. neu rat.* Ceterum de hac omni re rigida Grammaticorum praecepta magis levat *Zumptius* in Gr. lat. §. 529. 535. 585. quam *Kritzius* ad Sall. Cat. 34, 2. Ing. 14, 7. Adde Kirchn. ad Hor. Sat. 1, 1, 94. Wagn. ad Virg. Aen. 9, 91. Forbig. ad Virg. Ge. 2, 37. Bach. ad Ovid. Met. 1, 462. 11, 136. Ochsn. ibid. 9, 698. Beier. ad Cic. Off. 3, 2, 6. p. 194. coll. 1, 26, 91. 2, 21, 78. Zumpt. ad Cic. in Verr. 3, 6, 14. Beneck. ad Corn. Nep. p. 26. Herzog. ad Caes. B. C. 1, 76. Rupert. ad Tac. Ann. 6, 12, 2. Gliemann. in Jahn. Jbb. 1831. III. 1. p. 83. Teipel. ibid. 1838. XXIV. 2. p. 213. Bach. in Allg. Schulz. II. 1833. p. 857. Ramsh. Gr. lat. §. 188. 8. N. p. 818. Billroth. Lat. Schulgr. §. 247. Weissenb. Lat. Schulgr. §. 190. N. 2. al.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XII.

AD ICCIUM.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris, non est ut copia major
Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas;
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil

Ad Iccium. Mss. et edd. vulg. *Ad Iccium quem admonitione laudat.* Ms. Lps. 3. *Qu. Hor. Fl. Iccio s.* Ms. Gott. 2. (*Icco*) Santen. Edd. Ven. 479. 81. (*Icco*). *Ad Accium.* Dess. 2. *Ad Hiccium.* Jk. 1. *Ad Itium.* Ed Dac. (qui Marcilio et Torrentio auctoribus hanc scr. defendit). Cf. infra Commentar. — V. 1 — 3. *Hicci.* Ms. Ik. 1. *Acci.* Dess. 2. (superscr. *a*). *Occi.* Lips. 1. (superscr. *i*) *Iti.* Edd. Marcil. Dac. *Ioti.* Ms. Orell. c. Guelf. 4. De conjectura ed. Bart. — *Siculi.* Ms. Mon. l. [*Sciculis* Gott. 2.] — V. 2. *quod copia.* Ms. Mon. l. — V. 3. *A Jove.* Mss. Fe. 1, g. 2, i. 3, d. 6, c. Ik. 6. Guelf. 1. 2. Mon. e. Santen. At recte formam *ab* omnes edd. tuentur; vid. Bentl. ad Od. 3, 16, 22. Wagn. Qu. Virg. I, 1. et quos laudant Forbig. ad Virg. Ecl. 3, 59. Hand. Turs. I. p. 5. — *possit. tibi tolle qu.* Sic. dist. ms. Goth. *posset.* Guelf. 2.

V. 4—6. *rerum cui.* Ms. Dess. 1. Sic de conjectura edd. Cun. San. Merv Franc. Bask. Dorigh. — *suppetet.* Ms. Lips. 1. — V. 5. *lateri pedibusque.* Mss. Fe. 1, i. p. 2, i. 5, e. Ik. 1. 5. Guelf. 4. Mon. e. *Si v. est b., si lateri pedibusque.* Ms. antiquiss. Torr. *et pedibus.* Dess. 1. *pedibusve.* Ms. Mon. m. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Asc. 519. al. Scripturam

Divitiae poterant regales addere majus.
Si forte in medio positorum abstemius herbis
Vivis et urtica, sic vives protinus, ut te
Confestim liquidus Fortunae rivus inauret,
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur, si Democriti pecus edit agellos
Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox;

vulg. *pedibusque* tuentur Porph. et Schol. Cruq. — V. 6. *poterant*. Ms. Guelf. 2. Sic hunc v. laudat Vincent. Bellov. in Spec. hist. 7, 68. V. 7. 8. 9. Guyeto inepti et additii videntur.

V. 8. *Vives* et Ms. Guelf. 1. — *urticis*. Ms. Mon. a. — *sic vivis protin.* Ms. Fe. 1, c. (a 1. m.) Mon. c. Sic scribi maluit Beth. ad Fedm, refutavit Schmid. — *vives protinus, ut*. Post *protinus* interpunctionem in omn. mss. esse testatur Cruq., servarunt edd. vulg.; de sententia Schol. Cruq. Heratius *confestim* et *protinus* „indulgens emphasi celeritatis conjunxit." Inde *vives, protinus ut te* edd. Ald. 519. Bas. 561. Muret. et Fabr. 578. Pulm. 581. Biedm. 599. Rod. Burm. Bentl. Gesn. Oberl. Comb. Praedic. Vulg. autem dist. praeter ceteros def. Hunter. ad h. l. et Z. Pearce in Seebod. „Krit. Bibl." 1829. X. p. 862. *vives prot. ut te* sine ulla dist. edd. Duc. Daun. Meinek. Formam *protinus*, quam omnes mss. praeter un. (C) ap. Pulm. habent et ex nostris Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. e. et ut videntur Derv. 1. 2. Corbei. [Fe. 2, g. *prodimus* a 1. m.], servant edd. Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Taub. Maitt. Fe. Ik. Pott. al., comprobat Wagn. in Orthogr. Vergil. p. 466.; *protenus* cum multis al. edd. Bentl. Doer. Schm. Hochhed. Meinek. Orell., defendit Doering., sed significatio in utraque forma eadem est; cf. Jan. ad Od. 3, 3, 30. et quos infra laudabimus.

V. 9—12. Verba *ut te Confestim largus imber inauret* laudat Eutyches 1, 3, 3. p. 167. Lindem. (*ut te Conf. largus fortunae rivus* ap. Putsch. p. 2160), sed Grammaticum memoriter citasse recte observat Lindemannus. Pro *confestim* legi maluit *confertim* Schirach. in Clav. Hor. p. 68. — V. 10. 11. inverso ordine ms. Guelf. 1. *Pecun.* scribendum censet Bothius ad Fe., preptarea quod persona esse videatur cultaque tanquam dea, sed vide ann. ad 6, 37. — V. 11. *putat*. Ed. Oberl., idem ipsis verbis suorum codd. scr. *putas* indicat, quapropter de typotheta errante cogitari posse non videtur. Sic quoque legitur in ed. Halens. 1801. — V. 12. *Miramur*. Mss. Guelf. 3. Berol. 1, (a 1. m.) Edd. Bas. 561. Gymnic. 541.

V. 13—15. *Cunctaque*. Ms. Derv. 1. — *cum peregre*. Ms. Oberl. C. Derv. 2. Mon. a. Mentel. — *sine corpe* Gott. 2. — *velox*? Sic ut ms. Dess. 1. perperam dist. mult. edd. ut Bentl. Maitt. Cun. San. Fe. et al. complur., qua distinctione verba seqq. *Quum te — acumen* misere distrahuntur; ut nos Pott. Charp. Orell. Amar, alii, id quod rectius, quanquam ne necesse quidem est, signum interrogandi post

Quum tu inter scabiem tantam et contagia lucri
Nil parvum sapias et adhuc sublimia cures:
Quae mare compescant causae, quid temperet annum,
Stellae sponte sua, jussaene vagentur et errent,
Quid premat obscurum lunae, quid proferat orbem,
Quid velit et possit rerum concordia discors;
Empedocles, an Stertinium deliret acumen.

acumen ponunt ut Jahn. Schm. Hoched. Web. Braunh. Meinek., hic et post *discors*; pessime autem post *cures* Muret. (578) Min. H. Steph. Rod. Hunt. Daru. — V. 14. *Quumque inter*. Ms. Guelf. 2. *Cum inter*. Guelf. 3. — *inter tantam scab*. Ms. Fe. 1, z. *tanta et contag*. Mss. Fe. 5, c. 6, b. Alt. ap. Haberf. *tantam inter scab*. Ed. Cuning. — *contagia morbi*. Ms. Mon. e. — V. 15. *Nil pravum*. Ms. Fe. 5, 1. (a 1. m.) *Nil parum*. Guelf. 4. *Nil parvi*. Edd. Cus. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. — *ac adh*. Ms. Rudolst.

V. 16 — 20. *compescunt*. Ms. Fe. 1, p. — *temperat*. Mss. Fe. 2, b. 5, f. 6, 1. 7, 1. Jk. 4. Guelf. 3. Berol. 1. Mon. a. d. Mentel. Ed. princ. ap. Fe. — Ab hoc versu denuo incipit ms. Dess. 3. — V. 17. *jussaeve*. Ms. Mon. g. Vict. *justaene*. Mon. l. — *an errent*. Ms. Fe. 6, a. Mon. b. — V. 18. *premit*. Ms. Fe. 1, k. — V. 19. *an possit*. Ed. Cuning. *aut poss*. Ms. Bersm. an. *et possit*. Mon. g. — *discordia discors*. Mon. c. Verba *concordia discors* non addito Poetae nomine laudat Donat. ad Terent. Eun. 4, 4, 53. — V. 20. *Empedocl*. Ms. Lips. 2. Dess. 2. *Empedocleum*. Conj. Cuning. recep. San. (qui def.) Merv. Franc. Bask. Dorigh. Praedic. — *Stertinium*. Mss. Lamb. 1, tres. 2. 6. 5. 8, un. 9, un. 7. Palm. Bersm. Torr. Cruq. omn. cum ejusdem Schol. in lemmate, omn. ut vid. Oberl. Comb. et Pott. quatuordec. ap. Val. Bad. 1. Fe. 1, a. b. c. d. e. i. m. p. q. s. t. 2, c. f. (a 1. m.) g. h. (a 2. m.) 3, f. 5, f. 6, a. b. 9, a (a 2. m.). c. 7, a. b. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in bibl. Angel. et 509. Barb. Jk. 1. 4. 6. Orell. omn. e nostris Guelf. 2. 3. Dess. 1. 2. 3. Berol. 1. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 2. 3. et cod. Mentel. Dorv. 1. 2. Corbei. Mon. a. b. d. e. f. g. Edd. Lamb. Gryph. 566. Cruq. Min. Torr. Bersm. D. Heins. Fab. Dac. Burm. Talb. Baxt. Bentl. ed. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Cun. San. et recentt. fere omn. *Stertinium*. Mss. Fe. 1, g. 2, b. d. 3, d. Guelf. 4. Ed. Ald. 501. Junt. 503. *Stertinii*. Mss. al. complur. Jk. 5. e nostris Guelf. 1. Gott. 2. Mon. m. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 81. 520. Ald. 519. Asc. 519. Junt. 514. 19. Bas. 531. 80. Gymnic. 541. Glan. 543. Muret. Irenic. Fabr. Xyl. Pulm. Biedm. Pisc. H. Steph. Chab. Maroll. Rod. Despr. Zurck. Tart. Valart. (in quo erravit Fea) complur. al. *Stertini*. Mss. Berol. 2. Mon. c. l. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. 502. (98?!) Loch. 498. *Mertinii* in margine ed. Irenic. At *Stertini* contra metrum est, *Stertinii* non magis toleratur quam *Curii* Epist. 2, 2, 83. (ib. Orell.), si audiveris Bentlejum ad Sat. 1, 4, 70. ed. Amstel. 728. coll. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 558. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 9, 35. Jahn.

Verum seu piscis seu porrum et caepe trucidas,
Utere Pompejo Grospho et, si quid petet, ultro
Defer; nil Grosphus nisi verum orabit et aequum.
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res:
Cantaber Agrippae, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit; jus imperiumque Phraates

ad Virg. Aen. 9, 151. nos ad Epist. 1, 1, 67. et Jacob. Qu. Epic. p. 165. — *delirat.* Ms. Fe. 5, e.

V. 21—23. *Verum ubi seu.* Ms. Fe. 1, a. — *piscis.* Sic Dess. 1. — *porrum saepe trucid.* Ms. Jk. 4. *porcum et c.* Guelf. 2. — *trucides.* Guelf. 1. — De orthographia v. *caepe*, quam praeter alios servant Bentl. Cun. Oberl., Osann. ad Apulej. de Diphth. p. 136. laudat Koppii Palaeograph. I. p. 340.; de varia Singularis forma adde Laurenbergi Antiquar. p. 77. C. Schneid. Formenl. p. 366. — V. 22. *Grospho si.* Ms. Jk. 4. Mon. e. *Grodpho.* Mentel. *Grospo.* Mon. b. *Grosfo.* Guelf. 1. Dess. 2. *Gropho.* Guelf. 4. — *petat.* Ms. Fe. 6, c. Guelf. 2. Lips. 1. (a 1. m.) *petit.* Ms. Oberl. D. Bad. 1. Guelf. 3. Dess. 3. Ed. Camp. — *ultra.* Ms. Mon. c. cf. Porphyr. — *petet ultro Defer.* Sic edd. Pass. Meinek. *petet ultro, Defer.* Sic dist. (ut mss. Lips. 2. 3.) auctore Marklando (Explicatt. vett. aliq. etc. p. 308) edd. Wakef. Hunt. Both. Doer. Ne quid hic dicam de sententia, *ultro* ad v. seq. quoque transfertur Sat. 1, 7, 17. 2, 5, 28. 7, 40. cf. Wolf. et Heind. ad Sat. 1, 1, 63. — V. 23. *Differ.* Ms. Guelf. 1. *Offer.* Ms. Gesn. 3. — *nec Grosph.* Ms. Fe. 1, a. — *vera or. et aequa.* Ms. Fe. 3, f. — *orabat.* Ms. Guelf. 3. Orell. 8. (superscr. *i*).

V. 24. *annona, bonis* etc. Hanc distinct. a Glareano quoque usurpatam def. et restituit Lambin.; ante eum ut duo mss. Cruq. fere sic: *ann. bonis, [:] ubi q. d.* Victor. et edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Lips. 502. Asc. 519. Ven. 520. Bas. 531. Gymnic. 541. Muret. 578. Pisc. Biedm., defendit Cruq. ex Graecismo *bonis amicorum* i. e. bonis amicis. Al. omittunt distinct. ut D. Heins. Burm. Pass. — *d'est.* Sic Cruq. mss. Bland. Edd. Lamb. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wieland. Praedic. *ubi quid des.* Conj. Passerat., recepit Chabot. At *deest* bisyllabum ut Sat. 1, 9, 56. 2, 2, 98. 2, 1, 17. Ovid. Her. 18, 136. 10, 37. Met. 1, 77. 15, 354. 13, 819. Juv. 7, 69. Conf. Kirchn. ad Sat. p. XXXVII. Forbig. ad Lucret. 1, 1104. et quos indicavi ad 2, 70. coll. C. Schneid. Elmtrl. p. 119. 545. et Burm. ad Prop. 4, 3, 3.

V. 25—28. *Nec tamen.* Mss. Bersm. duo. Fe. 1, a. i. 2, d. g. 7, b. Berol. 2. Dess. 2. Mon. l. m. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. (non 77. 79. 81.) 92. et teste Fea 509.; Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Bersm. — *quae sit.* Ms. Mon. e. *res q. R. l. sit.* Conj. Cuning. *quo res R. l. sit.* Edd. San. Dorigh. — V. 26. *Agrippae et Cl.* Ms. Berol. 1. — *Claudii.* Mss. Jk. 1. 6. Lips. 1. 2. Dess. 2. — V. 27. *decidit.* Ms. Guelf. 2. *cedit.* Cod. Mentel. — *Phraates.* Ms. Dess. 1. et ut vid. Dorv. 1. 2. Corbei. Edd. vulg. *Phra-*

Caesaris accepit genibus minor; aurea fruges
Italiae pleno defundit Copia cornu.

hates. Mss. optim. ap. Torr. Goth. Lips. 2. Edd. Baxt. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Both. De hac scribendi ratione vide qui probant Dübn. ad Justin. 42, 4, 16. Rupert. et Bach. ad Tac. Ann. 2, 1. Alii aliter, ut *phraphates* Jk. 1. *phrahates* Orell. c. *fraates* Guelf. 1. Gott. 1. *prahates* Orell. b. Lips. 3. *phrates* Lips. 1. *pharates* Jk. 5. Guelf. 3. 4. Dess. 2. *raphates* Dess. 3. *Phraotes*. Edd. Junt. 514. 19. Glar. 543. Iresic. 567. — *imperiumque Tigranes*. Conj. Bentl. ad Epist. 18, 56. — V. 28. *accipit*. Ms. Guelf. 3. Ed. Ald. 501. contra metrum. — De forma *genibus* Horatio usitata cf. Voss. Arist. II. p. 650.

V. 29. *defundit*. Mss. Cruq. omn. praeter un. Bersm. duo. Bentl. 6. Bad. 1. Fe. 1, b. (a 1. m.) g. i. m. 2, b. 9, a. c. (a 1. m.) notatum ex ms. in ora Ald. 519. in bibl. Angel. et 509. Barb. Jk. ut vid. omn. Pott. aliq. Orell. Sc. Goth. Gott. 1. Mon. c. d. g. i. Edd. Cruq. Bentl. (qui def.) ed. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Borigh. Fe. Jk. Zell. Jahn. Schm. Web. Pass. Meinek. Braunh. Orell. *defudit*. Mss. Lamb. 1, tres. 2, 6. 8, un. Pulm. C. Bersm. un. Bentl. 4. 2. Oberl. C. Pott. 2. 3. 6. Guelf. 4. Dorv. 1. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. b. Edd. Lamb. Pisc. Baxt. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Haberf. Praedic. Hunt. Both. Pott. Doer. Hoched. Charp. *diffundet*. Guelf. 2. *diffundit*. Mss. Val. tres. Oberl. D. Comb. C. G. Pott. 9. 10. 21. Dess. 2. 3. Corbei. cod. Mentel. Mon. f. Edd. Asc. 519. (in annot. *diffudit*) Chab., probat Doering. *diffudit*. Mss. al. ap. Lamb. Cruq. 6. Pulm. quinq. Bersm. tres. Comb. B. D. F. Val. plur. Pott. 12. 15. 18. Guelf. 1. 3. Berol. 1. 2. Dess. 1. Dorv. 2. Gott. 2. Mon. e. l. m. Vict. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 520. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Lech. 498. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Bas. 531. 80. Gymnic. 541. Glar. 543. Iresic. Muret. Xyl. Fabr. Pulm. Min. Biedm. H. Steph. Torr. Bersm. D. Heins. Bond. Marell. Fab. Rod. Despr. Zurck. Barm. Talb. Tart. Dac. Jon. Val. Daru. Camp. Amar. Sic etiam h. v. laudat Broukh. ad Tib. 4, 1, 180. De varietate hujus formae usquequaque obvia dixit Fea, quocum conf. nos ad 5, 4. et 3, 8. Perfectum autem antecedentibus Perfectis originem debere recte observavit Orellius. Simile erratum notavimus ad 10, 40.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM DUODECIMAM

LIB. I.

Epistolam Iccio inscriptam alius sane generis intelligas atque eam, quae praecessit. Ut in illa singularis argumenti expositio hominis, ad quem scripsit, conditioni subjecta, ita in hac una fere cum homine familiari sermocinatio, sed non sine pondere rerum est. Commendaticiam*) recte vocarunt aliquot interpretes epistolam. Commendavit enim Iccio suo Pompejum Grosphum, equitem Romanum Siciliensem, quem ut in amicitiam Iccius recipiat atque cui sua deesse nolit opera ac benevolentia optat et rogat. Qua quidem data occasione Horatius alia proponit Iccio perquam accommodata ac salubria. Primum eum admonet, non esse, cur de paupertate conqueratur, quum, quoniam

---

*) De hac re, pro qua propugnaverat *Fr. Jacobsius* (V. p. 17.) dubitat *Düntzer.* p. 157., cui argumentum Epistolae est: „Der Zweck des Briefes ist also kein anderer, als der, den über seine *neue* Stellung und sein Leben in Sicilien etwas unmuthig gewordenen Iccius aufzumuntern, eine Art der Aufmunterung, welche für einen Mann, der aus allen früheren Verhältnissen herausgerissen ein für einen Freund der Studien grade nicht erfreuliches Amt übernommen hatte, wohl an der Stelle war.“ At quum idem Iccium conquerentem facit (p. 158): „Auch an Pompejus Grosphum, an den ihn Horaz empfohlen hatte, habe er sich noch nicht anschliessen können, weil dieser ihm zu hohe Ansprüche zu machen scheine“ — vereor, ne sint, qui Virum illum doct. nubes et inania captasse clament.

ei id, unde utatur, paratum sit, satis superque habeat, ad rerum autem fructum si accedat bona valetudo, ne regales quidem divitias potiores esse habendas. Jam prudenter tecteque significat Poeta, ex Iccio ipso magna nasci bona, quum, id quod in Democrito admirati sint homines animum scilicet philosophiae unice intentum, et ipse inter necessarium cum hominibus rei quaerendae cupidis commercium a contemplatione rerum coelestium se abduci non patiatur. Deinde facta Pompeji Grosphi mentione et commendatione amicum de rebus Romanis, i. e. tribus victoriis amplissimis, Cantabrica, Armeniaca et de agrorum Italicorum ubertate facit certiorem.

Aliter autem de hoc hujus Epistolae argumento statuunt ii, qui tribus illis Scholiastis dicto audientes Iccium de sua querulitate, avaritia, inconstantia et quae sunt hujuscemodi leviter derideri putant. Hominis mores plus aequo adumbravit sordidos *Wielandius*, in majus extulit *Doeringius*, aliter de iis sensit *Gesnerus*, at de crimine talium rerum praeter ceteros Iccium plene defendit *Fr. Jacobsius* (V. p. 3 — 30). In sententiam Viri summi pedibus ivere *Schmidius*, *Braunhardus*, *Orellius*, *Düntzerus*. Dubito autem, num satis caute postrema quidem verba scripserit *Walckenaerius* (II. p. 171.): „Iccius s'était plaint que la place qu'il remplissait lui était médiocrement profitable, et qu'elle le détournait de l'étude de la philosophie; c'est à quoi Horace répond. Avant de recommender Grosphus, il veut profiter de l'occasion, pour mettre l'intendant d'Agrippa en garde contre l'inconstance de son esprit et le prémunir contre le trop grand désir qu'il a de s'enrichir promptement.“ Equidem crediderim, tales querelas optimo cuique ad tempus excidere homini, quae ne in ipsius mores ingeniumque transferantur magnopere cavendum est.

Iccium autem eundem esse, cui carmen 1, 29. inscriptum sit, omnes hic testantur Scholiastae, e quibus Scholiastes Cruq. memoriae prodidit haecce: „Ad Iccium procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum, de quo ait in Odis, Icci beatis nunc Arabum invides gazis etc., sed ut illic cupiditatem ejus perstrinxit, ita hic parcimoniam laudat, sed cum mordacitate.“ Iccium hunc diversum esse a M. Iccio, praetore a. u. 710., cui Sicilia provincia sortiente M. Antonio consule obtigerit (Cic. Philipp. 3, 10, 26.), recte observat *Orellius* in Onomastico Tulliano (II. p. 295.). Quo autem propinquitatis vinculo uterque sibi conjunctus fuerit, id minime constat. *Massonus* (Vit. Hor. p. 201), *Sanadonus*, *Dorighello* hunc pro filio M. illius Iccii habent. De varietate nominis *Iccii*, *Itii* sive *Ictii* post *Torrentium* ad h. l.

erudite disputat *Janius* ad Od. 1, 29., quocum conf. *Vanderburgium* I. p. 157. Hoc unum addere libet, Torrentio et Fulvio Ursino ex numismate quodam legendum esse *Itium* opinantibus praeter Dacerium et Baxterum *Ant.* quoque *Gallandium* assentiri in Misc. Obss. VI. p. 385. Conf. *Raschii* Lexic. univ. rei num. vet. II. 2. p. 1016.

Tempus scriptionis fuit a. u. 734., in quo praeter interpretes probatissimos consentiunt *Masson.* (Vit. H. p. 298), *Kirchner.* (Qu. Hor. p. 31. 34.), *Car. Frankius* (Fast. Hor. p. 205), *Walckenaer.* II. p. 170. 626. Contra *Rodellius, Wielandius, Weichertus* (Commentat. de Var. et Cass. p. 136) et *Grotefendus* (l. l. p. 474. b.) testimonio imprimis Dionis Cassii 54, 11. confisi epistolam ad annum 735. referunt. At Dio ad annum 735. retulisse videtur quae pertinerent ad annum praeteritum. Vid. infra v. 26. Quod si verum est, mutanda erit *Loersii* quoque ad Ovid. Trist. 2, 228. sententia, qua ille Tiberium Armeniam a. u. 735. in potestatem populi Romani redegisse opinatur.

V. 1 — 4. *Fructibus — usus. Fructus Agricolae Siculos collegisse* Iccius dicitur, quatenus illius latifundiorum administrationi fuit praepositus, id quod Scholiastae testantur, quum Iccium „procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum" fuisse dicunt.*). Illa latifundia Agrippae, Sexti Pompeji bello Siculo victori, liberalitate Augusti contigisse bene conjicit *Torrentius.* Alii, ut Cruquius, Iccium *coactorem,* alii *actorem* vocant, alii eum pro *conductore* habere malunt. Inde *Dacerius,* cui assentiuntur *Sanadonus* ac *Dorighello:* „Itius avoit traité avec Agrippa des droits et des revenus qu'il avoit en Sicile, et qu'Auguste lui avoit donnez. Car Itius n'étoit ni l'homme d'affaire d'Agrippa, ni son Procureur." At fides sit penes ipsum! De *procuratoribus* privatorum quidem hominum vide interpp. ad Petron. 30. p. 110. ed. Burm. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 8, 11, 14. Heinrich. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 31. ed. B. Ellendt. ad Cic. de Orat. 1, 58, 249. Kuinoel. ad Evang. Matth. 20, 8. Gesn. Thes. L. L. h. v. Not. 3. interpp. ad Senec. de Brev. Vit. 17. quibuscum conf. de procuratoribus juris P. E. Huschke Exc. 6. ad Cic. pr. Tull. 17. in Anal. litt. p. 283 — 290. De *actoribus,* qui quidem, ut

*) Perperam Scholiastas, quippe qui „agros Iccio Agrippam donasse" dicant, impugnat *Düntzerus* p. 157. Etenim postquam suam sententiam proposuerunt, Acro et Schol. Cruq. addunt: „Alii (Aliqui) dicunt, quia (quod) agros illi in Sicilia donaverat Agrippa."

villici, reliq., e numero fere servorum fuerunt, videsis Lips. Exc. ad Tac. Ann. 2, 30., de *coactoribus* Heind. ad Sat. 1, 6, 86. Ernest. Clav. Civ. h. v. — In verbo *colligis* argutari noli, dicitur enim ut ap. Nep. in Vit. Cim. 4, 3. *complures pauperes mortuos suo sumptu extulit*, neque indicat messem, quae eo ipso tempore ibi factam esse suspicantur *Sanadonus* et *Dorighello*. — V. 2. *Si recte frueris*, parum accurate explicat Schol. Cruq.: „si contentus fueris reditibus tuis," neque intelligitur juridica illa usus fructus notio (Terent. Ad. 5, 6, 26. 27.), quam alii hic repererunt, sed verba ita sonant: „Si quae ex Siculis Agrippae latifundiis tibi suppeditant atque parata sunt, iis sapienter frueris, majorem*) copiam a diis immortalibus non poteris optare; quapropter de tua te paupertate querentem audire nolim: pauper enim non est, cui res sua sufficit." *Frui* igitur ut *frui paratis*, *porticibus* Od. 1, 31, 17. Epist. 1, 1, 71. Verba autem: *non est ut major copia Ab Jove* etc., quibus simpliciter illud „satis superque habere" significatur et quae cum *Victorio* ὑπερβολικῶς intelligere noli, satis illustrantur iis, quae Poeta Sat. 1, 1, 45 — 51. et Epist. 1, 18, 112. proposuit. Ad formulam *non est ut*, *οὐκ ἔστι ὅπως*, conf. Od. 3, 1, 9. (ib. Lübk. qui laudat Jani A. P. p. 493.) *Est ut viro latius ordinet*, Lucret. 2, 496. *quare non est ut credere possis*. 3, 715. 5, 147. Cic. pr. Sest. 45. *Est igitur, ut ii sint, qui integri sunt*. Id de Divin. 1, 56, 128. *Non est igitur, ut mirandum sit*, ad quem loc. cf. Moser. et Giese. Schmid. ad h. l. et Kritz. ad Sallust. Jug. 110, 2. coll. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 7, 3, 13. — V. 3. *Tolle querelas*, ut Epod. 16, 39. *muliebrem tollite luctum*, ubi *Lambinus* raram dictionem observat, sed similis legitur ap. Ovid. Met. 11, 685. *Solantia tollite verba*; vide ibi *Bachium*, qui plura talia suppeditat. De sententia, qua Iccio propter haec verba nota querulitatis et avaritiae inusta est, eleganter dixit *Fr. Jacobsius* l. l. p. 14., quem paulo immutata sententia sequitur *Düntzer*. p. 158—161. Acuti quidem sunt viri illi doctissimi in exponendis his querelis, at pace eorum dixerim, ex sententiarum ordine, qui hic est, id unum solum effici, Iccium de sua paupertate questum esse. Cetera conjectura nitantur sola, ne dicam, *Düntzerum* opinio-

*) Quamvis *Düntzero*, qui, ne quis *copiam* „Fülle, Vorrath an Getreide" intelligat, cavet et addit: „*Copia* ist hier *copia fruendi*, wie man leicht aus frueris ergänzt," hanc suam interpretationem concesserim, tamen nescio, quomodo illa: „Wenn du das Glück deiner Stellung als Verwalter der Güter des Agrippa gut zu geniessen weisst," in vv. *Fructibus* etc. insit.

num commenta effutivisse*). — V. 4. *cui rerum suppetit usus*, i. e. qui habet, *quod*, uti ait 10, 46., *satis est*, intellecta tamen in vv. *rerum usus* notione, omnia usu, non mancipio hominibus dari. Sic Epist. 2, 2, 168. *Si proprium est quod — Quaedam, si credis consultis, mancipat usus; Qui te pascit ager, tuus est.* cf. v. 171 — 175. et Sat. 2, 1, 133 sqq. Lucret. 3, 984. *vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.* Cic. Epist. ad Div. 7, 30, 6. *Attioum, cujus quoniam te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto eum. Id enim cujusque est proprium, quo quisque fruitur atque utitur.* Delect. Epigr. 6, 107, 3. Ἂν μετέχῃς αὐτῶν σύ, σὰ γίγνεται· Conf. Rein. Röm. Privatrecht. p. 165. Falluntur igitur qui, ut *Pflugradtius* p. XXXXVI., hoc loco Stoicorum paradoxon, quo sapiens nulla re egeat, expressum vident. Ad sententiam magis accedit illud Plutarchi de Cupid. divit. VIII. p. 78. R. τῶν γε ἀρκούντων οὐδεὶς πένης ἐστίν, et Eusebii in Orell. Opusc. sentent. II. p. 366. *Πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα* et Democriti ibid. I. p. 110. *Πενίη, πλοῦτος, ὀνόματα ἐνδείης καὶ κόρου, οὔτε οὖν πλούσιος ὁ ἐνδέων, οὔτε πένης ὁ μὴ*

*) Conjiciendi veniam damus petimusque vicissim. Iccius igitur, ut equidem sentio, ad Horatium hujusmodi literas dedit: „Quod provinciam procuratoris mihi deos fortunare voluisti, gratias ago. At sortem, quae mihi Agrippae benevolentia obtigit, pro secundissima habere noli. Etenim quum eos conspicio — qui in Sicilia sunt multi — quorum res in splendidissimis viliis agrorumque latifundiis fundata est, pauperrimum hominem me esse video. Siculas quidem dapes nihil moror. In animum enim induxi, in hac rerum bonarum copia a victu simplici nunquam recedere. Voluptatem unam ac solam, ut olim, capio ex literis. Decisis enim negotiis, quae, quoniam cum hominibus sordidis fieri solent, frigidissima sunt, ad sublimia animum revoco. Qui autem in his studiis mihi dux esset vel comes, eum inveni hic neminem. Philosophia, quam scis inter Siculos olim viguisse, hodie fere neglecta jacet, quum plerique, ut sunt temporum mores, lucro, non literis operam navent. Quae omnia si tecum reputaveris, de mea sorte recte judicabis. Nihil est, id quod bene novisti, ab omni parte beatum. At meis te querelis jam non pergam obtundere. Tu si ad me rescribes, de rebus quae istic geruntur, certiorem me facias velim. Vale.“ Sic Iocius ille. At risum teneatis amici! Habetis artem conjecturae faciendae, qua nihil est facilius. Suum cuique licet ac semper licebit somniare somnium, at qui delirat, eum a medicis ad meliorem frugem revocandum esse censeo. Ac si sunt, qui dicant, propter luculentam Horatianae epistolae expositionem Iccium de sua paupertate majorem in modum questum esse videri, eos Horatiani ingenii in describenda ἀντιφράσει sibi fere indulgentis (cf. Od. 2, 2.) admonitos velo.

ἐνδέων. Od. 2, 11, 4. *nec trepides in usum Poscentis aevi pauca*, ubi *Doeringius* hunc loc. comparat. Cat. Dist. 4, 2. (ibiq. Arntz. p. 201.) *Commoda naturae nullo tibi tempore deerunt, Si fueris contentus eo, quod postulat usus.* Lucret. 5, 1116—18. et quae de paupertate Horatiana disputat *Lübker.* ad Od. 3, 1, 25. Contrarium Senecae de Benef. 2, 10. (Gronov.) *deesse sibi in sumptum ad necessarios usus* dicitur. Quapropter facere nequeo cum *Fr. Jacobsio, Schmidio, Orellio,* quibus *usus rerum* est alienarum, ita ut, quod dicit ipsis verbis *Orellius,* Iccius „libere ad usus vitae necessarios dispensare et disponere potuerit, quae provenirent in Agrippae fundis." Illam sententiam Poeta significavit v. 1. 2., hic autem ad locum communem progressus esse censendus est. Acutius autem cum *Dacerio Daru:* „Lorsqu'à de petits biens on joint Le grand art de la jouissance." Illos i. e. nostrates sequitur unus e nostratibus, *Jos. Merkel:* „Es ist nicht dürftig zu nennen, Wem der Gebrauch frei steht zur Genüge von fremdem Besitzthum."

V. 5. 6. *Si ventri bene — majus.* Sententia: „Quodsi ad ea, quae ad tuendam hominum vitam pertinent, bona accedit valetudo, ne regum quidem opes te magis fortunare possunt." In qua re sine dubio Hor. respexit versus Solonis ap. Plutarch. in Vit. Solon. (2. p. 12. ed. Westerm.) *Ἴσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν Καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία, Ἵπποι θ' ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ τὰ δέοντα πάρεστιν Γαστρί τε καὶ πλεύραις καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν Παιδός τ' ἠδὲ γυναικός.* Iidem leguntur ap. Theogn. 719 sqq. ubi seorsim *Welckerus* posuit v. 1185 sqq. p. 64 et 140. Conf. Markl. ad Eurip. Suppl. 850. (870). Schneidewin. Delect. p. 28. Etiamsi ut Coraes explices: *ὅσων δεῖ εἰς τὸ τῆς ἀπὸ τοῦ βρώματος καὶ τῆς ἐνδύσεως καὶ τῆς ὑποδέσεως ἡδονῆς αἰσθέσθαι*, ut nec morbi, nec res Venerea et saltatio intelligi debeant, res tamen integra est. Horatius enim tum aliorum sententias ad suos saepe accommodat usus, ut 10, 12. 16, 74 sqq., tum latina dictio: *bene esse* et *lateri* (quicquid est sive spirandi officina sive conditio pleuresi contraria 7, 26. 6, 28.) et *pedibus* (sive propter imbecillitatem sive ob podagram 2, 52. Sat. 2, 7, 108.) et *ventri* (Sat. 1, 5, 7. 2, 2, 71. 8, 5. Cels. Medic. 4, 19.) vix aliud quid intelligi sinit. Jam nihil dicam de Metrodori placito, quod hic expressum esse *Lambino* verisimilius videtur: *Vitam omnem beatam corporis firma constitutione ejusque constitutionis spe explorata contineri* ap. Cic. de Offic. 3, 33, 117. ibiq. Beier. et Kühn. cum Klotz. ad Cic.

Tusc. 2, 6, 17. Quis est, quem fugiat, Horatium et alias cum aliis valetudinem necessariis vitae bonis annumerare! Vid. annot. ad 4, 11. 18, 108—112. et cf. Lucret. 2, 16 sqq. Juv. 10, 356—363. Pind. Olymp. 5, 55. Stallb. ad Plat. Gorg. 7. p. 44. Philisc. ap. Dion. Cass. 38, 19. 21. Maxim. Tyr. Diss. 13, 1. Respexit locum Malchus in Ecbas. Capt. 399. *Quod prosit capiti, cruri, ventrique pedique.* Quapropter a vero plane aberrat *Cruquii* mira interpretatio, qua ventris potius commoda grata significari censet, „non egere Iccium cultu ornatuque corporis, non caballis, non equis, quibus ad splendorem magnificentiamque vehatur suspiciaturque: divitias enim eum a regibus non ampliores habere posse, quorum pompa sit praecipua in vestitu et equitatu“ etc. Exemplo quasi praeiverunt Porphyrio et Scholiastes Cruquii eorundemque vestigia presserunt *Dacerius, Sanadonus, Dorighello,* alii, ut sententia sit: „Si pinguis es, si pulchris vestibus indueris, si pedes calceis claudis“ etc. Quid, quod *Dacerius* bono Iccio amicam deesse noluit! Eum sequitur in hac quidem re *Daru:* „Si votre corps plein de santé Ne connaît point la maladie; Si vous trouvez la volupté Au sein de quelque jeune amie; Sous l'abri de vos humbles toits, Si votre table est bien fournie; Que vous serviraient, je vous prie, Toutes les richesses des rois?“ Aliter *Batteux:* „Vous avez l'estomac bon, la poitrine excellente, point de goutte; quand vous auriez en propre les domaines d'un Roi, seriez-vous plus riche?“ — De proverbio *divitiarum regalium* conf. Jan. ad Od. 2, 2, 17. 3, 9, 4. Rupert. ad Juv. 14, 328. Schwab. ad Phaedr. 1, 27, 10. Auson. Epigr. 54. quibuscum facit Hieronym. ad Julian. consol. Epist. 34. I. p. 135. *Neque enim Darii opes et Croesi divitiae valent explere pauperes mundi.*

V. 7—11. *Si forte — minora.* Sententiarum ordo: „Si forte in copia rerum tibi parata parce frugaliterque vivis, sic vivere perges, quamvis totus aureus repente evadas, vel quia affluentia rerum amorem austerae illius vitae in te innatum mutare nequit, vel quia modice frugaliterque vivere tibi propositum est.“ Qua quidem argumentatione omnis Iccio tollitur de sua sorte querendi causa, quippe qui quod satis est habeat et, quamvis multa assequatur, aeque victurus sit. Hanc hujus loci expositionem luce clariorem et jam, si exceperis quam fere intelligunt malignam ironiam, a *Mureto, Lambino, Xylandro, Torrentio* quasi praemunitam sinistre tractavit *Cruquius* et prorsus pervertit optimi illius *Doeringii* sive incuria, sive opinio praejudicata, ut disertissimo opus esset veritatis vindice, *Fr. Jacobsio,*

l. l. p. 20. Quapropter vide, quam non assecutus sit sententiam *Janius*, quum *vives* pro *vive* acciperet, et quam habeas fidem Acronis commento ab Henr. Stephano in Distr. p. 74. notato: „Iccius iste adcumbens in praesentia Agrippae, ut fidelior ei videretur, parcissime epulabatur in tantum, ut intermissis carnibus herbis vesceretur; at in secretum veniens gulae indulgebat.“ Si reperiuntur, qui, ut *Düntzerus*, vv. 4—11. pro loco communi habeant, eos nimia humanitate Iccium procul a fulmine posuisse dixerim. — V. 7. *Si forte.* Haec formula in afferendis exemplis ut A. P. 120. (Hand. Turs. II. p. 741.) usurpata paene eos redarguit, qui Iccii sordes hic vident derisas. — *in medio positorum abstemius.* De significatione postremi verbi, quod Acro et Schol. Cruq. pro *sobrio* positum recte habent, praeter *Schmidium* erudite disputat *Weichertus* in Commentat. de Lucio Var. et Cass. Parm. p. 161. *Orellius* affert Sidon. Apollin. Epist. 8, 3. *inter epulas abstemium, inter purpuratos linteatum.* *Res* autem dicuntur *in medio positae* sive *sitae*, *ἐν μέσῳ κεῖνται*, ad quas cuilibet patet aditus. Ita Sat. 1, 2, 108. *Transvolat in medio posita.* Cic. Tusc. 5, 33, 94. *obscoenas voluptates — in medio sitas esse dicunt.* Senec. N. Qu. 4, 13. *O quam nobis male est, quod quicquam a rerum natura in medio relictum est. Hoc quod illa fluere et patere omnibus voluit* etc. Alia suppeditant Schwarz. ad Plin. Paneg. 33, 4. Ruhnk. ad Terent. Phorm. prol. 17. Adelph. 3, 4, 33. Rupert. ad Liv. 29, 6, 9. Hess. ad Tac. Dial. 18. p. 108*). — V. 8. *Vivis et urtica.* „Satis erat,“ ait Torrentius, „herbis dixisse; urticam addit, ut majorem victus vilitatem notet, herbam nominans agrestem, medicis quam coquis notiorem.“ De usu medico vid. Vulp. ad Catull. 44, 15. Intelligitur *urtica dioïca*, qua Itali etiam nunc vere, ut testatur *Orellius*, vesci solent coll. Plin. H. N. 21, 15.

---

*) Indicavimus illos locos, ne quis Genitivum a v. *medio* aptum crederet: „in medio eorum, quae sunt apposita, abstinens;“ de qua interpretatione vide *Hockederum*. Atque haud scio an idem senserit *Vossius*: „Wenn du vielleicht in der Mitt' einladender Speisen enthaltsam Lebst von Nessel und Krant.“ Quanquam *res in medio sitae* fere vulgares sunt, tamen hic, si recte Iccii conditionem tibi finxeris, nihil aliud nisi copiam rerum, quae penes illum fuit, indicant. Quapropter dissentio cum *Düntzeri* interpretatione: „Wenn Einer sich selbst der gewöhnlichsten Speisen enthält und nur von ganz geringer Kost — lebt, ut *in medio posita* sit „gewöhnliche Kost, wie sie der Bürger oder Landmann hat, im Gegensatz zu Kostbarkeiten und der geringsten Kost.“

Urtica incipiens nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. Cels. 2, 20. *lenes sunt et stomacho aptae et calefaciunt — — laetuca, urtica, malva* etc. 3, 6. 4, 4. 2, 19. Pers. 6, 69. *Mihi festa luce coquatur Urtica et fissa fumosum sinciput aure.* Athenae. 4, 15. p. 158. C. *Μή ποτ' ἰλαίων ἔσθιε, ἀκαλήφην ἔχων.* Conf. Dioscorid. 4, 94. Similiter Itali, neque ii homines vulgares hodie quodam carduorum genere vescuntur teste *Goethio* XXVIII. p. 188. *Cruquium, Rodellium, Sanadonum, Gesnerum, Bothium* vilem quendam piscem marinum, *urticam marinam, ἀκαλήφην,* (Athenae. 8, 11. p. 90. Casaub. Plin. H. N. 9, 45. 82, 9. A. Gell. 4, 11.) intelligentes refutavit *Wielandii* et *Schmidii* mei erudita sedulitas. Similis ratio est in *asphodelo,* i. e. victu simplicissimo, de quo dixit *Burm.* ad Lotich. El. 3, 4, 46. *Herbae* autem et *urtica* componuntur ut Od. 1, 12, 8. *silvae* et *querous* et *forum populumque* Epist. 6, 59., ad quem locum complura collegimus, quibus adde *Schadeberg.* in Seebod. „Archiv." 1832. p. 426. et *Hand.* Turs. II. p. 477. — *vives protinus,* i. e. porro tenus, deinceps, quod propter eos indicandum est, qui, ut *Gesnerus, protinus ut te* conjungunt. Exempla hic collegit Lambinus, quocum cf. Heyn. et Voss. ad Virg. Ecl. 1, 13. Forbig. ad Aen. 3, 416. Heinr. ad Juv. 4, 46. — *ut te,* ut Epod. 1, 21. Ovid. ex Pont. 3, 4, 79. *Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.* Quapropter non opus est intellecto *si,* quod quidem opinatur *Marcilius* coll. Catull. 10, 32. *Utor tam bene, quam mihi pararim.* Similiter *Dacerius:* „vous êtes aussi content, que si la Fortune avoit fait couler tout d'un coup des ruisseaux d'or chez vous." De re notissima satis *Schmidius* ad h. l. et *Moser.* ad Cic. de Rep. 1, 6. p. 83., at quam aliter *Doeringius:* „si tu forte, repudiatis melioribus, quae in medio posita sunt, h. e. quorum data tibi est copia, vilissimis cibis — vesceris, profecto hoc vili victu, dum nullos plane sumptus facis, *sio vives,* h. e. id assequeris, ut mox, quantus quantus es, aurum fias, h. e. ut auro obruaris." Putat quoque, Iccium sine dubio sic vere vixisse, sed opprobrii molliendi gratia Poetam dixisse *forte?!* Similiter locum interpretati sunt Schol. Cruq. et Cruquius, quanquam hic in illis verbis laudem Iccio tributam, non ironiae mordacitatem sensit.

V. 9. *Confestim — inauret.* Scite comparat *Hochedenus* nostrum: „wie mit einem Zauberschlage;" at *Cruquius* et *Baxterus:* „non intermisso cursu" (coll. Charis. p. 116.), *Gesnerus,* cui suf-

fragatur *Schirach.* (Clav. p. 68.): „dense, non tenui modo bracteola, sed solido auro.“ Quis est, qui non sentiat perquam jocularem repente facti descriptionem? — *liquidus Fortunae rivus inaurat,* proverbii imagine desumpta a rivo auro fusili fluente. Sic *rivus sanguinis,* de qua dictione conf. Oudend. ad Jul. Obseq. 112, 6. Contra Cruquium aliosque qui fabulam de Mida et Pactolo inaurato significari arbitrantur, recte disputant *Orellius**) ad h. l. et *Meyerus* in Diss. de Epith. orn. vi etc. p. 17. Hic idem observat, vocabulum *liquidus,* liberiore constructione tractum ad rivum, proprie ad voc. *aurum* pertinere, ut non vertendum sit cum Vossio: „Fortuna's lauterer Goldbach.“ Ita *J. Merkel*: „Wenn Fortuna's Gold auch plötzlich in Strömen dir flösse.“ Equidem in Epitheto rivi limpitudinem video notionis vi descriptam, ut 14, 34. *liquidi Falerni potores.* Cf. Diss. ad Tib. 1, 1, 62. Unger. Theb. Paradox. I. p. 189. Ad similitudinem laudant Cic. Ep. ad Div. 7, 13. *Moriar, ut, quae tua gloria est, puto te malle a Caesare cortsuli quam inaurari.* Adde Delect. Epigr. 7, 70, 3. 4. *καὶ σοῦ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸν τῦφον καταπαύσει, κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι παρέχῃ·* Boeth. de Cons. phil. Carm. 3, 3, 1. *Quamvis fluente dives auri gurgite Non expleturas cogat avarus opes.* Sarbiev. Od. 4, 34, 1 sqq. (ed. Friedemann.) *Divitem nunquam, Tiberine, dices, Cujus Eois potiora glebis Rura, fortunae sine faece, pulcher Rivus inaurat.* — V. 10. *Vel quia — nescit. Cruquius, Rappoltus, Rodellius, Doeringius* naturam pecuniae, non hominis suo quisque modo intelligunt, quam explicationem licet repudient alii, ut *Lambinus, Dacerius, Sanadonus, Wielandius* (N. 2.), tamen has duas rationes ita vident subjectas, ut vel una et altera, vel utraque dissimulatione quadam prolata sit. Primus, quod sciam, locum bene explanavit *Gesnerus,* neque invitis Musis contra vulgatam interpretandi rationem disputarunt *Bothius, Fr. Jacobs* (V. p. 22. et 169), *Schmidius, Hochederus, Orellius,* alii. Hic apte confert Nep. Attic. 14. *Quum tanta pecuniae facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudine — — parique fastigio stetit in utraque fortuna;* cui contrarium est quod legitur ap. Menandr. (ed. Mein. p. 217.):

---

*) Cavet *Düntzerus* p. 164., ne quis cum *Orellio* de immersione cogitet, ut, ubi quis in Fortunae aureum rivum se immerserit, repente ipse dives fiat. Sentit igitur: „wenn ihn auch des Glückes fliessender Strom auf einmal vergolden sollte.“

Ὅ τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν πεπνημένον Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν. In verbis autem v. 11. *Vel quia putas* etc. non tam video significatam Stoicorum doctrinam moralem, quam modicae vitae legem, quam sibi ipse ad vivendum praescripserit Iccius. Senec. Epist. 5. *Frugalitatem exigit philosophia, non poenam. Potest autem esse non incompta frugalitas.* Ceterum ad verba repetita: *Vel quia* conf. Epist. 2, 1, 83. 84. Ovid. Trist. 5, 8, 23—25. et ad vocem *virtute minora* M. Antonin. 3, 6. *εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελίστερα σύρισεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ.* Cic. Lael. 2, 7. Postrema autem Poetae verba ad ea, quae sequuntur, quasi muniunt viam.

V. 12—15. *Miramur — cures.* Sententiarum ordinem equidem statuo huncce: „Quod inter ipsam importunam vivendi rationem communeque lucrandi studium in philosophiam incumbis, sane mirandus prae Democrito es, quem inter philosophandum a mentis agitatione nihil avocavit.“ Plerique interpretes sententiam interrogative efferunt, ut: „Miramurne, si Democritus propter philosophiam rem familiarem neglexit, quum tu inter lucrum in rebus sublimibus occupatus sis“? Addit male *Lambinus:* „uno tempore, et in lucri studio, et in rebus philosophicis, quum facilius sit in uno elaborare neglecto altero, quam simul in utroque.“ In his quoque verbis liberali quodam ac faceto jocandi genere insignibus plurimos interpretes nisi amaram ironiam non videre, semel indico atque, ut par est, tuto me lare tutor *Fr. Jacobsii* l. l. p. 23*). — *Democriti,* quem *ut quam minime animus*

---

*) Contra quidem dicit *Car. Passovius* N. 74., quum Iccium ab hac hujus loci sterili philosophia amice avocatum intelligit, at vereor, ne Vir doctissimus illam ipsius Horatii de hac philosophandi ratione, quam ad ejus stomachum non fuisse novimus, sententiam hic subtilissime praesenserit. Irrisionem autem vel Democriti et Empedoclis vel ipsius Iccii, quam Vir acutissimus videt, me non persentiscere fateor. Versu enim 20. nihil aliud videbis nisi sales Horatiano cachinno redundantes. Num Iccius certam vivendi rationem ac viam secutus sit, id quod negare videtur V. d., quis est qui aut affirmet aut neget? Illum autem iis, quae sors ei sive obtulisset sive objecisset, non plane contentum fuisse supra significavi, et in hac una re Viro mihi amicissimo lubens do manus. De v. 20. habeo assentientem, ut nunc video, *Düntzerum* p. 170. Illa autem *Lambini* interpretatio quandam probabilitatis speciem haberet, si Horatius comparationem ad domesticam quoque curam pertinere voluisset. At haec et talia saepe vel ornandi vel jocandi causa diffusius dicuntur. Dixi de ea re ad 6, 57. Ad meam sententiam prope accedit *Walckenaer:* „Cette culture de

a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexisse, agros deseruisse narrat Cicero de Fin. 5, 29, 87. et Lactant. Inst. 3, 23, 4. (ib. Cellar. et Bünem.) *Laudatur Democritus, quod agros suos reliquerit, eosque pascua publica fieri passus sit.* Similiter Joann. Chrysost. ad Viduam Jun. I. ed. Paris. nov. p. 423. (quem locum contulit Orellius) Democritum vocat *τὸν μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὑτοῦ*. Conf. Cic. Tusc. 5, 39, 115. Val. Maxim. 8, 7, 4. Senec. de Provid. 6. Diog. Laert. 9, 39. (ib. Menag.) Athenae. 4, 19. p. 168. Casaub. Quapropter non fuit, quod *Simeo Bocius* putaret, Horatium memoria vacillasse, propterea quod hoc idem de Anaxagora literis proditum esset. At quae de Democrito et de neglecta patrimonii cura varie finxerunt, ea mirum in modum non omissis jocis exornavit Horatius, ut narratiunculam non sine idonea causa in dubium vocaverit *Bruckerus* (Hist. crit. phil. I. p. 1176.), cui allato loco Ciceroniano scrupulum eximere sat habuit *Wielandius*; at vereor, ne hic argumenta numeraverit, non expenderit. Similia commenta, quae de Democriti voluntaria coecitate homines antiqui finxerunt, jure explosit*) *Fr. Ritter.* in „Allgem. Encyclop.“ Lips. 1833. I. XXIV. p. 35. Rem ipsam libera hujus loci interpretatione augent interpretes, quum auctore Scholiasta Cruquii ad v. *pecus* sive „vicinorum,“ sive „alienum“ intelligunt. Sic *Beremannus, Desprezius, Dacerius, Sanadonus, Valartus,* alii complures, quos recensere longum est. Tale quid neque affirmare, neque negare ausim. — V. 13. *peregre est animus sine corpore velox.* Ita Cic. Tusc. 5,

---

la philosophie a tant d'attraits pour l'homme, qu'on ne doit pas s'étonner que Démocrite ait oublié pour elle le soin de son patrimoine, tandis que libre des liens du corps, son ame s'élançait dans l'espace. Horace loue son ami de ce que, placé au centre même de cette lèpre de l'avarice, il se soit garanti de la contagion; qu'il ait su élever ses pensées vers des sublimes objets“ etc. Similitudo enim in eo cernitur, quod uterque a philosophando nulla re se abduci passus est, sed Iocius majore paene dignus videtur admiratione, propterea quod brachia, ut ajunt, contra torrentem direxit. Ex hac ipsa autem re satis efficitur, quam non tetigerit Iccium avaritia. Confer *Gesnerum* et *Bothium* ad v. 14.

*) Num haec et talia persecutus sit *F. W. A. Mullach.* in *Quaestionum Democritearum spec.* vel *specim.* II. Berolin. 1842, me hodie fugit. Libellus autem, quem Programmatis schol. Mindens. loco edidit *F. W. Burchard.*: „Fragmente der Moral des Abderiten Democritus.“ Mind. 1834. fere ex *Opusc. Graec. vett. sentent. et moral.* I. p. 91 sqq. compositus esse dicitur.

89, 114. *quum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret.* Idem de Democriti assecla Epicuro Lucret. 1, 73 sq. *Ergo vivida vis animi pervicit et Extra processit longe flammantia moenia mundi: Atque omne immensum peragravit mente animoque.* Cic. de Fin. 2, 31, 102. *Haec non erant ejus, qui innumerabiles mundos infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, mente peragravisset;* de Pythagora Ovid. Met. 15, 62. *licet coeli regione remotus, Mente deos adiit.* Apulej. de Mund. p. 101 (ed. Wouv.) *homines — philosophiam ducem nacti ejusque inventis imbuti animo peregrinari ausi sunt per coeli plagas* etc. Aristoph. Nub. 225—34. 759—61. Orellius confert Cic. pr. Mil. 12. *tuae peregrinantur aures? — sine corpore velox,* ut Aristoph. Nub. 318. ἡ ψυχή μου πεπότηται. Plutarch. περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ θείου πλ. 22. ὥστε τὴν ψυχὴν ἐπεχουμένην λείως ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ φρονεῖ ῥᾳδίως πάντη καὶ ταχὺ φέρεσθαι. Similem locum, in quo ἡ διάνοια πανταχῆ φέρεσθαι dicitur, ex Plat. Theaet. 24. p. 173. indicarunt Lamb. et Schmid. Idem est in Phaedr. 62. p. 249. illud Platonis: μόνῃ πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια et Horatii Od. 3, 25, 3. *agor Velox mente nova.* Conf. Lennep. ad Phalarid. Epist. 88. p. 277. ed. Lips. et Apulei. l. l. *ut Naturae immensitati volucrique curriculo cogitationum nostrarum nos pernicitas intimaret.* Quod additur *sine corpore* est, ut animus a corpore semotus atque in rebus coelestibus contemplandis defixus significetur, quod Ciceroni Tusc. 5, 39, 115. *discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dare* dicitur. Eleganter *J. Merkel:* „Während des Denkers entkörperter Geist umirrt in dem Weltall?“ atque haud scio an melius *Wieland:* „indess sein Geist, vom Leibe abwesend, ins Ideenland hinübergeflogen ist.“

V. 14. 15. *Quum tu inter scabiem* etc. Poetam in verbis ambiguis ludere credit *Zurchius*, „vel quod alii, vel quod ipse tam sordide faciat.“ At sententia satis est aperta: „Quanquam inter homines vivis mentem humi defixam habentes, tu tamen alte spectas.“ *Scabiem* autem, quam vel generatim sordidos illorum hominum mores intelligunt vel singillatim ardentem eorum avaritiam, quibuscum Iccius ex officio procuratoris habere debuit*) commercium, equidem cum

*) Ita quidem locum intelligit *Fr. Jacobsius* p. 24. coll. ejusd. Lectt. Stob. p. 100; eum sequuntur *Orellius*, *Schmidius*, *Düntzerus*. Quanquam

voc. *lucri* junxerim, ut *scabies tanta et contagia lucri* „irritamenta quasi cupiditatis sint“ vel nimium rei quaerendae studium, quod maximos minimos morbi instar invadit et veneno saeculi corrumpit. In vocabulo *lucri* cave arguteris. *Lucrum*, h. l. voc. *sublimia* contrarium, est quod nostrates „die materiellen Interessen“ vocant. Illam animi aeruginem ubique modo acerbius, modo lenius taxat Poeta. *Cruquius* et *Bersmannus* utrumque illud verbum ad animum relatum „scabiem contagiosam“ esse putant. De sententia *Bothii* scabies illa contagiosa incorruptiori aevo Democriti opponitur, in quo aevo minus mirum fuerit, tam magni animi exstitisse philosophum. *Torrentius* in toto sentit loco irrisionem Iccii rei familiaris curam non abjicientis, sed pari ardore philosophiam capessentis, qua quidem in re *Lambinum* ad v. 12. habuit auctorem. Quanquam rectissime observavit *Dacerius*: „*Scabies et contagia lucri* ne sont pas dans Itius, mais autour d'Itius. Ce sont les vices du siècle,“ nescio tamen, num in verbis *contagia lucri* per festivam quandam cavillationem Iccius intelligatur leviter tactus, cui vel *lucri* cura a patrono demandata esset, vel cui ipsi utpote bono procuratori reditus strenue augendi essent visi. Quicquid est, prorsus abhorreo ab interprete *Schellero*: „Wenn du besessen von solcherlei Krätz und räudiger Habgier.“ De vi particulae *inter* exclusiva vide annot. ad 4, 12. coll. Cort. ad Sallust. Cat. 3, 4. ad Cic. Epist ad Div. 10, 4, 11., de translato usu v. *scab.* Mart. 5, 60, 11. Goerenz. ad Cic. de Legg. 1, 17, 47. Prudent. Perist. 3, 253. (ib. Nebriss. p. 64) *Quisquis tacendi intemperans Silenda prurit prodere, Vexatur et scalpit jecor Scabiemque cordis sustinet.* De *Lambini* sententia locum Horatianum respexit Auson. in Edyll. XI. p. 190. ed. Bip. *Hunc locum — nostra illa poetica scabies coepit exscalpere: cujus morbi quoniam facile contagium est, utinam ad te quoque prurigo commigret.* Quod attinet ad usum v. *contagionis* conf. Prudent. Cathem. 7, 33. (Weitz.) *Ne de propinquo sordium contagio Dirus quietum mundus afflaret virum.* Herzog. et Kritz. ad Sall. Cat. 10, 6. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 30, 63. Rupert. ad Tac. Ann. 1, 43, 3. Bünem. ad Lactant. Inst. 5, 12, 2. Cort. ad Lucan. 3, 322. Ovid. Trist. 3, 9, 25. ed. L. — V. 15. *Nil parvum sapias*, i. e. φρονῇς.

---

iis non refragor, tamen eum, qui rem latius patere crediderit, errare non arbitror. Alia autem luce hunc locum illustrari, si conjecturae ad v. 3. propositae indulseris, apparet.

Liv. 29, 1, 13. *Nihil enim parvum, sed Carthaginis jam excidia agitabat animo Scipio.* Lucian. Nigrin. 5. *Καὶ ὅλως μικρὸν οὐκ ἔτι οὐδὲν ἐπινοῶ.* Id. Alexand. 4. *Τὸ μηδὲν ἀεὶ μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν.* Improbanda igitur *Doederlinii*, V. Cl. (Syn. III. p. 126.) explicatio est: „da du dein edles Wesen und Streben behauptest." — *et adhuc subl. cur.* i. e. „etiamnum," tempore, quo talia vitia vigent, vel inter tot rerum patroni tui curas, uti interpretantur *Schmidius* et *Orellius*, quamquam nollem hic addidisset: „etiam provectiore aetate post militiam." *Hochederus* mavult „noch dazu, überdies," quod idem expressit *Car. Passovius*. De hac „atque adeo, insuper" significatione et alii cogitant, vid. Hand. Turs. I. p. 165. coll. Stat. Silv. I. p. 210. Walch. Emendatt. Liv. p. 190. Jacob. in Seebod. „Krit. Bibl." 1829. p. 419. — *sublimia cures*, i. e. altum suspicias in „contemplationibus occupatus rerum coelestium eorumque omnium, quae naturae obscuritate occultantur cognitionibus," ut utar verbis Ciceronis ad Fin. 5, 19, 51. Iccius enim, qui olim philosophiae operam dederat Od. 1, 29, 13 sqq., etiamtum „de rerum motibus causisque cognoscendis," i. e. philosophia naturali cogitare non desiit. Ita de Socrate Plat. Apol. Socr. 2. (ibiq. Stallb.) *τά τε μετέωρα φροντιστὴς* coll. Aristoph. Nub. 359. Ut Graeci *μεριμνᾶν*, *φροντίζειν* Xenoph. Mem. Socr. 1, 1, 14. Xenoph. Conviv. 6, 6., ita Latini *curare*. Conf. 1, 11. Quae *sublimia* sensu angustiore dicantur, docet Seneca in Nat. Qu. 2, 1.*) *Lambinus* confert Graecorum *μετέωρα*.

V. 16—20. *Quae mare — acumen.* Similes talium rerum sunt loci Lucret. 5, 621 sqq. Virg. Ge. 2, 475 sqq. Ecl. 6, 31 sqq. (ib. Voss.) Aen. 1, 742 sqq. Tib. 2, 4, 17 sqq. 4, 1, 18 (Broukh.). Prop. 3, 3, 47 (Broukh.). 5, 26 sqq. Ovid. Met. 15, 6. 65 sqq. Stat. Silv. 5, 3, 19 (ib. Barth.). Theb. 6, 360. Claud. Paneg. de Consul. Mall. Theod. 87—112 (Barth. p. 101 sqq.). Idyll. 5, 1—7. Manil. Astron. 1, 99. 2, 60 sqq. Lucil. Aetn. 220 sqq. Boeth. de Consol. phil. Carm. 1, 2, 6 sqq. Burm. ad Lotich. El. 5, 19, 43. p. 383. — V. 16. *Quae*

*) De sententia *Düntzeri*, qui comparat Senec. de Brevit. vit. 19., „bildet sublimia den Gegensatz zum gemeinen Geschäftstreiben, wie *nil parvum* das Streben des Iccius als ein schwieriges, mühevolles, das sein Ziel nur schwer erreicht (Od. 3, 24, 16.), darstellt." Quidni credamus, Iccium philosophum expeditione in Orientem facta „philosophiae imprimis physicae" (Schol. Cruq.) operam dedisse? Quapropter haud dubie Poetae obversata sunt *τὰ μετέωρα πράγματα* Aristoph. Nub. 228.

mare compescant causae. Duo ponit Poeta*), quibus vim in conservando ordine naturae indicet. Ita Virg. Ge. 2, 479. *qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis rursusque in se ipsa residant.* Prop. 3, 3, 59. *Curve suos fines non exeat aequor.* Aristot. Meteor. 2, 2. Lucret. 6, 608. Senec. N. Qu. 3, 1 sqq. — *quid temperet annum,* i. e. τροπικὰς ὥρας. Prop. 3, 3, 48. *Quis deus hanc mundi temperet arte domum.* 60. *Plenus* (*cur*) *et in partes quatuor annus eat.* Plin. H. N. 2, 6. *hic* (*sol*) *vices temporum annumque semper renascentem ex usu naturae temperat.* Conf. Mitsch. ad Od. 1, 12, 15. 16. Lamb. ad Od. 1, 8, 7. et in sententiam Cic. Timae. 9. Tusc. 1, 28, 68. — V. 17. *Stellae — errent,* i. e. quae sit mundi lex. Sic *vaga luna* Sat. 1, 8, 21., *errans luna* Virg. Aen. 1, 742., *palantes coelo stellae* ibid. 9, 21., *palantia sidera passim* Lucret. 2, 1031. et *vagos stella recursus Exercet varios flexa per orbes* Boeth. 1, 2, 10. dicuntur. Vim verborum optime explanavit *Doederlinius* in Syn. I. p. 89. coll. Broukh. ad Tib. 1, 3, 39. et Drak. ad Sil. Ital. 9, 242; de re, *qua sidera lege mearent* Ovid. Met. 15, 71., *solis lunaeque meatus Qua fiant ratione* (Virg. Ge. 2, 477. *coeli vias et sidera*), conf. Cic. N. D. 2, 20. de Rep. 1, 14. Senec. N. Qu. 7, 1—30. Macrob. Somn. Scip. 1, 18. Stob. Ecl. 1, 25. II. p. 1 sqq. et quos praeterea de stellis errantibus laudant Hotting. ad Cic. Ecl. p. 63. Kopp. ad Mart. Cap. 8, 850—54. Sitzman. ad Boeth. de Cons. phil. Carm. 1, 2, 10. p. 139. — V. 18. *Quid premat obscurum lunae. J. Merkel:* „Was in Verdunkelung berge den Mond, was leuchtend ihn zeige." Virg. Aen. 4, 81. *lumenque obscura vicissim Luna premit.* Prop. l. l. 49. *unde coactis Cornibus in plenum menstrua luna redit.* Stat. Silv. 5, 3, 22. *Quae minuat Phoeben, quaeque integrare latentem Causa queat.* Intellige autem hic solitas lunae vicissitudines, non defectus. Stob. Ecl. 1, 27. II. p. 558 sqq. Macrob. Somn. 1, 6. Apul. Flor. 4, 18. p. 88. Kopp. ad Mart. Cap. 8, 862—66. p. 672—75. coll. 7, 738. p. 591**).

*) Quid de his rebus quum veteres philosophi, tum Empedocles senserint, erudite exposuit *Forbiger.* in „Handbuch der alt. Geographie" I. p. 583 §. 44; p. 633 §. 50; p. 510—519 §. 30—34.; p. 515 §. 33. coll. p. 493—96 §. 30. De Acronis corrupto v. 18. scholio conf. *Dillenburger* in Progr. schol. (Aachen 1841.) *Horatian.* p. 12.

**) Recte *Düntzerus* p. 171. voc. *obscurum* per prolepsin explicat laud. Jacob. Qu. Epic. p. 140 sqq., adde Wüstem. ad Theocr. 2, 112. Koch. ad Lucian. Char. p. 52 sqq. et nostra annotata ad 2, 45. p. 174. 10, 17. p. 64. coll. Axt. ad Vestr. Spur. p. 62. 83. Fabr. ad Liv. 21, 83, 3.

V. 19. *Quid velit — discors.* „Mundi, qui constet mira illa dementorum temperie inter se adversantium et consentientium quis sit finis, quae ejus vis.“ Sic Ovid. Met. 1, 430. *discors concordia foetibus apta est.* Lactant. Inst. 2, 9, 17. *Unde et philosophi quidam et poetae discordi concordia mundum constare dixerunt.* Inversa autem ratione Manil. 1, 141. *sitque haec discordia concors, Quae nexus habiles et opus generabile fingit, Atque omnis partus elementa capacia reddit.* Claudian. de Consul. Mall. 72. (Barth. p. 93—96) *Alter in Aetneas casurus sponte favillas Dispergit revocatque deum rursusque receptis Nectit amicitiis quicquid discordia solvit.* Licent. Carm. ad Augustin. 130. (IV. p. 540. Wernsd.) *Est etiam superum concors discordia rerum.* Mart. Cap. 1, 1 *Semina qui arcanis stringens pugnantia vinclis Complexuque sacro dissona nexa foves.* Senec. N. Qu. 7, 27. *Tota hujus mundi concordia ex discordibus constat.* Facete Lucan. de simulata Caesaris et Pompeji amicitia 1, 98. *Temporis angusti mansit concordia discors.* Ceterum significatur Empedoclis νεῖκος καὶ φιλία. Fragm. 142. 43. ed. Karst. *Γίγνονθ' ἄνθρωποί τε καὶ ἄλλων ἔθνεα θηρῶν, Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἕνα κόσμον, Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.* Maxim. Tyr. 32, 2. τὸ Ἐμπεδοκλέους νεῖκος. Justin. Mart. ad Graec. Cohort. 4. p. 22. ed. Otto. *Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος ὁ Ἀγραγαντῖνος τέσσερα στοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος· ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτική, τὸ δὲ, διαιρετικόν.* Aristot. Metaph. 1, 4. Diog. Laert. 8, 76. Plutarch. de Isid. et Osirid. VII. p. 460. Stallb. ad Plat. Gorg. 68. p. 209. C. F. Herm. ad Lucian. Quomodo hist. conscr. p. 17. Gernh. et Beier. ad Cic. Lael. 7, 24. Locos Ciceronianos accuratius Lambino ad h. l. collegit *Orellius* in Onomast. Tull. II. p. 230. De hac Empedoclis philosophandi ratione post *H. Ritterum* in Wolfii „Literar. Annal. II. 4. et in „Geschichte der Philosophie I. p. 506—538. accurate disputavit *Steinhartus* in „Allgem. Encyclop.“ Lpz. 1840. I, XXXIV. p. 83—105., imprimis p. 91., quocum conf. *Marbach.* „Gesch. d. Gr. Philosophie.“ Lpz. 1838. p. 70 sqq., cui nunc addendae sunt *Empedoclis Agrigentini* Carminum reliquiae, de vita ejus et studiis disseruit etc. *Simon Karsten.* Amstel. 1838. p. 346—358. 369—81. et *Krische* „Forschungen auf dem Gebiete der alt. Philosophie.“ I. p. 109. Similes de discordia et concordia rerum sententias collegerunt Gatak. ad M. Antonin. 4, 27. p. 115. 7, 28. p. 224. Cort. ad Lucan. 4, 190. Sitzman.

ad Boeth. de Consol. phil. Carm. 4, 6. p. 262. et 2, 8. p. 197. Kopp. ad Mart. Capell. 1, 1. p. 3. coll. 2, 209. p. 246. et Lips. Physiol. Stoic. 2, 11. Hildebr. ad Apulej. de Mund. 19—21. p. 389—94.

V. 20. *Empedocles — acumen. Walckenaer:* „quel est entre Empédocle ou Stertinius celui, dont le génie s'est égaré.“ Propius a verbo absunt *C. Passov.:* „Ob Empedocles, ob sinnlos Stertinius grüble“? et *J. Merkel:* „Ob Empedocles, oder Stertinius — fas'le im Scharfsinn“? Quod Empedoclem cum Stertinio comparat Horatius, utriusque confert philosophandi rationem, neque, ut *Torrentio* quidem visum est, deridet illius exitum, quum *ardentem frigidus Aetnam desiluerit* A. P. 465. et Lactant. Inst. 3, 18, 5., ita ut hac sola insania Stertinium ubique notatum superaverit. Quorsus illud ingenii acumen? Immo Stertinius, utpote Stoicus, quae Empedocles quatuor elementis constare et multa casu, multa necessitate fieri ajebat (Lucret. 1, 717. Karsten. l. l. p. 359—69. 385—91. 503. Steinh. l. l. p. 90), dei providentia orta esse ac conservari docuisse putandus est. Vid. Diog. Laert. 7, 132 sqq. Plutarch. de Isid. et Osirid. VII. p. 455. Lactant. Inst. 1, 2, 2. Sitzman. ad Boeth. Carm. 3, 9. p. 224 sq. Gatak. ad M. Antonin. 4, 23. p. 110. Lips. Physiol. Stoic. 2, 8—10. Orell. Onomast. Tull. II. p. 560. Schm. ad h. l. Ceterum scholio *Acronis* et *Schol. Cruq.:* „Empedocles, Agrigentinus, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et versibus tradidit,“ si non fabula illa de Pythagoreorum doctrina per furtum ab Empedocle divulgata, saltem hoc indicatur, „Empedoclem primum habitum esse ἐποποιὸν, qui Pythagorica carmina exposuerit et divulgaverit;“ vid. Karsten. l. l. p. 52. et, quem laudat, Lommatzsch. „Weisheit d. Empedocles“ p. 16. De *Stertinio,* quem Horatius Sat. 2, 3, 296. *sapientem octavum* dicit, vid. Scholiastas ibid. v. 32. 33. Acro et Schol. Cruq. ad h. l. annotant: „Stertinius philosophus ducentos et viginti libros Stoicorum latine scripsit; hos notat, quod versibus suis *) obscuriorem fecerint philosophiam.“ Quod *Cruquius* hunc Stertinium pro fratre Q. Stertinii, quem utrum-

*) Scholiastae illi, qui saepe delirant, etiam saepe sapiunt, ut de Stertinii scriptis [versibus?!] aliunde nobis incognitis audiendi sint. De Empedoclis poematis vide Bünem. et Cellar. ad Lactant. Inst. 2, 12, 4. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 50, 217. Karsten. l. l. p. 57 sqq. et quos laudat Steinhartus l. l. p. 88 sq. imprimis Th. Bergk. Commentat. de Prooemio Empedoclis. Berol. 1839.

que Plinius H. N. 29, 1. inter nobiles Claudii principis medicos enumerat, secus esse temporum ratio evincit. Conf. Düntzer. ad Sat. 2, 3. p. 340. De aliis Stertiniis vide Gatak. ad M. Antonin. 12, 27. p. 359. et interpp. ad Quintil. Inst. 3, 1, 21. Tac. Ann. 1, 60. Quodsi interpretes formam grammaticam *Stertinium* pro *Stertiniano* observant, satis de ea re dixerunt viri docti, ut *Bentlejus* ad Od. 2, 13, 8. et *Wetzelius**) in Ind. Syntact. p. 102., at nemo eorum, quod sciam, discrimen alterius scripturae *Stertinii, Stertini acumen* (quod ad sententiam attinet) rite enodavit. Ut paulo subtilius dicitur *Klopstockii ingenium* et *Klopstockianum ingenium*, ita *Stertinium acumen* h. l. non tam unius hominis, Stertinii acumen, quam totius generis, Stertiniorum i. e. Stoicorum indicare videtur, quanquam me non praeterit, Horatium unam saepe rem vel personam pro toto genere ponere, cuius quidem rei exempla collegerunt *Kirchner.* ad Sat. 1, 1, 58. *Weichertus* ad Poet. lat. Reliq. p. 420. *Mitscherl.* ad Od. 2, 18, 6. alii. Ita *Praxitelia capita* ap. Cic. de Divin. 2, 21, 48. ib. Hotting., *Αἰάντειόν τινα τὴν κορωνίδα* ap. Lucian. Quom. hist. conscr. etc. 26. ib. Herm. p. 165. coll. Weissenb. „Latein. Schulgr." 204, 3. p. 230. Ut hic jocose Stoica sive subtilitas sive sagacitas (A. P. 364.) Empedocli opponitur, ita alias certa hujus circumscriptionis ratio est (Sat. 1, 2, 32. 2, 1, 72. Od. 3, 5, 13. 21, 11.), ut *Stert. acum.* pro sola habeas illius hominis periphrasi, quam quidem sentiunt complures interpretes, magnopere cavendum sit**). Qui *Empedocleum* scripserunt, eos prorsus fugit loci elegantia, ne quid dicam de compositionis varietate, de qua vide *Schmid.* ad Epist. 2, 2, 63. 68. et II. p. 307. coll. Drak. ad Liv. 25, 15, 11. Quanquam talia nobis propter discrepantes interpretum sententias saepe

---

*) His adde Hand. ad Stat. Silv. I. p. 450. Sillig. Epist. crit. p. 40. Becker. ad Ovid. Trist. 3, 8, 13. in Eleg. Rom. Herzberg. Obss. ad Propert. Halberstad. 1836. p. 8. Ramsh. Gr. lat. §. 96, 4, g. p. 288. Unger. Theban. Paradox. I. p. 397.

**) Ita Lucret. 3, 372. *Democriti quod sancta viri sententia ponit.* Juv. 13, 184. *mite Thaletis ingenium.* Cic. Offic. 3, 26, 4. *Palamedis perspicax prudentia*, ut Hom. Od. 11, 600. *σθένος Ἡρακλῆος* et similia, de quibus vide Lambin. ad Od. 3, 5, 13. Heind. ad Sat. 1, 2, 32. Schmid. ad Epist. 2, 1, 191. coll. Sciopp. Verisim. 4, 6. Weitz. ad Val. Fl. 1, 561. Gronov. Diatr. in Stat. I. p. 443. ed. H. Schwab. ad Phaedr. 1, 3, 16. Diss. ad Tib. p. CLXXIII. Ramsh. Gr. lat. §. 203. p. 938 sqq. Matth. Gr. gr. §. 430. Ad v. *acumen* conf. Cic. ad Attic. 13, 19. *Antiochia diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum.*

extorqueri vere dolemus, tamen nihil moramur eos, qui ejusmodi res minutas acutis naribus et caperata fronte condemnant.

V. 21 — 24. *Verum — deest.* Jam redit ad rem v. 7. propositam: „Verum quicumque est tua vitae habitus, recipe quem tibi commendo tradoque Grosphum in tuam familiaritatem;" hoc est de sententia Scholiastae Cruq. „sive laute sive parce vivis," a qua explicatione cum *Sanadono* alia quidem de causa discedere non debebant interpretes novissimi. Sed ut loci festivitas, quae ab interpretibus nisi ex una parte ad liquidum non est perducta, magis in aperto sit, observanda sunt duo: primum Poetam in philosophia Empedoclea permanere, deinde habere rationem rerum orientalium, quas Iccius utpote in Aegypto et Arabia aliquot abhinc annis versatus bene noverat. Commemorat igitur, ut amico philosophanti risum moveat, res quasdam quasi sacras, a) *pisces:* etenim ut philosophos Pythagoreos propter abstinentiam ab animalibus imprimis piscibus rident Alexis et Antiphanes ap. Athenae. IV. p. 161. IX. p. 386., ita Aegyptii et Syri piscibus abstinuerunt. Utriusque rei vide exempla. Athenae. l. l. p. 161. *Οἱ πυθαγοριζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν, Οὐτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὐτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν Ἔμψυχον* etc. Inde illud Pythagoreorum: *ἰχθύων μὴ γευέσθαι·* G. J. Voss. Theol. gentil. 3, 27. p. 858. 4, 23. p. 1372. Erasm. Adagg. 1, 1, 2. p. 22. A. Gell. 4, 11. Valcken. ad Eurip. Hippol. 952. Maj. ad Cic. de Rep. 3, 11.; Herod. 2, 37. Plutarch. de Isid. et Osirid. VII. p. 393. Rupert. ad Juv. 15, 7. Porphyr. de Abstin. 2, 61. 4, 15. Creuz. et Moser. ad Cic. N. 3, 15. Menandr. Fragm. p. 12. ed. Dübn. et quos laudat Creuzer. in „Symb. u. Mythol. im Auszuge von Moser. p. 280. N. 49. 50. b) *porrum et caepe.* Juv. 15, 9. *Porrum et caepe nefas violare ac frangere morsu.* Prudent. Perist. 14 (10), 259. (Weitz.) *Appone porris religiosas arulas, Venerare acerbum caepe, mordax allium.* Id. in Symmach. 2, 866. *Porrum et caepe deos imponere nubibus ausi.* Minuc. Fel. Octav. 28, 10. *Iidem Aegyptii non magis Isidem quam caeparum acrimonias metuebant.* Diodor. 2, 4. Plutarch. l. l. p. 394. Plin. H. N. 19, 6. A. Gell. 20, 8. Casaub. ad Pers. 5, 188. Barth. ad Claud. Cons. Mall. 128. p. 143. Gesn. Chrestom. Plin. p. 32. Alexand. ab Alexandr. Genial. Dier. 5, 10. In verbo autem *trucidandi,* quod *Doeringius* per zeugma solum ad *pisces* referendum, ad *porr.* et *caep. contundis* intelligendum perperam docuit, elegantem in Pythagorae et Empedoclis *μετεμψύχωσει* senties lusum. Ita Empedocl. Fragm. v. 313. ed. K. *πάντα γὰρ ἴσθι φρό-*

νησιν ἔχειν καὶ νώματος αἴσαν, ad quem locum Karsten. p. 459. laudat Sext. Emp. adv. Math. 8, 5. 286. *Ἐμπεδοκλῆς ... πάντα ἠξίου λογικὰ τυγχάνειν καὶ οὐ ζῶα μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτά.* Conf. eund. ad v. 380. *Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε· Θάμνος τ' αἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔλλοπος ἰχθύς* p. 459. et omnino p. 510. N. 27. Sturz. ibid. p. 471—484. Rupert. ad Juv. 3, 229. Bach. ad Ovid. Met. 15, 75 sq. 453 sqq. Inde illud ap. Hieronym. adv. Jovinian. 2. (II. p. 52. C. ed. Frkf. et Lips. 1684) *Probabo non Empedoclis et Pythagorae nos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν omne quod movetur et vivit edendum non putant, et ejusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumque succiderint, cujus parricidae sunt et venefici.* Restat, ut Poetam *pisces porro ac caepis*, vili et plebejo cibo opposuisse probemus, ne quis, ut *Sanadonus*, in eorum commemoratione novum suae de vilibus piscibus v. 8. opinioni reperiat praesidium. Ipse locupletissimus hujus rei testis est Sat. 2, 2, 120. 4, 37 sqq. Epist. 15, 23, tum vide Plutarch. Symp. 4. probl. 4. Athenae. VI. p. 224 sqq. (p. 361 Schweigh.) et quos laudant Heind. ad Sat. 2, 8, 42—46. G. J. Voss. 4, 23. p. 1373 sqq. Rupert. ad Juv. 5, 92—98. Nolo tamen cum *Dacerio* opinari, verba *Seu pisces* priori dilemmatis parti: v. 2. *si recte frueris*, verba *seu porr. et caep.* posteriori: v. 7. *Si forte — abstemius*, accurate respondere. Quum Horatius hic ut Romanus de piscibus loqui censendus sit, cadit eorum ratio, qui, ut *Fr. Jacobsius* (p. 25), *Schmidius*, *Orellius*, *Düntzerus* auctore *Niebuhrio* (ap. Fr. Jacobs. p. 30.) *pisces* certum esse lautioris cibi indicium negant hac imprimis re ad id judicium faciendum permoti, quia piscium seu recens captorum seu *ταρίχους**) vilius in Sicilia fuisse pretium opinati sunt. Quodsi omnino quae hucusque disputavimus a vero non abhorrent, ridebis *Orellii* expositionem, qua Iccii „victum constare non solitum esse nisi piscibus, porro ac similibus“ dicit, miraberis subtilissimi *Hochederi* opinionem, qua v. 21. utriusque philosophi disciplinam opinatur significatam: „Ich finde in diesem eine Anspielung auf die beiden durch ihre Repräsentanten bezeichneten Systeme, vielleicht nach dem unserm Dichter eignen Chiasmus, vergl. Heind. ad Sat. 1, 3, 52,“ pro nihilo habebis *Düntzeri* miram sententiam, qua Iccium de cibis vilissimis, ut *piscibus**), *porro* etc.

---

*) *Porrum* et *caepe* quam vilis habitus sit cibus testantur de *porro* Sat. 1, 6, 115. Turneb. Adv. 9, 19. Juv. 3, 293. 14, 133 (ib. Rupert.) Athenae.

sibi in Sicilia appositis questum esse ait. Non penes ipsum fuit Iccium, quo vellet victu uti? An fugit Virum doctissimum quae apud Siculos esset laute vivendi ratio? Vix mihi tempero, quin, quanquam temporum non sum ignarus, eum amendem ad *Siculas mensas, dapes*, de quibus dixerunt Mitsch. ad Od. 3, 1, 18. Pontan. ad Macrob. Sat. 7, 5. p. 646. Z. Gronov. ad Macrob. Somn. Scip. 1, 10. p. 60. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. 9. II. p. 441. Bip. Maxim. Tyr. 3, 3. 27, 5. coll. Strab. 6, 2. et Erasm. Adagg. 2, 2, 68. p. 412. Quum idem ille V. d. festivam illam in verbo *trucidandi* significationem a *Dacerio* et *Wielandio* jam recte explicatam inesse negat alios ut Cic. Cael. 18. Virg. Aen. 4, 330. Mart. 11, 31. comparans locos (p. 173.), dubito num versatile Horatii joca seria agere soliti ingenium bene perspexerit. Veteres autem interpretes veris hic immiscentes absurda non moramur; sed manum de tabula, ne sua nos feriat ferula saevus iratusque magister!

V. 22. *Utere Pompejo Grospho. Doeringium*, cui praeivit Britannicus, audire noli explicantem: „adhibe coenae tuae.“ Ita infra 17, 14. *regibus uti.* Cic. ad Attic. 16, 5. *Cn. Luccejus, qui multum utitur Bruto.* Id. ad Div. 13, 14, 1. Nep. Attic. 8, 2. *Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens aequali familiarius.* Lucian. Tox. 22. φίλοις ἐκέχρητο εὐπόροις οὖσι πενέστατος αὐτὸς ὤν. De *Pompejo Grospho* (Schol. Cruq.: „Pompejus Grosphus amicus fuit Horatii, cujus meminit in Odis, eques ex Sicilia oriundus“), quem vel ejus patrem civitatem Romanam per Cn. aut Sext. Pompejum adeptum esse cum *Orellio* ad Od. 2, 16. arbitror, post *Vanderbourgium* ad Od. 2, 7, 5. 16, 7. 33. I. p. 363 sq. 375 sqq. docte exposuit *Weichertus* in Commentat. de *Lucio Vario et Cass. Parm.* p. 136—38., quocum conf. *Walckenaer.* II. p. 52. 170. 173. Alius autem est *Pompejus Varus* Od. 2, 7., quem eundem putant *Sanadonus, Janius, Mitsch., Wetz., Grotefendus, Car. Passovius*, alii, conf. *Drumann.* IV. p. 593. et *Car. Schiller.* in „Zeitschrift

IV. p. 137. (p. 39. Schweigh.) coll. Billerb. Flor. class. p. 89. Winer. Bibl. Realwörterb. II. p. 10., *de caepis* Plin. H. N. 19, 6. Athenae. IV. p. 161. (p. 129. Schweigh.) p. 170. (p. 161). Klussmann. ad Naev. Fragm. p. 138. Pers. 4, 31. et quos laudant Billerbeck. l. l. p. 90. Winer. l. l. II. p. 856. coll. Erasm. Adagg. 3, 1, 8. p. 637. De victu τοῦ ταρίχους hominum plebejorum communi nemo dubitat, qui locos contulerit ab *Hermanno* ad Lucian. Quomodo hist. etc. p. 136. et 329. indicatos. Sed res ipsa εὐχαῖς ὅμοια dici videtur.

f. d. Alterthumsw.“ 1837. p. 1158. De hoc *Pompejo Gr.* Iccium, propterea quod ab eo superbius vel arrogantius tractari sibi visus esset, conquestum esse mirum in modum suspicatur *Düntzerus* *), quae quidem suspicio, si verborum ordinem respicias, haud scio an sensui communi adversetur. — *si quid petet, ultro Defer. Orellium,* quod locum ab interpretibus multimodo vexatum sicco pede transiit, utique nescio utrum magis laudem, an vituperem. Etenim non solum *Lambinus, Cruquius,* sed et sagacissimus *Marklandus* „ultroneam oblationem“ plus aequo rimantes suo quisque more modoque verba illa interpretati sunt, *Lambinus* quidem: si qua re egebit vel si quid tacitus petet, non rogatus defer,“ *Cruquius* asyndeto particulae *et* intellecto: „et ultro, etiam non rogatus,“ *Marklandus* autem sua horum verborum *petet ultro* distinctione, quam locis ex Sat. 2, 1, 39. Liv. 42, 12. 45, 27. Grat. Cyneg. 162. Mart. 5, 6. allatis probabilem reddere studet quamque *Bothius* sic explicat: „si quid praeterea petat, ei concedas.“ Ab illis dissentiunt praeter alios *Chabotius* et *Dorighello* (quos secutus est *J. H. M. Ernestius*): „defer illi amplius et cumulatius, quam rogaverit.“ At viros illos oleum et operam perdidisse dixerim. Horatius hoc vult: „optatis Grosphi non minore studio responde, quam si ultro deferres,“ neque ei valde adversor, qui mavult: „ejus desideria praeveni.“ Cic. Epist. ad Div. 13, 29, 14. *Omnia, quae potui in hac summa gratia tua ac potentia impetrare, si petiissem, ultro te ad me detulisse putabo, si*

*) Is inter alia p. 175 haec: „Iccius argwöhnte bei Pompejus Stolz und Vornehmheit, wesshalb er sich zurückzog, indem er glaubte, dieser wolle übermässige Ansprüche an ihn machen, welcher Argwohn natürlich ein freundliches Verhältniss im Keime ersticken musste. Von diesem Argwohne soll er ablassen und seinen Wünschen entgegen kommen; denn er ist überzeugt, dass Gr. keine unbilligen und ungerechten Anforderungen an ihn machen, sondern ihn als wahren Freund achten und lieben werde.“ Contra *Walckenaer* l. l. p. 170. Fatiqué du tumulte de Rome, et renonçant aux dangereuses jouissances d'une grande capitale, Grosphus résolut de se retirer dans les beaux domaines qu'il possédait dans sa patrie. Horace crut devoir le recommander à un de ses amis qui, quoiqu'il se trouvât dans une position secondaire, devait avoir un grand crédit, par le patron dont il servait les intérêts. Cet ami était Iccius, qui, après l'issue fâcheuse de l'expédition d'Arabie — — — avait accepté la place d'intendant des biens qu'Agrippa possédait en Sicile. Il pouvait être d'une grande utilité à Grosphus pour ses nombreuses affaires et la gestion de ses grands biens. C'est dans le but d'engager Iccius à servir cet ami de son crédit et de son expérience, qu'Horace écrivit l'épitre douxième“ etc.

hanc rem impetravero. In sententiam quoque Auson. ad Gratian. gratiar. act. p. 285. Bip. *Praestare tibi est, quam nobis optare, velocius.* Symmach. Epist. 1, 41. *vereor ne me injurium putes, qui a te postulem, quod sponte praestaturus es.* Hinc Publ. Syrus a *Schmidio* laudatus v. 89: *Bis gratum est quod dato opus est, ultro si offeras.* Similiter *petenti promptum esse* dicunt, vid. Rupert. ad Tac. Ann. 4, 60, 3. Nescio *) autem, num plane mecum faciat *Doederlinius* (Syn. III. p. 107.): „quod tantum abfuit ut non concessurus fuerit roganti, ut ultro detulerit non roganti." — V. 23. *nisi verum orabit et aequum.* Similiter Cic. Ep. ad Div. 13, 14, 3. *quoad tibi et aequum et rectum videbitur;* ibid. 13, 58. 59. *quae aequa postulabit, ut libente te impetret — quae erunt aequa libente te impetret;* ib. 13, 53, 2. *Nihil enim abs te unquam, quod sit alienum tuis, aut etiam suis moribus, postulabit.* De signif. v. *verum* vide ad 7, 98. et conf. Hildebr. ad Apul. de Mag. 84. p. 604.; quapropter mireris *Dacerii* interpretationem: „C'est un honnête homme, qui ne vous dira rien que de vrai" etc.

V. 24. *Vilis amicorum — deest.* Sententia: „Amicitiam proborum hominum vilissimo pretio parari, si qua re, maxima, minima, indigeant; quodvis pretium vile haberi debere in amicitia proborum hominum concilianda" etc. Ita recte *Mitscherlichius* (Racem. Venus. Fasc. III. p. 10) contra *Cruquium,* qui annonam interpretatus erat gratiam benevolentiamque, qua et foveretur et sustineretur amicitia, ut sententia esset: „in bonis viris juvandis parvo constat amicitia; quia boni viri si egent, nil quod iniquum est petunt, ita et facile et sine periculo amici eis subvenitur; vel parva est amicorum gratia inter se, si viros bonos sibi commendatos egere sinunt aut non defendunt." Alii aliter **). Comparant autem sententiam Socratis ap.

*) Interpretes nostrates quemadmodum torserint voc. *ultro* dici vix potest. *Wieland.*: „falls er was begehrt, komm ihm freundlich entgegen;" *Voss.*: „und wünscht er, zuvor denn eile ihm;" *Ernesti:* „falls er dich bittet, gieb ihm mehr, als er bittet;" *Scheller*: „gerne gewähr' ihm, Wess er dich bittet;" *Günther*: „gieb willig, um was er dich bittet;" *J. Merkel*: „Erfülle den Wunsch ihm, eh' er ihn ausspricht." De varia v. *ultro* significatione cf. Wagn. Qu. Virg. XXVII, 1. 2. Burm. ad Val. Fl. 6, 254. Cort. ad Lucan. 3, 498. ad Sall. Fragm. p. 965. Drak. ad Liv. 40, 12, 4. Arntz. et Gesn. ad Plin. Paneg. 6, 4. Hildebr. ad Apul. Met. 6, 17. p. 450. Schirach. Clav. Hor. p. 383. et quos laudat Schmid.

**) *Landinus*: „Parvo subvenitur amicis, si boni sint, quoniam modestissime petunt." *Xylander*: „Eum qui bonis patitur deesse ac non sua

Xenoph. Mem. Socr. 2, 10, 4. *διὰ τὰ πράγματα* (ubi quid deest) *εὐνοητάτους ἐστὶ φίλους ἀγαθοὺς κτήσασθαι.* Theogn. 105 sqq. ed. vulg. Addo Isocr. ad Demonic. 44. p. 15. Wlf. *Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποιεῖ· καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη.* Lambinus cum Ascensio confert Plaut. Mil. glor. 3, 1, 137. ubi vide Taubm. Haec gnome quanquam nullo ad aequas Grosphi preces respectu prolata videtur, tamen totus sententiarum color eam Iccii conditionem ponit, qua Grospho petenti opem ferre queat, ut omnem deroges *Düntzero* fidem, quum Iccium a suspicione difficilioris illius Grosphi et paulo morosioris avocatum dicit. Neque melius res successit *Doeringio* de Iccii avaritia cogitanti: „si vir bonus, qualis est Gr., re aliqua qua ille indiget, a te juvabitur, vili pretio eum tibi amicum parare poteris, *quia ea tantum, quae vilioris pretii sunt, a te petet.*"

V. 25. *Ne tamen — res.* Hic Epistolae epilogus, qui de statu Romano triplici victoria aucto Iccium facit certiorem, num Augusti ejusque amicorum causa additus sit, ut opinantur *Schmidius, Orellius,* alii, equidem, si ea, quae supra conjicere ausus sum, aliquam probabilitatem habent, magis dubitem quam affirmem. Verum hic *Düntzerum* quoque vidisse lubens indico. Sunt enim, qui et hoc loco, ut *Rodellius, Sanadonus, Haberfeldus,* tergiversantem Iccii derisorem *) videant. Porro nollem addidisset *Orellius:* „Ne tamen tu, remotus quum sis ab Urbe et studiis occupatus, ignores." Additamenta enim talia quum fere a re sint aliena, legentium animos rebus nondum exploratis implicent necesse est. De formula: *quo loco, quo in loco res sit* vel *sint,* ut Cic. ad Attic. 7, 16. *perspiciamus, quo loci sit res,* conf. Schmid. ad h. l. Drak. ad Liv. 2,

---

liberalitate potius sublevatos devincit, amicos parvi pendere ac pro re non magni pretii ducere." *Piscator*: „Amicorum annona (bona, facultates) patet viris bonis, ubi quid illis deest. Sententia igitur: viri boni facile ab amicis impetrant id quo egent." Et sententiam auctore Ascensio et constructionem primus expedivit *Lambinus*, ut supra indicavimus. Bene verterunt nostrates, ut *Car. Passovius*: „Wohlfeil stehen die Freund' im Preis, wenn es Guten woran fehlt." Qua de causa *Fr. Jacobsii* (p. 26.) explicatio: „Ein Mann wie dieser, ist auch durch leichte Dienste zu gewinnen," a *Düntzero* notetur, in promptu est.

*) Similiter *Dorighello*: „Tu dumtaxat in congerenda pecunia occupatus et contemplandis naturae arcanis nihil aliud cogitas; verum non tibi licet ignorare, quae utiliter Reipublicae obtigerint."

47, 5. 7, 35, 7. ad Sil. Ital. 1, 598. Forbig. ad Virg. Aen. 2, 322. Herzog. et Kritz. ad Sall. Cat. 58, 5. Recte *Jos. Merkel:* „Dass nicht fremd dir bleibe die Lage des Staates, so wisse!“ De intelligendo v. *scito* vid. annot. ad 1, 1, 14.

V. 26. sq. *Cantaber Agrippae — Neronis Armenius cecidit.* In recta hujus loci expositione, quem infaustis ominibus adierant *Bentlejus* ad Epist. 18, 56., *Ruhnkenius* ad Vell. Pat. 2, 94. (consentiente *Eichstadio* ad van Ommer. p. 225.), *Bothius* ad Feam, quippe qui Poetam de rebus Armeniacis vel adulationis vel incuriae insimularent, hac quidem aetate antesignani et vindices fuerunt *Doeringius* et *Schmidius.* — Cantabros autem ab Agrippa a. u. 734. perdomitos esse hic ipse locus locupletissimus est testis; scriptorum imprimis Dionis Cassii 54, 11. de hoc anno dissensum bene composuit *Sanadonus,* quem vide et cf. *Düntzerum* hac de re sobrie p. 63 judicantem. Locos, qui de bello Cantabrico saepe redintegrato sunt, indicarunt *Schmidius* ad h. l. et ad 18, 55. *Janius* et *Mitscherl.* ad Od. 2, 6, 2. 3, 8, 21. 4, 14, 41. *Kaestner.* in Progr. Cellens. 1835 p. 5—11. ad Od. 3, 14, 3., quibuscum cf. Rupert. ad Liv. 28, 12, 7. et ad Tac. Ann. 4, 5, 2. interpp. ad Flor. 4, 12, 51. Tzschuck. ad Eutrop. 7, 9, 3. Frandsen. „Agrippa.“ p. 126 — 132. laudatus a Lübkero ad Od. 3, 8, 21. et Frank. Fast. Hor. p. 159. — *Claudi virtute Neronis Armenius cecidit,* i. e. Armenia subacta est, ut paulo ante *Cantaber* et Od. 4, 14, 41. Antea fere *Armenium* intelligebant Artaxiam, Armeniorum regem, quem Tacitus Ann. 2, 3. *per dolum propinquorum occisum, datumque a Caesare Armeniis Tigranem deductumque in regnum a Tiberio Nerone* dixerat. Vid. Monum. Ancyr. p. 375. Wolf. et locos ad Epist. 1, 3. p. 200. indicatos, quibus adde de nummo in Armeniam captam cuso Eckhel. D. N. VI. p. 98. Rasch. Lexic. I. p. 1110—16. et quem supra laudavi Loers. ad Ovid. Trist. 2, 227. Medium in hac re quasi tenuit *Doeringius,* quum Horatium non eos secutum opinaretur, qui caedem Artaxiae dolo propinquorum tribuissent, sed in Tiberii gratiam vulgarem illam famam, qua caedes quoque Artaxiae ad res a Tiberio gestas relata esset. Simile quid Lipsius ad illum Taciti locum sensit, sed ne tali quidem vindice et sospitatore indiget Horatius. Conf. Both. quoque ad Od. 4, 15, 9. ed. Feae.

V. 27. *jus imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor. Jos. Merkel:* „Caesars Herrschergebot und Gesetz nahm König Phraates Flehend in Demuth an.“ Phraates IV. seu Arsaces

UNIVE CAL

XV., Parthorum rex, fama Tiberii in Armeniam progressi permotus signis a. u. 734. restitutis Caesaris amicitiam ultro petiit et ejus legibus se subjecit. Quae res ut Augusto laetissima fuit, ita a scriptoribus celebrata et memoriae mandata est. Vid. Dio Cass. 54, 8. Sueton. Octav. 21. Vell. Paterc. 2, 91. 94. Justin. 42, 5. Monum. Ancyr. p. 376. Strab. 6, 4. p. 59. 16, 1. p. 353. Clinton. Fast. Hellen. ad ann. 20. III. p. 240. Conf. Bentl. Fe. et Schmid. ad 18, 56. C. Passov. N. 249. Mitsch. et Orell. ad Od. 2, 9, 19. 4, 15, 7. C. S. 54. Riedel. ad Epist. 2, 1, 256. p. 426—28. Lübk. ad Od. 2, 9. p. 246. Gruppe ad „Römische Elegie“ I. p. 331. Thiel. et Forbig. ad Virg. Aen. 6, 795, 7, 606. interpp. ad Ovid. Fast. 5, 580—596. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 228. Broukh. ad Prop. 4, 6, 80. Oudend. ad Suet. l. l. Rupert. ad Liv. Epit. 139, 3. ad Tac. Ann. 2, 1, 1. Tzschuck. ad Eutrop. 7, 9, 23. Freinsh. Fragm. Liv. 136, 22. 23. Ad verba *jus imperiumque* intellige *Caesaris*, non Armeniae, quam quidem Bentlejus aliique intellexerunt, neque intelligendus est Phraates in regnum suum restitutus atque omni imperio quasi regio donatus, quanquam res per se vera est, sed quod suadet formula: *imperia accipere* ap. Tac. Hist. 2, 19. Liv. 25, 9, 4., cui contraria est *fremere imperia* ap. L. Cass. Hemin. Ann. II. p. 48. Cort. Ita in alicnjus *ditionem imperiumque concedere* ap. Liv. 29, 29, 10., ad quam formulam proxime accedit *imperium majestatemque populi Romani conservare* Liv. 38, 11, 2. ibiq. Duk. Conf. Schmid. ad h. l. Duk. ad Liv. 32, 33, 8. Fabr. ad Sall. Cat. 20, 7. et ad Liv. 21, 61, 7. Hinc judicare licebit de *Dacerii* interpretatione: „Phraate à genoux a reçû la Couronne et le Sceptre des mains de ce jeune Prince.“ Intellexit igitur nomine *Caesaris* ipsum Tiberium, propter quam rem jure meritoque nota censoria notatus a *Sanadono* est. In eosdem laqueos incidit, quod mireris, *Walckenaerius* (II. p. 172.): „Phraates à genoux a reçû des mains d'Auguste son sceptre et sa couronne.“ Praeivit *Bothius* in ed. Gesneri. Cetera quum *Dillenburger* (Progr. Aachen. 1841. p. 13.) ex Acronis scholiis ad lemma *Phraates* vitiose scriptis verba illa digna habet quae memoriae mandentur, quod Tiberium fuisse tradant, qui arma a Parthis timore Augusti reddita acceperit et Augusto tradiderit; quod ita factum esse ab aliis scriptoribus non narrari dicit V. d., equidem talia Acronem, quem paene ad verbum sequitur Schol. Cruq., ex Suetonio finxisse arbitror. Ibi, quod idem ex Liv. Epitom. 139. effici videtur, leguntur haec in Vit. Tib. 9.: *regnum Tigrani resti-*

tuit ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. Quod autem Augustus Phraatem una cum filiis ejus in suam fidem et clientelam recepit, id per Titium Syriae praetorem factum esse ex Strabone 16, 1. conjici haud difficulter potest. Interpretationem supra propositam probabilem reddunt verba quoque *genibus minor,* i. e. in genua procumbens sive ut ait Ovid. Met. 3, 240. *genibus supplex positis similisque precanti,* sive 4, 340 *flexumque genu summisit,* ita tamen, ut Poeta luserit in ambiguitate vocabuli *minor,* de quo vide ad 10, 35. Imago ipsa poetica est, si contuleris Tac. Ann. 2, 1, 1. *Phraates — cuncta venerantium officia ad Augustum verterat.* In rei memoriam nummus est signatus, in quo Parthus genu flexo vexillum porrigit; vid. *Nonni* Commentar. in Aug. Caes. Nomism. p. 62—65. *Eckhel.* D. N. VI. p. 95. coll. p. 121. *Rasch.* Lexic. III. 2. p. 596. Ille typum ex hoc loco et Ovid. Fast. 5, 593. expressum opinatur. Ad eandem rem scite refert onychem *Beuthii Silligius* in „Tübing. Kunstblatt" 1833. N. 4. p. 15 sqq. Quapropter pingui Minerva agere censendi sunt qui, ut *Buchnerus* in Fabri Thesaur. v. *genu* et *Düntzerus* p. 177.*) Genitivum *Caesaris* cum v. *genibus* jungendum docent, ille quidem, ut significetur, Phraatem supplicem fusumque ad genua Caesaris et sic minorem genubus recepisse regnum (?!), hic, ut ad v. *imperium* verba *populi Romani* intelligantur. Viri illi in hunc errorem sine dubio inciderunt loco ap. Suet. Ner. 13. (*Nero Tiridaten — primo admisit ad genua* etc.)

---

*) Ut alii poetae, ita Horatius verborum vim intendit, ut ea ponat primo loco versus qui fere sequitur, ut supra v. 28 *ultro Defer.* Od. 1, 3, 12. *qui fragilem — Primus.* 1, 7, 17. *parturit imbres Perpetuos.* 4, 9, 25. *Vixere fortes ante Agamemnona multi.* Epist. 2, 2, 84. *statua taciturnius exit Plerumque.* Alia complura collegerunt *C. Passovius* N. 270. et *Steiner.* in Progr. Crucenac. 1841. de Hor. C. Saec. Commentat. p. 11. Quodsi concederem, Genitivum ad *genibus* pertinere, eum dicerem ad utramque rem esse referendum ex ea dicendi consuetudine, quam pluribus illustravi in Excurs. ad Epist. 7. p. 402 sqq., locis illis et scriptoribus nunc addo *Axt.* ad Vestrit. Spur. p. 61. *Madvig.* de locis quibusdam Juvenal. II. p. 11 sq. et ad Cic. de Fin. 5, 9. p. 659. *Peter.* ad Cic. Brut. 3, 10. p. 11., conf. *Düntzer.* ad Od. 1, 27, 23. p. 145. Sed redeamus ad propositum! Nulla hic Ellipsis est *pop. Rom.*, nisi ei, qui vim Genitivi *Caesaris* collocatione auctam ut 13, 18. non persentiscit. De verbis *genibus minor Bauerus* quoque dixit ad Sanct. Min. II. p. 121.

aut similibus. Miror quoque, *Orellium*, qui paulo ante recte indicavit verborum structuram, hic addere: „*gen. min.* pr. infra Caesaris genua collocatus, ad genua ejus admissus.“

V. 27. 28. *aurea fruges — defundit Copia cornu*, i. e. χρυσῆ, beata, benigna ex alto in terram quasi effundit. Simplicius Od. 4, 15, 4. 5., sed eadem imagine Od. 1, 17, 16. C. S. 59. 60. Similiter ubertatem frugum late diffusam, ubi Bacchus arriserit, describit Dionys. Perieg. 949. *Μειδιόων καὶ πολλὸν ἐπ' ἀνδράσιν ὄλβον ἔχευε.* Genium Augusti cum *copiae cornu* habet Visconti Museo Pio-Clement. 3. tab. 2. et nummus ap. Vaillant. Pr. p. 3. II. p. 27. De vario hujus mythi usu vid. Mitscherl. et Orell. ad Horatianos locos, Wernsd. ad Calpurn. Ecl. 10, 36. II. p. 359 sqq. Bach. ad Ovid. Met. 9, 87. coll. Klaus. de Carm. Fr. Arv. p. 53. N. 133. Solan. ad Lucian. de Merced. conduct. p. 532. III. Bip. Similes aliorum locos suppeditat Sitzman. ad Boeth.*) de Consol. phil. Carm. 2, 2, 5. 6. Qui legunt *diffudit*, omnino ubertatem descriptam, qui *defundit*, epistolam ante messem datam vident, qui *defudit*, messem hoc anno largissimam fuisse opinantur significari, quod ne jam resciverit Iccius vereor. Atque haud scio an rectius ii, qui universam anni annonam etiamtum ubertate sua conspicuam intelligunt. In hoc interpretum numero *Fea* quoque est, qui non contemnenda docet. *Walckenaerius* verbis: „l'Abondance, de sa corne d'or, verse tous ses bienfaits sur l'heureuse Italie“ addit magnificentiora quam veriora: „Jamais, en effet, l'empire romain ne jouit de plus de bonheur, n'atteignit un plus haut degré de prospérité et de gloire. Le despotisme, toujours revêtu des formes honorables de la liberté, entouré des rites vénérés de la religion, ne déployait qu'une puissance salutaire et jamais oppressive. L'ancienne constitution étoit respectée; en obéissant, on se croyait encore libre; et les faveurs du ciel semblaient consacrer par des récoltes abondantes la sagesse d'Auguste qui présidait, comme une

*) Quod verba: *Copia pleno cornu* Lactantius ad Stat. Theb. 4, 106. Boethio tribuerat, Tiliobroga aetate posteriorem esse Boethio Statianum interpretem putavit. Contra *Munckerus* ad Hygin. Fab. 31. p. 77. corruptum hic censet Lactantium et in Boethii locum Horatium, apud quem idem C. Saec. 59. legatur, substituendum. De aetate Lactantii (Lutatii) hic quaerere non attinet, hoc unum autem conjici posse videtur, Boethio, quum *nec retrahat manum Pleno Copia cornu* diceret, aut hujus epistolae aut illius lyrici carminis locum observatum esse.

divinité bienfaisante, aux destinées de Rome.“ Quae hic observavit Vir doctissimus, magis accommodata ad Od. 4, 15, 4—20. esse videntur. At sunt et alii, qui haec in Augustum, quippe qui auream aetatem reduxerit, dici volunt, incredulus autem vereor, cui quidem verum auro carius est, ne aurea illa ubertas in ipsis interpretibus insit. Liberae autem suae cuique sunto cogitationes!

A d d e n d a:

I, 8, 1. Cum *Bianconio Paldamus* quoque, ut nunc video, facit; sed Cornelium Celsum, scriptorem illum medicinae, non eundem esse, qui Celsus Albinovanus vocetur, recte docet *Fr. Ritter.* in Jahnii NJbb. 1843. XXXVIII. 1. p. 52 — 60. contra *Paldamum*, qui „de *Cornelio Celso* scripsit." Gryphisw. 1842. Praeterea F. R. praefationis ad Corn. Cels. de Medicina a se editum mentionem injicit. Memoratu autem magis digna quam plausu videtur ejusdem V. d. sententia, quam de familiaritate, quae inter Horatium et Celsum intercesserit, p. 60 cum lectoribus communicat: „Uibrigens ist an ein vertrauliches Verhältniss des Horaz zu diesem Celsus kaum zu denken, obgleich er, ausser jener Stelle (Epist. 1, 3, 15 sqq.), worin er sich offenbar über ihn lustig macht, ein eignes Sendschreiben — an ihn gerichtet hat. Denn dieser Brief enthält ausser einem conventionellen Grusse (V. 1. 2.) und einer Warnung vor Uibermuth (V. 15—17.) nichts mehr für Celsus, und ist weniger für diesen, als für Tiberius bestimmt."

- - 10. *veterno.* Conf. *Kopp.* ad Mart. Cap. 9, 1002. p. 772.

- - 2. De *scribis* generatim erudite disputat *W. E. Weber.* in Jahn. „Archiv" 1843. IX. 1. p. 78 sqq. („Uiber die römischen Scribae. Eine Episode aus der Biographie des Horaz.")

- - 12. Excurs. p. 23. adde *Teuffelii* „Horaz." Tübing. 1843. p. 17 sq. et *Zumptii* disputationem „Uiber das Leben des Horaz" etc. editioni Satir. ab Heind. et Wüstemanno curatae praemissam p. 9 sq.

- 9, 4. de rhythmo hujus versus contra Passovium disputat *W. E. Weber.* in Jahnii et Klotz. „Archiv. f. Phil. u. Paedagog." 1843. IX. 2. p. 283.

- 10, 1. De *Fusco Aristio* adde *Welcker.*, V. d., in „Rhein. Museum. Zweit. Supplementb. dritte Abtheilung." 1841. p. 1436. De ejusdem grammatici fragmento quodam egregia est conjectura *M. Hauptii* ad Grat. Cyneg. p. 40.

- - 4. *negat. Klussman.* ad Naev. Fragm. Jen. 1843. p. 198.

- - 5. *Annuimus pariter; vet. — columbi, Tu nid. serv.* Sic distinxit *Braunhardus.*

- - 19. Bentleji conjecturam *tapetis* egregiam vocat *Nodellius* in Crit. obss. lib. 3. p. 88.

- - 36. *opes. Klussman.* ad Naev. Fr. p. 103.

- - 37. *victor violens. Beck.* „de interpretat. veterum scriptorum" etc. p. X.

- - 49. *Haec tibi dictabam.* Ita Cic. ad Attic. 10, 3. *A. d. VII. Id. alteram tibi eodem die hanc epistolam dictavi, et pridie dederam mea manu longiorem.*

- 12, 19. De hoc versu disseruit *Bidermannus* in Progr. schol. Freiberg. 1749. 4 fol. 4.

LIPSIAE,

TYPIS B. G. TEUBNERI.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XIII.

AD VINNIUM ASELLAM.

Ut proficiscentem docui te saepe diuque,
Augusto reddes signata volumina, Vinni,

Ad Vinnium Asellam. Mss. Lips. 2. 3. (sed hic addit: *ut carmina Caesari tradat*) Mon. l. (sed habet: *Asellum*). Berol. 2. Edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. reliq. Loch. 498. Asc. 519. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Gymn. 541. Glar. Lamb. Muret. Cruq. Pulm. Bersm. — e recentt. Talb. Dac. Maitt. Jon. Phil. Sandb. Val. Camp. Orell. (ed. 1.). *Ad Vinium.* Edd. Bentl. (qui def.) Cun. San. Merv. Dorigh. Haberf. Praedic. Schmid. *Ad Vinium Asellam.* Edd. Gesn. Franc. Bask. Sivry. Oberl. Comb. Bad. Zeun. Wakef. Wets. Daru. Hunt. Fe. Ik. Both. Doer. Jahn. Zell. Hoched. Pott. Pass. Braunh. Charp. Amar. *Qu. Hor. Fl.* *Vinnio Asellae.* Edd. Ven. 477. 79. 81. Ita et ms. Gott. 2., contra Guelf. 2. *ad vinium asellium*, Dess. 2. *Ad Asellam*, Dess. 3. *Ad puerum suum*, Mon. b. *Vennium asellum monet, ut carmina Caesari tradat*, Mon. c. *Ad Vinnium Asellam scribit.* — V. 1. *At.* Ms. Mon. f. *Et.* Edd. Ven. 477. 81. — V. 2. *reddas.* Mss. Fe. 1, d. i. Guelf. 1. Gott. 1. Mon. l. — *Vinni.* Mss. plurim. aliorum, quatenus nihil indicant, etiam Oberl. C. D. Orell. b Scd. (sed c in inscr. *Vinium*) e nostr. Guelf. 1. 4. Berol. 1. 2. Goth. Rudolst. Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. Mon. m. Dorv. 1. 2. Corbei. cod. Mentel. *Vini.* Guelf. 2. in margine, in 3. deest; num reliqui mss.

Si validus, si laetus erit, si denique poscet;
Ne studio nostri pecces odiumque libellis
Sedulus importes opera vehemente minister.
Si te forte meae gravis uret sarcina chartae,
Abicito potius, quam quo perferre juberis
Clitellas ferus impingas Asinaeque paternum

Mon. ita scribant, non liquet, *Vcnni* autem est in ms. b., *Vinti* in uno ap. Bersm. *Vinni* edd. antea laud. etiam Dillenburg. comprobat Düntzer. p. 87. conf. Weichert. Lectt. Venus. p. 78 sqq. Editoribus *Vini* (Meinek. quoque) scribentibus propter inscriptiones se adjunxit Orellius in curis secundis, at mss. Horatianos ex inscript. emendandos esse dubito. Conf. infra annot. Recte autem Fea observat, „Bentlejum post ed. Ven. 492., uti notet Cuning. Anim. c. 8. p. 76., suam scripturam non restituisse;“ nam eadem editio in inscriptione consentit cum vulgatis. Bentlejum sequitur Lindemannus quoque (Select. e poet. lat. carm. II. p. 41.), sed inscripsit: *Vinio Asellae.* — V. 3. *poscit.* Ms. Fe. 5, a.

V. 4. *Nec.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, b. d. 2, e. 7, a. — V. 5. *importes, opera* etc. Sic disting. inter alios Cruq. Torr. Bentl. Fe. Meinek. Orell. (qui def.), ut nos praeter multos Lamb. Bersm. Jahn. Schmid. Hoched. Billenb., comprobat R. Klotz. in „Archiv“ etc. 1843. IX. 3. p. 480. et def. Schmidius ad h. l. — *ministri.* Ms. Fe. 7, b. — V. 6. *Sed si forte.* Ms. Mon. e. — *uret.* Mss. vulg. et nostr. praeter duos Mon. b. l. qui habent *urit. urat* Ms. Bentl. 15, b. Sic et h. v. cum duob. seqq. laudat Prisc. 18, 4, 50. ed. Krehl, quod hic recepit (in ed. P. p. 1132. *uret*). Sic et quat. mss. Prisc. ap. Bentl. *urget.* Ms. ap. H. Stephan. (praefat.) Pulm. 10. Bentl. 15, b. (16. ap. Jan.) pro var. lect. Val. cod. Sorb. Comb. G. Bad. 1. (a 2. m.) Fe. 5, a (a 2. m.) Guelf. 2. Mon. e. Scripturam vulg. def. contra Stephan. Bentlejus, Futurum vindicat contra Krehlium disputans Weichert. in Lectt. Ven. p. 78. et Prisciani sententiam, qua *impingas, vertas, flas* esse valt pro impingito, recte impugnat Cruquius. De confusione *urg.* et *ur.* vid. Bentl. et annot. ad 10, 42. p. 49. coll. Duk. ad Flor. 2, 6, 2. — V. 7. *Abicito.* Sic mss. optim. ap. Torr. C. D. ap. Oberl. et Bad. 1. Orell. d. e nostris quidem Guelf. Lips. Dess. omn. Berol. 1. Gott. 1. Rudolst. cod. Mentel. Ita et alii aliorum vid. quos laudat Obbar. ad Boeth. p. 130. et Broukh. ad Tib. 1, 9, 54. Cort. ap. Cellar. Orthogr. lat. II. p. 89. Wagn. Orthogr. Vergil. p. 445. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 33, 142. 52, 210. Beier. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 43. *Objicito.* Edd. Fe. et Ik. indicta causa, quapropter erratum suspicor. — *proferre.* Mss. Fe. 1, d. m. 3, a. ms. Paris. cujus meminit Piscator, Guelf. 4. Ik. 4. Lips. 1. Mon. e. f. g. Ed. Zurck. *portare.* Ms. Pulm. 3. Ik. 5. — *jubéres.* Ms. Fe. 2, h. — V. 8. *Clitellas, ferus.* Sic dist. Palm. 581. Fabr. Wetz. Praedic. Doer. Charpent. Amar. probat et explic. Foss. in Progr. schol. Brandenb. nov. 1834. (de Theophrast. notationibus morum comment. I.) p. 30. — *fessus.* Edd. Ven. 483. 86. 90.

Cognomen vertas in risum et fabula fias.
Viribus uteris per clivos, flumina, lamas;
Victor propositi simul ac perveneris illuc,
Sic positum servabis onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,
Ut vinosa glomus furtivae Pyrrhia lanae,

92. Flor. 482. Loch. 498. Similiter ms. Goth.: *fexus. sero* conjec. N. Heins., quem refellit Bentl. — V. 9. *risum fabula.* Ms. Bersm. un. Dess. 2. *ris. ut fab.* Ms. Fe. 3, a.

V. 10. *utaris.* Ms. Fe. 1, a. *utere.* Lips. (a 2. m.) — *lammas.* Mon. b. — Verba *Viribus — onus* laudat Priscian. l. l. (p. 661. ed. Bas.) Post *lamas* punctum perperam ponunt aliquot edd., ut Fab. Dar. — V. 11. *Propositi victor.* Conj. Cuning. — *illac.* Ms. Fe. 7, a. *illic* Mon. e. — V. 12. *positi,* Ms. Berol. 1 a 1. m. *Sepositum.* Conj. D. Heinsius, probat Rappoltus p. 117., refutat Bentlei. *Si positum.* Conjec. Waddel. (*Animadv. critt.* p. 73). *Sepositum tenuabis onus! Neu.* Ed. Praedicov. — *sub illa.* Ms. Mon. c. — V. 13. *Fasciculos.* Ms. Fe. 1, z. — *serves libr.* Ms. Bersm. un.

V. 14. *Aut vin.* Ms. Mon. d. *Et vin.* Ed. Zurck. — *glomus.* Ms. Cruq. 1, d. Bentl. 6. 5. Gesn. 1. (i. e. Gott. 1., sed superscr. o, quod mihi indicavit C. Fr. Hermannus, V. Cl.) 3. Fe. 2, e. (a 1. m.) [Jaeck de suis tacet, unde crederes, omnes ejus libros mss. hanc scripturam habere]. Pott. 1. 7. 8. Orell. S. Lips. 2. Mon. b. f. Edd. Ven. 509. Junt. 503. (teste Cun. et Fe.) Bentl. qui restituit ex Priscian. 5, 8, 43. I. p. 196. Kr. (p. 139. ed. Bas.) quem sequuntur plurimi recentt. *glomes.* Mss. Lamb. fere oms. Cruq. 1, a — c. 6. 2. 3. ejus Schol. Torr. plur. Pulm. 11. (m.) Bersm. tres. Comb. B. C. G. Pott. plurim. Orell. bcd. Feae sine dub. reliq. e nostris Guelf. 1. 4. Berol. 1. Dess. 2. Gott. 2. Goth. Lps. 1. 3. (superscr. b) Dorv. 1. 2. Corbei. Rudolst. et ut vid. cod. Mentel. Mon. a. c. (sed superscr. b) d. e. Vict. Edd. Ven. 477. 79. 81. Lps. 498. 502. Lamb. Cruq. H. Steph. Torr. etc. e recentior. Talb. Baxt. Jon. Sandb. Val. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Zeun. Haberf. (qui def.) Both. Camp. Doering. *globos.* Ms. Cruq. 7. duo ap. Torr. tres ap. Bersm. sex ap. Pulm. Oberl. C. D. Comb. D. F. Pott. 9. 13. 15. 21. Guelf. 2. 3. Dess. 1. 3. Berol. 2. Mon. l. m. (quorum posterior corrigit: *glomes*, cum gl. ad marginem script. „revolucrum filorum.") Edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Britann. 520. Argent. 515. Bas. 531. Gymn. 541. Glar. Irenic. Pulm. Muret. Fabr. Biedm. Bersm. Zurck. *glomen.* Ms. Fabr. *glomum.* Men. g. Formam *glomes* ex Festo v. *Cingulo* (p. 48. Lindem.) approbat Munck. ad Hygin. Fab. 108., sed de ea jam dubitavit Voss. in Vit. Serm. 1, 20. et in Arist. II. p. 657. ed. F. Bentleji accuratam de *glomere* disputationem praeter al. probant Rudd. I. p. 70. Reisig. „Vorlesungg." etc. §. 88. p. 129. (qui tamen pleniore ore locutus videtur, cf. Fest. p. 73. Lindem.) Weichert. Lectt. Ven. p. 107. Equidem propter verbum *glomerandi* solum *glomus*, sive *glomer*,

Ut cum pileolo soleas conviva tribulis. 15
Nec volgo narres, te sudavisse ferendo
Carmina, quae possint oculos aurisque morari
Caesaris; oratus multa prece, nitere porro.

apud antiquos in usu fuisse dixerim. Quodsi Lucretius 1, 361. primam produxit, Horatium, quum *glomerare* corripi constet, in meliore causa esse facile intelligitur. Ne multa! aut *globum lanae* aut *glomus lanae* dixerunt veteres. Conf. Fea ad h. l. et Bentl. ad Manil. 1, 837. Parum accurate disputat Düntzer p. 97. — *pirria.* Ms. Rudolst. Dess. 1. 2. Guelf. 1. Lips. 3. Berol. 1. Goth. *piria.* Guelf. 3. *pyrria.* Dess. 3. Gott. 1. Lips. 1. 2.

V. 15. *Est cum* superscr. *ut* ms. Orell. b. *Et cum.* Mon. c. — *pelleolo.* Ms. Bersm. un. *pilleolo.* Mss. Bersm. quat. Ik. 1. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. 2. Dess. 2. Gott. 1. Lips. omn. et Rudolst. Edd. Ven. 481. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Ald. 501. 19. Junt. 509. 14. Britann. 520. Glar. al. — *triballus.* Mon. e. Post *tribulis* puncto incidunt complur. edd. ut Ald. 519. Junt. 514. 19. T. Fab. Bentl. Sandb. Daru. Fe. Both. Pass. Schm. Meinek. Orell. Hoched., al. commate dist. ut Jahn. — V. 16. *Nec.* Ms. Bentl. 3. et. al. quem non nominat, Comb. B. F. Fe. 2, h. 5, e. 7, a. (a 2. m.) [Ik. tacet] Pott. 18. 21. Berol. 1. Mon. b. e. Edd. Fe. Ik. Hoched. Meinek. Lindem. Select. II. p. 41. Recte, vid. Jahn. ad Virg. Ge. 3, 435. et nostr. Excurs. ad 11, 23. p. 121 sqq., cui nunc adde O. Jahn. ad Pers. 1, 6. et quem laudat C. Schmidt. Excurs. ad Juv. 14, 48. p. 385. *Neu.* Ms. Bentl. 10. Oberl. C. a 2. m. (*Ut vulg.* a 1. m.) Mon. e. Vict. i. Edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 713. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. Sivry. Wakef. Wetz. Haberf. Praedic. Hunt. Schm. Pass. Braunh. *Ne.* Mss. et edd. vulg. etiam Jahn. Zell. Web. Orell. (qui tuetur asyndeton) Dillenb. Sententia autem aut *nec* aut *neu* requirit. *Ne* et *nec* ubique confunduntur, cf. Bentl. et Orell. ad Sat. 2, 3, 262. Drak. ad Liv. 2, 46, 16. 3, 47, 7; de confusis *nec* et *neu* conf. Oudend. ad Caes. B. C. 1, 64, 3. Bach. et Diss. ad Tib. 1, 1, 37. coll. 1, 1, 34. Drak. ad Liv. 2, 15, 2. Ita recte scripsit Dillenburger Od. 3, 29, 6. *Eripe te morae Nec semper — volgo.* Sic mss. Lips. 2. 3. Goth.

V. 17. *possint.* Mss. ut vid. Lamb. omn. Pulm. 1. 4. 7. 10. Bersm. quat. Val. nov. et sine dubio Oberl. Comb. omn. Fe. 1, a. c. e. g. k. m. p. s. 2, b. c. d. e. f. 5, a. e. 6, a. 9, c. Pott. omn. exc. uno. Orell. omn. Guelf. 1. 2. 4. Dess. 1. 2. Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Goth. Lips. omn. Dorv. 1. 2. cod. Ment. Monac. omn. except. duob. Edd. Lamb. Min. Talb. Baxt. Bentl. Cun. San. et recentt. plurim. *possunt.* Mss. Pulm. tres. Fe. reliq. Pott. 16. et ut vid. Cruq. et Torr. e nostris Guelf. 3. Rudolst. Mon. e. m. Corbei. Edd. vett. etiam. Muret. Cruq. Pulm. Fabr. H. Steph. Bersm. Torr. — e recentt. Val. Hunt. Camp. *possent.* Mss. Bersm. duo. Dess. 3. *posuit.* Mon. g. — *aures oculosque.* Ms. Fe. 2, a. Mon. e. *oculosque aurisque.* Ed. Cuning. (Animadv. c. 11. p. 152).

V. 18. *Caesari.* Ms. Mon. f. *Caesaris. oratus m. pr. n. porro.* Sic dist. Lamb. et complur. al. *Caesaris, oratus m. prece, n. porro,* distingui alii vo-

Vade, vale, cave ne titubes mandataque frangas.

lant, ut annotat Lambinus. Similiter Bothius: *Caesaris, — prece, n. porro!* pleniorem distinctionem post *Caesaris* improbans, quum oratio pertineat usque ad verbum *porro*. Nonnulli editores ut H. Stephan.: *morari Caesaris oratus* etc. diversa plane sententia. *Caesaris! Oratus m. prece, rudere parce!* Ed. Praedicov. Conjectura ingenio Praedicovii dignissima. — *nitere, porro Vade* etc. Ed. Bentl., quem pleniore distinctione sequuntur Cun. Merv. Phil. Sandb. Francis. Bask. Dorigh. Bentlejana interpunctio Orellio coeco casu facta videtur, de qua re dubitari licet, quanquam Bentlejus causam non addidit. Ea nuper approbata est a Lachmanno, V. Cl., in „Hall. Allg. Lit. Zeit." 1836. N. 110. p. 259. atque a Webero in: „*Quint. Horat. Flakkus als Mensch und Dichter.*" Jen. (Hochhausen) 1844. p. 225 sqq. contra disputat Orellius, quem vide. — V. 19. *Vive, vale.* Quidam libri vett. teste Lambino, sic et cod. Mentel., nisi significatur ed. Vascosana, Guelf. 1. Mon. e. Edd. Chab. Bersm. *Vada.* Ms. Mon. f. *Vade, vade, cav.* Ed. de Maroll. *Vale, vale.* Ed. Lips. 492. Merv. (hic quidem: *nitere. Porro Vale, v.*) — *mandata frangas.* Mon. c. contra metrum. Brevem syllabam in v. *cavĕ* observat Schol. Cruq. ad h. l. et Acron ad Sat. 2, 3, 38. ibiq. Heind., conf. Loers ad Ovid. Trist. 1, 1, 25. O. Jahn. ad Pers. 1, 108. Voss. Arist. I. p. 209. Ramsh. gr. lat. p. 1043. Dyssyllaba, quae priorem syllabem habent brevem, ita asurpari observat Lingius in *Qu. Plaut. lib. prim.* (Vratislav. 1817) p. 34 sq. Ceterum hunc versum laudat Serv. ad Virg. Aen. 4, 409.

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAM TERTIAM DECIMAM.

Hoc bellum Epistolium merus ingenii Horatiani lusus videtur esse. Tantum enim abfuit, ut Poeta scripta sua cuiquam recitaret Grammaticorumque favorem laudemque captaret (Sat. 1, 4, 23. 73. 10, 76. Epist. 1, 19, 40), ut quas nugas meditatus esset, iis pondus addere nollet. Neque tamen facere potuit, quin quae luserat Jovis auribus servaret (19, 43), quod quam verecunde sit factum haec ipsa Epistola declarat. Finxit igitur epistolam utpote ad Vinnium, Sabinum quendam, datam, cui ad Augustum profecturo diligenter praecepit, ut in tradendis libris suis et temporis et decori rationem haberet, ne nimia studio erga ipsum profecta sedulitate peccaret libroque odium conflaret. Jocatur autem in hominis cognomine, quae quidem cavillatio neque antiquis hominibus neque Horatio indigna haberi debet. Quam urbane Horatius in omni re versatus sit, plenius perspicies, si simile argumentum, ut Tib. 3, 1. Catull. 1. Ovid. Trist. 1, 1. ex Pont. 4, 5. Mart. 5, 6. 9, 100., cum hoc contuleris.

Ingeniosa quanquam *Schmidii* ad Epist. 2, 1, 220. est conjectura, qua Horatius id egisse existimatur, ut scriptores male sedulos ab importuno ad Augustum aditu arceret, tamen hanc Epistolam imprimis sua carmina commendandi causa, porro non tam Vinnii, cujus nomen in fronte gerit, sed Augusti gratia scriptam dixerim.

Quae autem carmina et quo tempore ad Augustum perferenda curaverit Poeta, difficillime dijudicatur. De carminibus ipsis, quanquam alia poesis genera non excluserim, secundum v. 17. (cf. annot. ad 1, 1, 1. 10. 19, 42. Passov. N. 264.) dubitari non potest. At in tali re quum veritas ipsa limari nequeat, ea mihi conjectura veri similior videtur esse, qua tres carminum libri priores ao. 735. exeunte vel ao. 736. ad Augustum missi dicuntur, cf. *Kirchn.* Qu. Hor. §. 65. p. 37. *Grotefend.* in „Allg. Encyclop." X. sect. 2. p. 475. Alii *) aliter. De ipsa Epistolae sententia eleganter disse-

*) De Epistola non ficta disputat *C. Passovius* N. 282; conf. etiam *Weber* l. l. p. 309; *C. Frankius* (Fast. Hor. p. 68. 205.) Horatium hanc Epistolam exeunte ao. 730. vel sequenti in villa, quum tria carminum volumina missurus esset, scripsisse opinatur. Quam non ab omni parte mihi probetur Viri doctissimi conjectura, dixi in Jahnii NJbb. 1843. XXXVII, 4. p. 355 sqq. *Frankio*, quem sequuntur *Dillenburger* p. 21. et *Streuber* („Ueber die Chronologie der Horaz. Dichtungen" p. 179 sq.) praeivit *Lachmannus* („Hall. Allg. Lit. Zeit." 1836. N. 110. p. 259.) „Im October oder Nov. des Jahres 734 gab H. das erste Buch seiner Briefe heraus, nach Augustus Geburtstage (5, 9. vgl. Dio Cass. 54, 8.) und ehe er selbst sein 45. Jahr. vollendet hatte (20, 27.): mit einer vorausgeschickten Probe der neuen Gattung ward es dem Maecenas, statt eines von ihm begehrten Jambenbuchs, gewidmet. Nun ist die Fiction des 13. Br., die aber nur Bentley begriffen hat (denn die Neueren finden wieder v. 18. *niters porro* ganz leicht verständlich), dass dem Vinnius, der bei August zu thun hatte (v. 3. *si poscet*) und schon auf dem Wege nach Rom war (*porro vade*), eine wiederholte Anweisung nachgeschickt wird, wie er volumina carminum von Horaz dem Augustus überreichen soll. Wenn nun Horaz, wie man die Worte doch nehmen muss, seine drei Bücher Oden an August auf dem Landwege schickte (per clivos flumina lamas), so musste das nach dem Anfang des Jahres 730 und vor dem Winter 732 geschehen: denn vorher und nachher war August nicht in Italien" etc. In eandem sententiam pedibus ivit *Gu. E. Weber* l. l. p. 228. 307. Contra *Merkelius* (Quaest. Ovid. critt. p. 25) Vinnium ad Principem in Sicilia commorantem, antequam in Orientem signa moveret, missum putat. De sententia *Düntzeri* (p. 81. 86.) haec Epistola quasi comes tertii carminum libri ad Augustum ao. 731. vel 732. missi fuit. *Weicherto* (l. l. p. 83) admodum improbabilis videtur *Wielandi*, cui ad v. 2. assentitur *Haberfeldus*, opinatio, quippe qui rei librariae apud Romanos ratione ac natura parum perspecta de Satiris, Epodis et tribus Odarum libris, uno junctis volumine, cogitet. Intelligit igitur poemata quaedam per otium et animi causa passim composita aut, quod verisimilius sit, si non omnes, certe nonnullas, quas paulo post primo complexus libro ediderit, epistolas. Conf. *C. Passov.* N. 254. Aliter de libris quidem missis sentit *Walckenaer* (II. p. 231.): „Il dut en même temps

rit *Fr. Jacobs* V. p. 171 sqq., quocum conf. *Weicherti* Lectt. Venus. §. 8. p. 82. et *Düntzer* p. 101 sqq. Proinde recte judicabis vel de judicio, quod de hoc epistolio facit *D. Heinsius* (de Sat. Hor. Libr. p. 163. ed. 1612): „Huc spectat venustissima illa ad Asellam epistola, quem cum libris suis ad Augustum mittit; in qua lepide umbraticorum mores cum principibus sistuntur, aut ad eos se conferunt, describit," vel de codicillis, quos *Sanadonus* praeeunte Dacerio ad v. 1. „un billet instructif" vocat, „qu'Horace envoie à celui qu'il avait chargé de porter un paquet à Auguste." Verumtamen digna est, quae ab hominum eruditorum oblivione vindicetur, elegans *Dorighellonis* observatio: „Hoc exiguo epistolio quaedam monita inculcat Vinio, cui onus imposuerat ferendi suos libellos ad Augustum. Ex paucis his versibus, qui negligenter videntur facti, Poeta, ut ex ungue leo, agnoscitur. Vivide et lepide jocatur; parva et minuta eo sale condit, quo cunctas Veneres sapiunt. Vinii ingenium novo quodam et molli penicillo adumbrat, apte et cate Augustum laudat."

Vinnius, quatenus tria nomina latina apud Schol. habet, homo liber fuit, qui in vicinia villae Sabinae, quemadmodum Cervius et Arellius*) (Sat. 2, 6, 77. 78.) habitabat cujusque opera Hor. quum ad varias res, tum ad epistolas perferendas usus esse videtur. *Chabotius* et *Rappoltus* Vinnium pro familiari aliquo amico, *Rodellius*

---

(736) joindre à ces trois livres d'odes ses deux livres de satires et les épîtres qu'il avait déjà publiées séparément. C'est pour servir d'envoi à ce recueil qu'il composa l'épître treize du livre Ier." Cf. ib. p. 235. Contra *Rodellius* Epistolam ao. 744, quo anno Hor. Vinnio librum IV. Odarum et Epistolarum volumen ad Caesarem deferendum tradiderit, scriptam putat, de eodem anno consentiunt *Dacerius*, *Mervillius*, *Dorighello*, sed suo quisque modo: *Dacerius*, cui assentitur *Daru.*, ad perferendam Epistolam 2, 1., *Dorighello* ad mittenda extrema carmina et epistolas. *Sanadonus* autem hanc Epistolam ad exitum anni 743, quo Vinius Epistolam 2, 1. Caesari tradere jussus sit. Cum his conf. *Richter* ad Suet. Vit. Hor. p. 170 — 180. *Zumpt.* ap. Wüstemann. p. 19. *Teuffel* in „Horaz." (Tübing. 1843) p. 24. Quo autem jure certum esse dicat *Streuber* (p. 166), hanc Epistolam singillatim editam esse, me fugit, neque ipse causam certae illius rei addidit.

*) Quibus de causis *Düntzer* (II. p. 417.) illos pro fictis personis habeat, exputare nequeo. Quod *Passovius* N. 282. Vinnium propter cognomen Asellae servum fuisse suspicatur, vereor, ne huic cognomini nimium tribuerit. Porro *Torrentius* Vinnium pro rustico et eo quidem Poetae in Sabinis vicino habuit.

pro servo honestiore, qui scripto tradita legere potuerit, aut pro tribuli ex vico Mandelae non inepto et alias fortasse tabellarii ad Caesarem munere functo neque Principi ignoto habent. Conf. v. 12 ibiq. *Sanadon. Jahnius* illum hominem rusticum et ignobilem fuisse dicit, *Doeringius* tabellarium et servilis conditionis hominem, quam sententiam ita improbat *Düntzer*, ut patrem Vinnii libertum cujusdam hominis cognominis fuisse credere malit. Alii habent pro uno ex illis patribus familias, qui conditione quadam Horatii agrum coluerit quemque Itali hodie poderè vocare soleant. Atque haud scio an idem senserit *Dacerius*, quum diceret: „Ce Vinnius, dont Horace se sert, étoit, sans doute, un de cinq pères de famille qui composoient le petit hameau d'Horace, et dont il parle dans l'Epître qui suit celle-ci." Hanc sententiam *Weichertus* quoque (p. 81.) fecit suam, sed ita, ut praeeunte Gesnero *bonos* illos *patres* singularum villarum dominos et Variae municipes fuisse dicat. At quae ratio istorum patrum sit, ad Epist. 14, 2. 3. dicetur.

De nomine haec annotant Scholiastae, *Acr.*: „*Caninius Vinnius Fronto*, ad quem haec epistola scripta est, patrem habuit cognomine *Asinam*. Alludit ergo nomini ejus et quasi convenire hanc explicationem nominis ejus ingenio vult videri." *Porphyr.*: „hanc scribit ad *Vinnium Asellam*, quem docet Hor., quemadmodum Augusto velit exhiberi libellos suos." *Schol. Cruq.*: „*C. Vinnius Fronto*, ad quem haec epistola scripta est, patrem habuit cognomine *Asinam*, ad quem alludit et hanc appellationem nominis vult ejus ingenio convenire." Simile est glossema, praenomine tantum omisso, codicis ap. Torrentium ad v. 7. Ex his ipsis apparet, apud Acronem, quod bene vidit *Weichertus* p. 78, emendandum esse: *C. Vinnius Fronto*, contra apud Porphyrionem proprio ausu paternum cognomen *Asinae* in filio describendo in *Asellam*, sicuti nostrates dicunt: „der junge Asina," mutatum videri. Quapropter cum *Orellio*, cui Horatius v. 8. *Asinae* pro *Asellae* dixisse videtur, facere non possum. Is autem recte observat, quod *paternum* sit cognomen, monstrare Poetam jam patrem ingenuum rusticum Romanum fuisse nec vero cognomen filio contumeliae causa inditum. Eandem rem, i. e. *gentile nomen*, ibi ipsis verbis vindicat Porphyrio, quocum consentit *Auctar. Comm. vet.* apud Cruq. p. 693. Unde autem cognomen *Frontonis* in utriusque Scholiastae commentarios pedes intulerit, me cum *Weicherto* nescire fateor. Conf. Düntzer p. 87 **). Ceterum una litera *n Vinium* scripsit *Bentlejus* Gruteri invisus in-

scriptionibus p. 189. N. 3. 4. et Tac. Hist. 1, 1. 37. 48. nomenque ad gentem praetoriam *Viniam*, ex qua illum Horatii tabellarium jam *Torrentius* exemerat, retulisse videtur addiditque *Sanadonus*, non dubium videri, quin hic Vinius ad gentem Viniam sub Imperatoribus nobilitatam pertinuerit. Quanquam lapsus est *Dacerius*, quum gentem *Viniam**) adhuc Augusti aetate fuisse negaret, tamen recte scripsit *Vinnius*, propterea quod in hac scriptura optimi libri mss. consentiunt neque probabile est, Horatium gentem rusticam, de qua quidem ne mireris monumenta i. e. inscriptiones hodie non exstare, cum inclita illa gente praetoria miscere in animum induxisse. Quidni fuerint duae diversae gentes una sola litera distinctae?! Nomen enim fictum esse, uti quidem opinantur alii, mihi persuadere nunquam potero. Ceterum in hanc Epistolam Programmate schol. adjecta translatione germanica et graeca commentatus est *Hocheder* (München 1827.), eam in patrium sermonem singulatim quoque vertere *Gutmannus* in Progr. schol. (Schweidnitz 1836.) p. 11. et *Düntzer* in „Archiv f. Philol. u. Paedag." 1841. VII. 3. p. 478.

V. 1. *Ut proficiscentem — diuque.* Sententia: „Ut te iter parantem diligentissime institui, ita facies coram Augusto." Alii, ut *Doeringius* ac *Düntzer*: „Ut saepe te alias ad alios certis mandatis missum rectam agendi rationem edocui, ita ea nunc utere cum libris meis ad Aug. mittendus."**) Qui particulas *saepe diuque* ad

---

*) De gente *Vinia* post Torr. erudite disputat *Weichertus* p. 80 sq., nisi quod in eo erravit, quod Torrentium hunc Horatii hominem *Vinnium* scribi maluisse dicit, immo *Vinium*, quemadmodum ex erratis in extremo libro indicatis apparet. Conf. *Glandorp.* Onomast. p. 905. *Liebe* Goth. Numism. p. 418. De *Asello*, cognomine Claudiorum vide Drak. ad Liv. 24, 8, 3. 28, 10, 3. 29, 11, 13. coll. A. Gell. 4, 17. Torr. ad h. l. Orell. ad v. 8. Weichert. l. l. p. 79 sq., de *Asina*, cognomento Corneliorum Macrob. Sat. 1, 6. p. 232 Z. et ante laudatos.

**) Multos interpretes fefellit Participium temporis praesentis hic conatum, voluntatem indicans ut 9, 10. *majoris fugiens opprobria — culpae — descendi* et Nep. Hann. 2, 3. *Pater meus — in Hispaniam proficiscens — immolavit.* Vid. ibi Brem. et Bach. ad Tib. 1; 3, 29. Forbig. ad Virg. Aen. 2, 111. 114. Wagn. Qu. Virg. XXIV. 2. a — c. Herzog. ad Sall. Jug. 12, 5. Dederich. ad Dict. Cret. 6, 7. p. 374. Haase ad Reisig. „Vorlesungg." p. 498. Ramsh. Gr. lat. p. 583. Quum ille conatus tempus artis limitibus non circumscribat, particulae *saepe diuque* nihil habent absoni, ut alii non incommode explicarint: „ante tuam profectionem." Pessime autem ii, qui ipsum discedendi tempus et quasi momentum indicari sibi persuadent. Ab

hoc ipsum de libris perferendis mandatum referunt, eorum bona pars bonum illum Vinnium hominem hebetem ac tardi ingenii facit. At formula *saepe et diu* vel *multum ac diu* usitata ob eamque rem premenda non est. Hinc recte *Cruquius*: „magno studio.“ Cic. de Offic. 1, 32, 10., *diu secumque multumque dubitasse.* Alia vide ap. Schm. ad h. l. Fabr. ad Liv. 23, 26, 2. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 26. p. 135. Hand. Turs. II. p. 290. Et finge, illum talem fuisse, num totam hominis descriptionem huic opinioni adversari credes? Quidni eam rem riserit Augustus? Quando autem Epistola ad Vinn. data sit utrum ad proficiscentem an ad profectum, in re ficta quaerere noli, quanquam de profecto cogitare rerum jubet conditio.

V. 2. *signata volumina*, i. e. vel annulo obsignata (Cic. ad Attic. 11, 1. *signatum libellum.* Suet. Aug. 101. *cum tribus signatis aeque voluminibus*), quod quidem in epistolis fiebat, vel omnino convoluta, loris constricta et clausa, ut explicat *Chr. Gottl. Schwarzius* (*de Ornament. Libror.* p. 170) coll. Mart. 1, 57, 6. *scrinioque signatas*, i. e. clausas. Catull. 22, 9. *lora rubra.* Paul. Diac. Exc. v. *Offendices* (p. 558. Lindem.) *nodi, quibus libri signantur.* i. e. claudantur, non *ligantur*, ut legi maluit Rutgers. V. Lectt. 4, 13. conf. Schmid. ad 20, 13. Becker ad Gall. I. p. 172. Hinc quodammodo facit *Fr. Jacobs* (p. 176.): *signata*, i. e. integra coll. Lucil. ap. Non. 2, 783. In adjecto autem verbo *signata*, quod nisi notionem bene compositi ad peregre mittendum fasciculi non habet, cave ne praeceptum de libellis non aperiendis (quod quidem sentit *Orellius*) aut laedendis (Fr. Jacobs l. l.) videas datum; dubito autem, num *Düntzer* pluralitatem voluminum, pro qua v. 4. *libelli* et v. 18. *fasciculus librorum* propugnare videntur, recte negaverit.

V. 3. *Si validus — poscet.* Duo cavet, ne quid alieno tempore importuneve fiat. Similiter Epist. 2, 1, 220. (ibiq. Riedel et

---

illa interpretatione secundo loco posita paulo discedit *Sanadonus*, quum Vinnium ad Caesarem jam saepius missum sentit. Mire *Dacerius*: „c'est une instruction qu'Horace donne à Vinnius, afin qu'en la lisant il puisse se souvenir des leçons qu'il lui avoit données avant son depart; et cela est plus plaisant qu'une lettre. On avoit fort mal expliqué ce vers.“ Argutatur *Cruquius*: „eum gestum servabis in reddendis meis voluminibus Augusto, quem te diu multumque decui, quum abires a me.“ Non incommode *Gutmannus*: „Wie ich beim Abmarsch dich des Breitern und öfter gelehret.“ Contra *Düntzer*: „Wie ich dich oft, wenn du gingst, und lange gewiesen es habe.“

Schm.) *Quum tibi librum sollicito (πολυμερίμνῳ) damus aut fesso;* coll. Düntz. ad Sat. 2, 1, 18—20. Cui rei opponitur Ovid. Trist. 1, 1, 93. *Si poteris vacuo tradi, si cuncta* etc. Id. Met. 9, 571. *apta minister Tempora nactus adit traditque latentia verba.* Mart. 5, 6, 9. *Nosti tu tempora Jovis sereni.* Cic. ad Div. 11, 16, 2. *Itaque ei praecepi, quem ad te misi, ut tempus observaret epistolae tibi reddendae. Nam quemadmodum coram, qui ad nos intempestive adeunt, molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae.* Quapropter vereor, ne, uti verbis *si poscet Lachmannus*, ita *Frankius* (p. 68.) v. *validus* nimis tribuerit, quum hanc rem, ut suae de tribus libris carminum editis et 731. ad Aug. missis conjecturae gratificaretur, ad Augusti morbum, quo vel in Hispania vel paulo post Romae correptus fuisset, referret. Augustum enim saepe adversa valetudine tentatum esse, quis est, qui nesciat? Conf. *Drumann.* IV. p. 287. Et in talibus perspicuitas humanitasque scriptoris spectanda, non verbum ad lapidem Lydium exigendum videtur.

V. 4. 5. *Ne studio — minister*, i. e. „ne nimio in me studio indecore facias atque importuna tua sedulitate animum Augusti a meis libris abalienes." *Peccandi* autem verbum ad *si poscet* referendum. *Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget*, ut ait 2, 1, 260. et Terent. Heaut. 3, 1, 31. *Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis.* Conjunge igitur: *importes opera vehemente sed. min;* alii: *sedulus op. veh. minister;* alii: *Sedulus importes, op. veh. minister;* qua distractione et sententia et verba arte juncta misere turbantur; cf. R. Klotz. l. l. et Düntz. p. 90. De verbo *sedulus* disputant *Lambinus* et *Schmidius* ad h. l. ac *Doederl.* Syn. I. p. 122. *)

*) Cave autem, ne, quod nonnullis accidit a *Klotzio* in NJbb. 1844. XL. 1. p. 74. recte reprehensis, *sedulum* pro homine tantum agili vel actuoso habeas; ipsa enim verbi origo (se-dolo) voluntatem indicat. Recte Acron: „velut *sedulus* agens, quasi sine dolo." Consentiunt Nonius 1, 171., Donatus ad Terent. Ad. 3, 3, 59. Andr. 4, 1, 56 (59). Phorm. 2, 4, 13. Ita Cic. pr. Caecin. 5, 14. *voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate conjunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli.* Cael. ap. Cic. ad Div. 8, 1, 1. *data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne nimium arguta haec sedulitas videatur.* De verbo *importandi* argutatur *Hocheder. Odium* autem non est nostrum „*Missgunst*" (Pass.)., neque „*Hass*" (Voss, Merkel), sed „*Widerwillen*," „*Unwillen.*"

V. 6—8. *Si te forte — impingas.* Jam fingit Hor. hominem illum in via procedentem et librorum onere laborantem indeque male affectum, ut verendum sit, ne, quum in Principis advenerit domum, indecenter i. e. impetu quodam libros deponat ridiculusque fiat. Hinc exhortatio illa: *Abicito potius* etc., quam secus esse (haud scio an auctore Schol. Cruq.: „redde mihi“) *Cruquius, Diintzer, Dillenburger* dicunt, quum illud *abjiciendi* consilium ad ipsum oneris suscepti tempus referunt, sed ita, ut in verbis: *Si te uret* — in alia omnia abeant. *Cruquius* enim (cui *Abicito* est: „recusato, remittito ad nos“) Vinnii pigritiam, qua is tanto se oneri ferendo non fore parem existimet, videt descriptam, *Dillenburger* verens, ne Poeta illa *in itinere* abjectione nullum scriptis suis pretium statuat, Vinnium juberi credit remittere onus, si in itinere molestum id sibi fore sentiat, *Diintzer* monitum vult Vinnium, ut si forte angor nimiaque de libris decore tradendis cura eum premat, onus illico recusare quam suscipere malit. Quanquam v. *urendi* exempla hujus quidem generis non prorsus desunt (Forbig. ad Virg. Aen. 1, 662), neminem tamen Romanum *sarcina uret* ita intellexisse existimaverim. Vid. exempla supra indicata, imprimis Ovid. Rem. Am. 235. *Aspicis, ut prensos urant juga prima juvencos.* De *Dillenburgero* monendum videtur, quae per jocum dicantur, ea severe anxieque non esse explicanda. Ne ea quidem opinione opus est, qua *Orellius* (qui cetera recte explicat) et *Dillenburger* Vinnium ad sua negotia facienda Romam profectum carmina tantum officii causa secum portasse sibi persuadent. Praeterea in *abjiciendi* verbo praevalet notio rei vilis, quam ut munus non reddere, quam inepte reddere satius esse jam sensit *Landinus.* In verbis*) *gravis sarcina,* quibus jocosae nominis interpretationi v. 8. praeluditur (Sat. 1, 9, 20. Phaedr. 2, 7, 1. coll. Ovid. Trist. 1, 1, 125 sq.), argutantur *Dacerius* et *Sanadonus,* quibus suum calculum adjecit *Diintzer. Ferus* autem v. 8. satis ambigue et de animali Substantive (Forbig. ad Virg. Aen. 2,

*) Ex mentione *chartae* facta carmina in papyro Aegyptia inscripta fuisse recte opinatur *J. H. Krause* in „Allgem. Encyclop.“ v. „*Papyrus*“ p. 236. et, si conjici licet, in charta *Augusta*, Plin. H. N. 13, 12. IV. p. 726 — 738. ed. Franz. *Chartae* usum verbum quoque *voluminum* v. 2. testatur, vid. Heinr. ad Juv. 1, 6. coll. *Krause* p. 238 sqq. et *Becker.* Gall. I. p. 166 sqq. Alias autem, ut Sat. 1, 10, 4. (ibiq. Heind.), *chartam* pro poematis ipsis esse constat. *Membranarum* tantum bis mentio fit Sat. 2, 3, 2. A. P. 389.

51. Cort. ad Lucan. 6, 552. Burm. ad Phaedr. 1, 12, 9. (12) Heins. ad Prudent. Perist. 11, 106. Barth. ad Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 139. Erhard. ad Petron. 89, 12.) et de homine vehemente, irato vel agresti (Pers. 5, 171. *Nunc ferus et violens — dicas;* cf. nostr. annot. ad 3, 34. Forbig. ad Virg. 2, 326. Bauer ad Sanct. Min. II. p. 317.). Quapropter haec scriptura praestat prae altera a *Landino* dextre explicata: „Nam qui ex onere fessi sunt, solent impingere potius ex properatione quam porrigere.“ *Voluminum* autem *sarcinam* vel thecas *clitellas* vocat, i. e. *ἐπισάγματα, ephippia*, quae jumentis dossuariis ad onera commodius portanda imponi solent. Cic. ad Attic. 5, 15. (Quintil. 5, 11, 21.) *Clitellae bovi sunt impositae; plane non est nostrum onus, sed feremus*, cf. Plaut. Mostell. 3, 2, 91—96. Illae igitur, i. e. sarcina clitellis colligata, *impinguntur*, i. e. illiduntur. Quintil. Inst. 4, 1, 61. *gubernator navem, dum portum egreditur, impegit.* Alia vide ap. *Schmidium.* Contra *Doeringius* verbum *imping.* neutro sensu sumpsit, ut *ferus* dicatur de Vinnio tanquam de asino, uti vertit *Vossius:* „Du wie ein Saumthier plump anprallst.“ *Weichertus* (p. 78.) incertus haeret, num *impingere* praestet *obtrudendi* notione accipere, ut ap. Cic. ad Attic. 6, 6. *atque hoc tempore impingit mihi epistolam Scaptius.* Senec. Epist. 95, 2. *et tibi ingentem epistolam impingam.* Hoc autem loco res non est dubia. Qua sententia *ferus* explices, infra elucebit. Hic addam, *Schmidio ferum* esse pro agresti, importuno, rudi, *Weicherto* Vinnius *ferus* dici videtur, quia sit rusticus, vehemente opera minister v. 5. et importunus. Alii aliter, conf. Orell. et Düntzer. Nullum interpretem *equum ferum* Sat. 1, 5, 57. contulisse miror, quanquam hoc ipsum Epithetum versui 10. lumen praefert. Qui autem cum *Doeringio* distinguunt: *quo perferre juberis Clitellas, ferus impingas* (tete), ii Vinnium *voluminum sarcinam*, non clitellas ad Augustum perferre jussum esse non viderunt. Honoris causa nomino *Fossii* explicationem satis ingeniosam, de qua haud scio an morosius judicet *Orellius*, iniquius *Düntzer.* Ille enim improbata vulgari interpretatione haec l. l. addit: „ipsa verba vulgatam explicandi rationem aspernantur ac plane respuunt. Nam quum Vinium *clitellas impingere* dicunt idque ita intelligunt, ut sarcinam ab eo agrestius porrigi putent, statuunt, sive dicant illud aperte sive non dicant, *clitellas* significare ipsam sarcinam, quod secus est; nam Festus p. 268, 42. Gothofred. *clitellae*, ait, *dicuntur non tantum eae, quibus*

sarcinae colligatae mulis portantur, sed etiam locus Romae etc. Sed hoc tolerarem, si usitata ea esset formula *clitellas impingere*, quae tanquam proverbium de iis, qui rustica ratione aliquid perage-rent, fere usurparetur, sed nusquam apud alios scriptores illa re-peritur. Quapropter posito post *clitellas* commate, *clitellas* cum *perferre* conjungendum et ad *impingam* non *clitellas*, sed *sarcinam* repetendum: *abiicito potius sarcinam, quam ubi* (*qua corporis parte*) *clitellas perferre juberis, eo illam impingas*, h. e. *quam tergo eam portes et hac ratione per urbem vicosque proficiscens fabula fias.* Jam vides, cur tam anxie Horatius *abiicere potius* jubeat; nam si bonus homo sicut asellus tergo portabat libros, ita ut paternum cognomen in risum vertens ab urbanis asinus audiret et fabula fieret digitisque monstraretur, ad ipsum Horatium risus redundabat. Deinde vero, meam si sequeris rationem, salsa quae-dam verbis *quo perf. juberis clit.* inest ambiguitas, quum non solum faceto in nomine lusu risum moveat poeta, sed subridens etiam cavil-letur Vinii, optimi nihilque sentientis hominis, stupiditatem; clitellas enim portare s. vehere dicuntur ii, qui ne mutientes quidem quod-vis onus sibi imponi patiuntur [v. Schmid. ad h. l.]. Nunc velim animum advertas, quantopere peccet vulgaris explanatio. Nam quum clitellas h. e. sarcinam impingere parieti dicitur Vinius, hoc ita tan-tum potest fieri, ut eum statuas tergo impositum portare onus; quis autem credat, Horatium id voluisse, ut tanquam molarius asinus ad Augustum ille perferat libros. Verba jam omni carent difficultate; etenim *perferre*, ut apud poetam, positum pro simplici *ferre;* et non adeo hoc rarum, ne apud prosae quidem orationis scriptores, quum de onere agitur, ut ap. Colum. R. R. 6, 24. *nam decem mensibus ventrem perferunt* (vaccae). *Impingere* pro *imponere, infligere, indere* valde frequentatum. Plaut. Pers. 4, 4, 24. Captiv. 3, 5, 76. Bacch. 4, 7, 2. ubi vd. Taubm. p. 492. Deinde *trans-late* Terent. Phorm. 2, 3, 92. Ac ne quis de *impingas, quo* du-bitet, Seneca de Ir. 2, 8. dicit: *expulso meliorisaequioresque respectus, quocumque visum est, libido se impingit. Ferus* deni-que non est de asino usurpatum, ut ap. Virgilium de equo, sed *efferatus oneris molestia, iracundus* significat optimeque cum *im-pingas* congruit, quod item vim quandam et animi aegritudinem denotat.“ Ac ne repetam ab aliis jam monita, friget v. *juberis* sic positum, quapropter conf. de Horatiana *perferendi* significatione Lübk. ad Od. 3, 8. p. 421., de *clitellis* Scheffer. de Re vehicnlari 2, 2.

et Schwab. ad Phaedr. 1, 15, 8. coll. Schol. ad Lucian. Lexiph. V. p. 178. Bip. Vulgata autem interpretatio ex lege translationum non modo non bene defenditur, sed et intenditur *Ascensii* illa observatione: „muli defatigati dum onus excutere parant, ad arbores aut muros clitellas, super quas sarcinas portant, impingunt.“ Recte *J. Merkel:* „Brennet das schwere Gepäck dich, so wirfs weit lieber herunter, Als, dass plump mit dem Sattel du dort anstossest, wohin du Bringen es sollst.“

V. 9. *Asinaeque paternum Cognomen in risum vertas**) *et fabula fias.* Ad illam dictionem cf. Sat. 2, 2, 107. (ibiq. Heind.) *O magnus posthac inimicis risus* et 2, 5, 57. *dabit risus.* Soph. Oed. Col. 899. ὡς μὴ — γέλως δ' ἐγὼ ξένῳ γένωμαι. Chrys. Epist. ad Olymp. 4, 2. ἡ καλὰ δείκνυσι — τὸν πολὺν γέλωτα καὶ τὴν ἄφατον κωμῳδίαν, ad hanc Epod. 11, 7. (ibiq. Lamb. et Mitsch.) *per urbem — Fabula quanta fui.* Sat. 2, 1, 46. (Heind.) *insignis tota cantabitur urbe.* Prop. 2, 18, 81. *quum sis jam noto fabula libro.* Petron. 111. (ibiq. Weitz. et Burm.) *Una igitur in tota civitate fabula erat.* Apul. Apol. ed. Casaub. p. 84. *Mulier sancte pudica, sine culpa, sine fabula.* Prudent. Perist. 2, 323. *Egon' cachinnis venditus Acroma festivum fui?* Theocr. 12, 11. (ib. Wüstem.) ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή. Similia collegerunt praeter illos Schmid. ad h. l. Heins. ad Ovid. A. A. 2, 561. Burm. ad Prop. 1, 5, 25. Ciofan. et Burm. ad Ovid. Am. 3, 1, 21. Hand. ad Stat. Silv. 1, 2, 29. p. 184. Diss. ad Tib. 1, 4, 83. Bach. ad Ovid. Met. 4, 189. Loers ad Trist. 4, 10, 68. Rupert. ad Juv. 10, 167. O. Jahn. ad Pers. 1, 29. Cort. ad Plin. Epist. 8, 18, 11. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 12. p. 103. His ipsis proverbium sentitur in talibus non ita premendum. At quibus nominis interpretatio (quam *Wielandius* plus aequo exaggerat) parum festiva videtur (*Baxt. Doer.*), ii apud se reputent, Poetam ad stomachum Augusti atque haud scio an sui ipsius, non ad nostrum scripsisse. Etenim Cicero de Or. 2, 63, 257. *Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum convertas, quam ob rem quis ita vocetur.* Hinc tot similia ridiculorum exempla a Romanorum ingenio non aliena ap. Cic. l. l. 2, 59—71., in Verr. 1, 46, 121. imprimis ille Scipionis in cognomine inimici *Claudii Aselli* lusus 2, 64, 258. 66, 268. Dubito autem, num ad eundem nomi-

*) Argutatur in v. *vertas Hocheder*, recte a *Düntzero* reprehensus.

nis lusum cum *Dacerio* referendum sit Taureae ridicule dictum in *Claudium Asellum* Liv. 23, 47, 6 ibiq. Fabr. Magis huc facit Quintil. Inst. 5, 10, 31. 6, 3, 22 — 112., praeter cetera §. 58., ubi Junium Bassum *asinum album* vocatum esse dicit. Similis autem jocus de *Turdo* legitur ap. Senec. 4, 27. p. 300. Bip. coll. Heins. ad Petron. 65. p. 323. (Burm.) itemque de *Tucca* ap. Mart. 12, 41. coll. *O. Jahn.* ad Pers. 2, 41. Sic lusit Cicero de Or. 3, 22, 81. in *Corace*, nomine inventoris artis rhetoricae, ubi alia laudat Henrichsen ap. Ellendt. p. 392. Sic ipse Horatius ridicule effert *Cicirrhum* Sat. 1, 5, 52. 65. et *Regem* Sat. 1, 7, 1. 35. (Walcken. II. p. 237.), *Bibulum* Od. 3, 28, 8. (Dillenb.), ludit per totam fere Epist. 20. in voc. *liber*. Comparat Fr. Jacobs. (p. 182) historiam de Lentulo Sura ap. Plutarch. vit. Cic. c. 17. Alia nominum interpretationis exempla laudavimus 10, 49. Eandem rem *) ap. Graecos contra aliter sentientes tuitus est P. Victorius V. L. 36, 24. Quantopere poetae imprimis tragici etymologiae rationem habuerint accurate persecutus est *Boeckhius* in libro de Tragicis p. 327., quem cum Emsl. ad Bacch. 508. aliisque laudat *Wüstemannus* ad Theocr. 26, 26. De eadem re parum sibi constat Barthius ad Claud. III. Consul. Honor. p. 465 sqq. Adv. 57, 11. p. 2699. et ad Stat. Silv. 1, 2, 71. 72. Theb. 6, 172. quocum conf. Rappolt. p. 717., et, quos hic laudat *Schmidius*, Menag. Antibaill. 1. c. 48. Burm. ad Ovid. Heroid. 21, 209., ad quem locum ejusmodi allusionibus

*) Similia ex Graecis exempla sunt, quum poetae comici Epicureos perstringentes eosdem τῆς ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς vocant teste Athenaea 7, 5. p. 278. Cas. Neque absimile est Stratonici, quum Cleontem citharoedum cui cognomen Bos dissona voce canentem audisset, jocose dictum: Ὅτι ὄνος λύρας ἐλέγετο, νῦν δὲ βοῦς λύρας. Erasm. Adagg. 1, 4, 35. Ita Nicochares ad Oenomai nomen allusit Athenae. 10, 7. (p. 426. p. 60. Schwgh.) πρὸς τοὔνομα παίζων ἔφη· Οἰνόμαος οὗτος, χαῖρε πέντε καὶ δύο. Huc et in utramque partem faciunt *bona*, *fausta nomina* et nominum δυσφημία, de his conf. praeter Wüstem. l. l. Casaub. ad Suet. Aug. 92. Brisson. de Formul. 1, 156., de illis Wolf. ad Tac. Ann. 1, 35, 2. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 45, 102. Inde elegans veterum poetarum imitator Petr. Lotichius Eleg. 6, 41, 73. *Omina nominibus, si vera fatebimur, insunt; Saepius ex solo nomine multa patent.* Noti praeterea sunt profanos scriptores (ut Suet. Octav. 70. ib. Brem. Cic. de Offic. 1, 7, 23. ib. Beier.) imitantium lusus etymologici sacrorum scriptorum, vid. Hammond. et Cleric. ad Ev. Matth. 16, 18. Otto ad Justin. Mart. Opp. I. p. 145. Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 8, 10. Tertull. de Baptism. 7.

nihil ineptius et insulsius *Ruhnkenius* perperam dicit, quamvis illis aliquando ne praestantissimi quidem poetae abstinuerint coll. Valcken. ad Eurip. Phoen. 639. At ut totus Horatianus locus ad hominum antiquorum accommodetur judicium, non ad nostratium vitam delicatam atque umbratilem, porro observabis, ne a convicio quidem *asini* veteres abhorruisse, ut Cic. in Pison. 30, 73. Exempla collegerunt Muret. V. L. 14, 9. Turneb. Adv. 28, 35. Casaub. ad Pers. 1, 59. Barth. ad Claud. in Rufin. 2, 487. coll. Adv. 8, 14. 34, 36. interpp. ad Terent. Heaut. 5, 1, 4. Heineccii Fundam. stil. cult. p. 150. ed. Niclas. Rupert. ad Juv. 9, 92. De toto autem loco cf. *Fr. Jacobs*, p. 172.

V. 10. 11. *Viribus uteris — illuc.* Mire *Cruquius*, cui haec verba admodum ridicula *) in tantillo chartarum pondere videntur, *clivos* intelligit clivosam Romam. At haec verba opponuntur superioribus: *ferus impingas*, virium impetum significantibus eumque illo loco importunum, hic suo loco accommodatum. Idem sentit *Weber* l. l. p. 227. Acumen hujus versus fugit J. Caes. *Scaligerum* in Poetic. 6. p. 809. — *lamas.* Schol. Cruq. (quocum cf. Acr. et Porph.) „lacunas majores, continentes aquam pluviam seu coelestem ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ, i. e. quae ingluviés est et vorago viarum seu fossae fluviorum. Hinc quoque sunt dictae Lamiae puerorum voratrices. Ennius: *silvarum saltus, latebras lamasque lutosas.*" Eundem Ennii versum, de quo vid. Spangenb. ad Qu. Enn. Ann. 11, 22., *Torrentius* quoque ad oram vetusti codicis invenit. Virg. Ge. 1, 117. (ib. Serv.) *cavae tepido sudant humore lacunae.* Glossae ap. Fest. (p. 474. Lindem.): „*lamae*, πηλώδεις τόποι. *Orellio*, qui comparat *Dantes* (Inf. 20, 70.), linguae rusticae vocabulum fuisse recte videtur. — V. 11. *Victor propositi*, „ἐγκρατὴς τοῦ σκοποῦ, quatenus per clivos, flumina et lamas ad Augustum pervenerat." *Weichert.* Sic alias *victor* pro voti compote, propositi effectore. Burm. ad Petron. 112. Heyn. ad Virg. Ge. 3, 9. Forbig. ad Aen. 2, 329. 10, 409. De Vinnii pigritia, quam hic nonnulli sentiunt, cogitare noli, neve simpliciter explices ut *Doeringius:* „propositam viam

*) Quum Poeta, qui hic *Orellio* de incepto quasi difficillimo jocatus esse videtur, rem suam modo elevat, ut supra: *Abjicito potius*, modo in majus extollit, facile eam sentiendi rationem intelliges, quam nostrates „Humor" dicere solent; bene de hac re disputat Fel. Seb. *Feldbausch* in „Bemerkungen zu der dritten Satire de Horaz. Rastatt, 1843."

emensus.“ Est regio quasi „ridiculi,“ quod persentisces, si comparaveris Od. 3, 3, 1.

V. 12 — 15. *Sic positum — tribulis.* Sententia: „Quum itinere ex animi sententia confecto quo tibi propositum erat perveneris, fasciculum librorum ea positura portabis, tenebis (Virg. Aen. 7, 179), ut caveas*), ne i. e. decore ad Augustum perferes.“ *Schmidius* commode de particula *sic* ita posita contulit A. P. 152. Colum. R. R. 1, 7. 3, 15. 4, 29. Recte *Sanadonus:* „portés ces livres de manière que vous ne teniés point sous le bras.“ Minus recte *Vossius:* „Halt also, wie sie lieget die Last“; melius *J. Merkel:* „bist du am Ziele, Halte die Last dann so, dass nicht.“ Atque haud scio an idem senserit *Orellius*, quum v. *positum* artissime cum v.

---

*) Miror *Dillenburgerum*, bonum Grammaticum, v. *ne* pro *ut non* coll. A. P. 152. Epist. 1, 1, 47. habere. In his locis notionem cavendi, prohibendi, vetandi exstinctam credere noli. Displicet quoque in Orellii explicatione *sic* bis sumptum. Constat enim, particulas *ita*, *sic* saepe aut perspicuitatis aut gravitatis causa addi, conf. Fabr. ad Liv. 24, 16, 17. Herzog. ad Sall. Jug. 4, 5. Lachm. ad Prop. 1, 28, 3. Garat. ad Cic. pr. Planc. ed. Orell. p. 159. Burm. ad Petron. p. 687. Cort. ad Plin. Epist. 9, 15, 3. Wagn. ad Virg. Aen. 1, 225. Hand. ad Stat. Silv. 1, 2, 98. Moeb. ad Cic. pr. Rosc. Am. 26, 71. A nostra interpretatione ita discedit *Fr. Jacobsius* p. 178., ut participio *positum* omne pondus detrahat: „Auf positum ist kein Nachdruck zu legen. Mit *servabit* verbunden dient das Participium, indem es ein Moment der Handlung mehr bezeichnet, zur Vermehrung der Redefülle. — Horaz sagt —: Trage das dir anvertraute Bündel nicht wie der Bauer sein Lamm, als trügst du es zum Verkauf.“ *Fr. Jacobsio* assentitur *Düntzer* de fasciculo homini illi imposito sive demandato, de agno palam ferendo non item. *Walckenaer.* quoque (II. p. 238): „avec le paquet, que je t'ai confié.“ Contra *Bachius* verbo *positum* plus nimio tribuere videtur in *Zimm.* „Zeitschrift“ etc. 1834. p. 1040. Magis dubitandum est de *Heckeri* (qui de usu Futur. laudat Bentl. ad Sat. 1, 3, 74.) explicatione: „*servabis*, nicht tenebis, scheint dem Asella zuzumuthen, dass er die angegebene Art ja den ganzen Weg über nicht ändern soll.“ *Dacerius:* „*Sic positum*, en le tenant comme je t'ai montré. Il veut qu'il les tienne dans ses bras. *Servabis*, tu les garderas jusques à ce qu' Auguste te les demande. Ce terme répond à *poscet* du troisième vers.“ Recte contra disputat *Sanadonus.* Quod autem addit: „Quand Horace dit à Vinius de ne point mettre ce paquet sous son aisselle, comme un paiisan qui porte un agneau, il donne assez à entendre que ce bon-homme n'étoit pas lui-même un simple paiisan, comme quelques-uns l'ont cru,“ in eo auctorem habet *Rodellium*, qui sic non dicturum fuisse Poetam opinatus est: „ut rusticus portat agnum,“ sed ut „soles portare agnum.“ Merae nugae.

servabis conjungi juberet coll. Virg. Aen. 3, 236. hac interpretatione: „Sic pones et, quum posueris, etiam sic servabis, ne“ etc. Vult tamen, ut non tam singularis voluminum positura significetur, quam ipsius actionis imago clarius nobis ante oculos ponatur. Ipsis verbis particulam *sic* δειχτικῶς (ex parte coll. Sat. 1, 2, 106. Virg. Aen. 2, 644. Ge. 4, 203. Ecl. 2, 55) accipiunt *Cruquius*, *Xylander*, *Dacerius*, *Doeringius*, *Hocheder*, *Weichertus*, alii. Recte comparat *Bentlejus* praeter illos locos Mart. 5, 6. *Neo porrexeris ista, sed teneto sic, tanquam nihil afferas agasque. Si novi dominum novem sororum, Ultro purpureum petet libellum.* Qui locum sic intelligi malunt: „onus humeris vel tergo positum sic servabis,“ ii v. *sic* per hyperbaton explicent necesse est, ut Epod. 5, 81. Sat. 1, 3, 132. 2, 36. 106. 5, 69. Epist. 1, 10, 18. (*minus invida* pro *min. divellat*). Aliorum tentamina obelo notanda sunt ut *D. Heinsii:* „Quum eo perveneris, *sepones* onus neque ridicule sub ala gestabis, ne aulicis et ipsi quem adis Principi risum debeas,“ ut *Waddeli:* „jusserat v. 6. sarcinam abjicere, si gravaret; nunc monet, si non abjecerit, quomodo se decenter gerere debeat in conspectu Caesaris,“ ut *de Marollesi:* „vous garderez soigneusement votre charge mise en quelque lieu de seureté, de peur que vous ne portiez“ etc.

V. 13. *rusticus agnam.* Jam proponit tria*) exempla ab Asinae filio non imitanda. Quid autem in hoc exemplo indecorum habuerit jocosus Poeta — fasciculum ut agnum coram omnibus ad mercatum sub axillis portatum (*Fr. Jacobs*), an bestiolae motus et curam hominis, ne in solum desiliat (*Orell.*), an anxiam rustici curam, ne animal suo pondere gravius ex axillis subinde et artius comprimendis decidat (*Düntz.*), quis est qui rem vetustate obrutam aperiat? *Schmidius* narratiunculam quandam suspicatur jocosam et morem, quo homines parum urbani dona sua quasi ostentui esse sinunt, videt significatum, *Cruquius* autem (coll. Lucian. Dial. Mort. 10, 9. (13.) ὑπὸ μάλης) rem clancularian et furtivam, ita ut Hor. eam praecipiat librorum gestationem, quae a suspicione ferendi chartas infaustas et furtim surreptas aliena sit.

---

*) De ternario exemplorum numero ut 16, 50. 51. vid. ann. ad 11, 17 — 19. p. 111. De Bullatio igitur in patriam ex Asia revocando (v. 15. 16.) viderint interpretes. De dictione *sub ala* pro usitata *sub axilla* cf. Mitsch. ad Epod. 12, 5. Vulp. ad Catull. 68, (69) 5.

V. 14. *Ut vinosa — lanae.* Schol Cruq.: „Pyrrhia nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomos ita gestavit, ut deprehensa sit *). Illo monito haud dubie Hor. cavit, ne libelli perinde abderentur, ac si furto subducti essent. Huic interpretationi a *Fr. Jacobsio* non spretae ita obloquitur *Düntzer*, ut hanc sibi cogitatione fingat imaginem: „es ist die verschiedene Art des Haltens unter der Achsel gemeint. Der Bauer muss den Arm in grossen Bogen halten, die Pyrrhia ihn oben fest anpressen, endlich der *tribulis*, der Sohlen und Hut festhält, hat den Arm unten fest anliegen, so dass die genannten Gegenstände der von oben bis unten gehenden leichten Biegung **) gehalten werden.“ — *Pyrrhia* s. Byrrha, Burrha, Burra, Birra (Quintil. Inst. 1, 4, 15. Isid. Orig. 1, 26, 4. C. Schneid. Elemntarl. p. 42.) ex etymo femina rufa, russei coloris et sine dubio propter bibacitatem sic dicta. Vid. Scalig. ad Fest. p. 26. 344. (Lindem.) coll. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 80. (ed. Lugd. Bat. 1656.). Apposite igitur *vinosa*, quanquam h. v. quominus auctore Scholiasta Cruq. pro *ebria* habeas vetant loci, ut 1, 38, 19, 6. coll. A. Gell. 4, 9. Acute ***) *Wielandius*: „die alte Weinflasche.“ Verba autem *glomus furt. lanae* sic componuntur ut *modici Liberi munera* Od. 1, 18, 7., *Phrygiae Myg-*

*) Apud Porphyrionem in ed. Braunh. pro: „Pyrrhia] bene dictum. Aniculae ancillae nomen ad contemptum, ut ait Persius: Pannucia Paucis“ emendandum est: „Pyrrhia fictum aniculae nomen ancillae — — *pannucia Baucis*. Vid. Auctar. Comm. vet. ap. Cruq. et Pers. 4, 21. ibiq. Schol. cum Hauth. et Jahn., quos hoc scholion praeterisse videtur. De *Titinio*, togatorum scriptore post Fabricium (Bibl. lat. 4, 1. III. p. 240. Ern.) et Bothium (Poet. Latii scen. Fragm. V, 2. p. 58.) erudite disputat refutato simul Barthii (Adv. 37, 22) de *Licinio* poeta commento *Weichertus* in Poet. lat. Reliq. p. 373, cui adde de nomine *Vectii* contra consuetudinem Romanorum praeposito *Orell.* ad h. l.

**) Mea quidem sententia Hor. non id egit, ut Vinnio suo tale exemplar rerum minutissimarum proponeret. Majus quid spectasse prudentissimum Poetam quis est, qui non videat? At boni quidem interpretis erit, absurda poetis non obtrudere.

***) Bene *C. Passov.*: „zechlustig“; contra *Vossius*, *Scheller*, *Günther*, *Guttmann.*, *J. Merkel*: „trunkene,“ „die betrunkene,“ *Walckenaer*: „ivre et chancelante.“ Comparari possunt Graecorum φλοινος, φιλόποτης, φιλοκωθωνιστής, de quibus disserit Athenaeus 10, 9. p. 433. Ceterum *Dacerius* et *Schmidius* Pyrrhiae bibacis partes in *Fullonibus* actas opinantur.

donias opes Od. 2, 12, 22. coll. 3, 1, 42. 21, 19. 29, 1. (ibiq. Fea) Sat. 1, 6, 9. (ib. Wüstem.) *).

V. 15. *Ut cum pileolo — tribulis.* Quicquid et hic disputant, mihi quidem hoc exemplo inelegans elegantia et agrestis quaedam urbanitas, quae, dum verecunde, submisse, delicate se gerit, facile omnibus risum movet, describi videtur. Quapropter dubito de *Fr. Jacobsii* (p. 178) explicatione, qua Vinnio praecipitur, ne fasciculum pudibundi instar portet, ut si contra decorum faceret. Est autem *conviva tribulis* rusticus ex eadem tribu, qua est locupletior civis Romanus, qui ipsum ad coenam vocavit; conf. interpp. ad Cic. pr. Muren. 34, 72. Sall. Jug. 4, 3. Lactant. Inst. 6, 11, 26. Contra aliis est homo de infima plebe, quam significationem praeter Turneb. Adv. 28, 33. imprimis tuiti sunt *Marcilius* et *Schmidius* coll. Martial. 9, 50, 7. 58, 8. 8, 15, 3. 4. Stat. Silv. 4, 1, 25. Flor. 2, 6. Casaub. ad Suet. Aug. 101. (p. 498. ed. Wlf.). Illis assentiuntur *Düntzer, Dillenburger, Forcellinius, Freundius,* alii. At vide, qui mecum sentit, *Orellium.* Perperam *Sanadonus* epulas sodalitias, θιάσους (Böttig. „Attisch. Mus." fasc. 1.) intelligit. De *solearum* usu, quas ipse fert ob servorum penuriam bonus ille tribulis, vide quos laudat *Schmidius* imprimis Heind. ad Sat. 2, 8, 77. coll. Burm. ad Petron. 31. p. 120. et 41. p. 185. Diss. ad Tib. 1, 5, 66. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 27. p. 369. Becker. ad Gall. I. p. 36. De *pileolo* ambigitur. Sunt qui, quoniam in antiquis aliquot monumentis Romani convivae capite velato atque tecto cernuntur, pileum ad habitum coenatorium referant, conf. Stuck. l. l. 2, 28. p. 373. et „Wanderung durch Pompeji bei Fackelschein" in *H. Maltens* „Neueste Weltkunde." Jahrgang. 1835. IV. p. 184.; magis autem eorum probanda est sententia, qui *Marcilio* auctore tribules illos ob eam causam secum tulisse opinantur, ne a coena revertentes sub dio essent nudis capitibus multa jam nocte. Conf. de hoc toto loco explicationes ap. Weichert. l. l. p. 108. Fr. Jacobs.

*) Iis locis, quos de hac Adjectivorum transpositione in Zimmerm. „Schulzeit. II. 1834. part. 150. collegimus, adde Heinr. ad Juv. 13, 84. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 45, 199. Lübk. „Grammat. Studien" p. 24 sqq. Jacob. Qu. Epic. p. 113 sqq. et Reisig. „Vorlesungg." p. 634 sqq. De significatione verbi *glomus Doederlinius* Germanorum „Klump" (Syn. V. p. 363), *Buttmannus* (Lexil. II. p. 159) Graecorum κλώμαξ comparat. Schol. Cruq. interpretatur „rotundum globum filorum." Conf. *Lindemann.* ad Paul. Diac. p. 443.

p. 180. et Düntzer. p. 98. At plane ridiculus est *Cilano* (IV. p. 1092.), cujus absurdam hujus loci interpretationem indicasse satis erit. Quomodo autem *Charpenterius* hunc locum his usus verbis expediverit: „Pileolum autem et soleas pro pileo et calceis inter convivium, commoditatis causa, sibi ponet," me non persentiscere profiteor. Neque, quum de incedendi gestandique pileoli cum soleis imprimis ratione dicatur, assentior *Orellio*, cui homo ille eo maxime ridiculus fit, „quod dum quantocumque potest cum decore soleis puris nec pulvere adspersis in triclinium introire parat calceosque ibi exutos et pileum atriensi tradit, iis omnibus, qui quum maxime in atrio sunt, et ingenuis et libertis et servis nimis demissus ac timidus videtur." Neque moramur eos, quanquam sunt multi, qui in hac festiva convivarum plebejorum descriptione non ingressum in domum, sed abitum sentiunt, ita ut convivas illos, quum bene poti ac multo mero irrigui redierint, ridicula ista et pileoli et solearum gestatione usos esse opinionis errore sibi persuadeant.

V. 16 — 18. *Nec volgo — nitere porro.* Jam addit Horatius, quae Vinnio praeterea observanda sint, quare ii videant, qui causae difficilis, i. e. Asyndeti *ne* susceperunt patrocinium. Recte *Vossius:* „Auch nicht melde dem Volk." — *volgo*, de sententia *Orellii*, „ardelionum circulis et turbae libertorum*) in aedibus Palatinis." Immo volgo Romano; etenim Vinnius Romam advenerat, nondum autem intraverat palatium Augusti. Dictio *sudavisse ferendo*, a communi vita quanquam petita, Romanas aures minus offendit quam nostras. Ita A. P. 241. *sudet multum frustraque laboret*, ibid. 413. coll. Sat. 1, 9, 10. Epod. 10, 15. Od. 1, 15, 9.**) al. Quid

*) Commode *Rodellius:* „Monet ne faciat quod servi [plebeji quoque homines] aliquo cum mandatis missi facere solent, quum passim jactant navatam a se egregiam operam festinando, quippe qui magnum quiddam afferant a domino. Nociturum enim putavit Horatius suis libris, si homo praesertim a se missus, eos sic effuse laudaret praeveniretque lectorum judicia."

**) Contra eos, quibus *sudandi* verbum (Hom. Il. 23, 715.) aliquid ingrati aut rustici habere visum est, *Fr. Jacobsius* ita surrexit, ut (p. 179.) doceret, illud verbum pro *attulisse* positum magni laboris omni obscoenitate detracta habere notionem coll. Epist. 2, 1, 168. Quintil. Inst. 5, 7, 1. Cic. Epist. ad Div. 3, 12, 8. Sed ratio et usus latius patet. Cic. de Or. 1, 60, 257. *sudor et pulvis.* Id. de Offic. 1, 18, 61. *sine sudore et sanguine.* Sallust. Jug. 85, 41. (ibiq. Cort.) *sudorem, pulverem et alia talia nobis relinquunt.* Terent. Phorm. 4, 3, 23. *Eia sudabis satis, si cum illo homine incoeptas.* Stat. Silv. 3, 2, 123. *puer his sudavit in arvis.* Senec. Epist. 4. *Ad su-*

hic praeterea spectaverit jocosus Poeta, e versu 19. apparebit. — V. 17. *Carmina, quae poss. oculos aurisque morari Caesaris* nisi proverbii instar dicuntur, ego quidem non tam ad legentem aut anagnostes opera utentem Augustum *Cruquio* auctore retulerim quam v. *oculos* quidem ad ornamenta voluminum a veteribus scriptoribus saepe laudata. Mart. 3, 2, 6. *Cedro nunc licet ambules perunctus Et frontis gemino decens honore Pictis luxurieris umbilicis.* Id. 5, 6, 13. coll. Schwarz. de Ornament. libror. vett. p. 82. 211 sqq. Both. ad h. l. ap. Gesn. Schmid. ad 20, 2. Doering. ad Catull. 1, 22, 6 — 8. Loers ad Ovid. Trist. 1, 1, 5. Diss. et Becker. ad Tib. 3, 1, 9 sqq. Nolo tamen negare, priorem quoque rationem, quo se tueatur, habere multum. Mart. 2, 91, 3. *Si festinatis toties tibi lecta libellis Detinuere oculos carmina nostra tuos.* Verba autem *oblectare* et *morari* junguntur A. P. 323. ibiq. Hoched. et O. Jahn. ad Pers. 1, 77. De Genitivo *Caesaris* postposito vid. annot. ad 12, 27. et Voss. ad Virg. Ge. 3, 46.

V. 18. *oratus — nitere porro.* Ut locum elegantem a variis dissentientium interpretationibus vindicemus, sententiarum ordo repetendus est altius. Uti v. 16. Poeta Vinnium monuit, „ne Romam quum advenisset aliis narrare inciperet, quid“ etc., ita nunc alios Vinnium alloquentes hacce sententia ponit: „Quamvis licet te hominum curiosorum oret turba, ut sibi aperias quid rei Augusto apportes, ne obsequere, immo ascendere perge.“ Uti in forum euntibus *descendendum*, ita in Augusti palatium tendentibus *ascendendum erat*, id quod jam Poeta festive *nitere porro* dicit. Hanc rei conditionem si sibi finxisset doctissimus *Weber*, non dixisset (p. 227. N. 174): „Ich kann hier meinem Freunde *Orelli* nicht beistimmen, wenn er die Vulgate *nitere porro* wieder auf gut Vossisch frisch weg erklärt: „*schiebe dich vorwärts*,“ was *niti* nicht heissen kann,

---

pervacua sudatur. Prudent. Cathem. 2, 76. *Sudavit impar proelium.* De *sudore* ex timore vel anxietate orto vel translate usurpato vid. Torrent. ad Sat. 1, 9, 10. Ilgen. ad. Virg. Cop. p. 49. Hesiod. ap. Xenoph. Mem. 2, 1, 20. Wüstem. ad Theocr. 2, 107. Hess. ad Basil. M. Coh. ad Graec. 8. p. 14. interpp. ad Cic. Epist. 6, 19, 9. Burm. ad Petron. 3. p. 14., 44. p. 207. Weitz. ad eund. 6. p. 30. interpp. ad Apul. Met. II. p. 166. Martyr. Ignat. c. 7. p. 191. ed. Hefele; coll. Mitscherlich. ad Od. 1, 13, 6. Bergl. ad Alciphr. 1, 34, 43. Wagn. ad. 2, 2, 61. p. 287. et Ruhnk. ad Terent l. l. Barth. ad Claudian. de Rapt. Proserp. 2, 16.

das vielmehr von einer Fussreise gesagt nur *klimmen*, also *emporklettern* bedeuten würde, *während es vom Sabinum nach Rom in Gegentheil bergab ging.*" Quis est, qui hoc dubitet? Non vides Vinnium Romae jam versantem in hominumque turba vel contra Palatinum vel in Palatino sese moventem? Et ut *Orelliana* illa explicatio consuetudini dicendi adversetur, restat altera, in qua notio quaedam impedimenti ac pugnae praevalet, cf. Sat. 2, 6, 28 — 30. Eam proposuit *Schmidius*. Adjungo tertiam homini illi non minus accommodatam, qua ejus firmi gressus ridicule describuntur; cf. Serv. ad Virg. Aen. 2, 381. et Schirach. Clav. H. p. 506. At, quod hic quaerimus, in hac triplici ratione *nitere porro* aeque bene jungitur ac *ire porro pergas* Liv. 9, 2, 8. et *agere porro armentum* ibid. 1, 7, 6. et translate *perge porro* Cic. de Fin. 4, 27, 75. Contra juncturam verborum *porro Vade*, quam pro vera habet *Weber*, omnem illius formulae valedicendi vim delumbare nemo erit, qui non persentiscat. Quapropter ne in Danaidum dolia amphoras infundam, *Webero* meo illud Attilianum placet proponere: *Suam cuique sponsam, mihi meam.* Jungit igitur *Weberus: oratus multa prece nitere, ne* vel *neu narres* „ich bitte mir's aus (sey inständigst gebeten), dass du nicht jedermann, der's hören will, erzählst" etc. Similiter verba ordinarunt, sed *porro* verbo *nitere* adjunxerunt *Britannicus*, *Cruquius*, *Bothius*. Alii interpretes modo variant in prioribus verbis, modo in ultimis, ut *Ascensius*, *Desprezius*, *Sanadonus*, *Campenonus*: „A me toties rogatus, o Vinni, diligenter ac sedulo exsequere et perfice quod praecepi." Rursus *Rodellius*: „Quicquid insuper studio et cura poteris, multis a me rogatus precibus ipse adjicies." Hujus vestigiis instat *Walckenaerius*: „Tu a entendu mes recommendations, mes prières; fais de ton mieux; adjeu" etc. Contra *Dacerius*: „Va de ce pas, je t'en conjure, ne t'arrête pas davantage, pars, adjeu." *Gesner*: „Satis te oravi; quod superest, tu nitere" etc. Aliam viam sua verborum junctura ingressus est *Victorius*: „si denique poscet v. 3., oratus ab Augusto vel a familiaribus ejus" — Qui *nitere porro* praeeuntibus *Cruquio* et ejus Scholiasta „adlabora, vel age, da omnem operam" explicant, suae explicationis patrocinium habent in Non. Marcell. 5, 100, coll. 4, 3. In *Vossii* et mutatis mutandis nostram sententiam *Guttmannus*: „Mag man flehentlich bitten, du hörst nicht und sputest dich. Vorwärts"! Similiter *Scheller*, *Günther*, *Passov.* et *Merkel*. Ceterum de usitata formula *oratus multa prece* Lambinus laudat Cic.

ad Attic. 9, 11. et Caes. B. G. 7, 26. ad quem locum cf. Herzog et Rupert. ad Liv. 9, 16, 3.

V. 19. *Vade, vale* ex formula discedenti salutem apprecandi ut apud Graecos, Eurip. Med. 754. *χαίρων πορεύου.* Phoen. 935. *Χαίρων ἴθ'. οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων*, quos locos coll. Monk. ad Eurip. Hippol. 1438 (p. 166 ed. Lips.), *Schmidius* comparavit. Conf. Brisson. de Formul. 8, 67. — *cave, ne titubes mandataque frangas*, i. e. tecta sententia „cave ne, quod asellis onustis accidere solet, vacilles*) et librorum thecas vel involucra laedas.“ Ne quid dicam de consuetudine Horatiana in Epistolarum clausulis, qua fieri potuit, nugis suis festivum addendi pondus, neve de metu, ne nominis *δυσφημία* eventu comprobetur, id quod Augusto, talium rerum curioso (Sueton. Aug. 92.) risum movere debuit, illam explicationem postulat omnis sententiarum ambiguitas, flagitat luculenta nominis *Asinae* interpretatio per totam fere Epistolam aequabili quadam cavillatione diffusa et joco hilari condita. Hinc sarcinae, clitellae, ferus, via per clivos, flumina, lamas, onus ferendo sudor expressus, vacillatio et rerum portatarum laesio. Sensit hoc Porphyrion, quum explicaret: „mandata nunc participium est**), non nomen. *Frangas* autem bene, quasi asina. Ut supra: *Clitellas ferus impingas.*“ Senserunt praeter Rodell. et J. Merkelium *Britannicus, Bothius* ad Gesn., *Doeringius* (quanquam male addit: „quia non raro, qui titubant, pedes frangere solent“), *Fr. Jacobsius* (p. 173 — 74). Miror igitur *Düntzeri* et *Dillenburgeri* (quos *Orellium* in curis secundis secutum esse magnopere doleo) nimiam vel morositatem vel elegantiam, qua *mandata frangere* ut *fidem, leges, foedus* frangere dici opinantur. De eorum igitur sententia hoc voluit Poeta: „cave ne in commissa re delinquas et mandata male exsequaris“ coll. Plaut. Mil. gl. 3, 3, 70. Cic. pr. Flacc. 10. Or. 3, 50. Alii, ut *Cruquius* et *Schmidius*: „cave ne coram Au-

*) *Rodellius:* „ cave ne pede lapsus cadas et ne chartae tibi concreditae aliqua parte lacerentur“ et *J. Merkel:* „Geh nun, und strauchle mir nicht, und zerbrich nicht, was ich dir auflud;“ atque haud scio an eadem sententia *Schellerus:* „Geh, leb wohl, und strauchle mir nicht und zerbrich das Vertraute.“

**) Cum *Doeringio* intelligas „*carmina*,“ non opus est; *mandata* enim „quae tibi mandavi.“ Conf. Orell. ad A. P. 104. Ceterum *Fr. Jacobsius* (p. 174.) interpretis Gothani interpretationem: „carmina *frangas*, corrumpas, disperdas, accommodate ad *titubes*“ etc. plus aequo limare videtur.

gusto propter timiditatem in dictis sis inconstans vel tibi *blaeso titubet lingua sono* (Ovid. A. A. 1, 595. Terent. Heaut. 2, 3, 120. Plaut. Mil. gl. 2, 2, 93. coll. Pseudol. 4, 1, 32. ib. Gronov.) Sic *lingua titubat* Senec. Epist. 11. et Lactant. de Ir. 5, 3. Similiter Graeci, ut Socrates ap. Orell. Sentent. vett. Graec. I. p. 26. *Κρεῖττόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν ἢ τῇ γλώττῃ* *). Quid, quod *Rappoltus* **) hisce verbis memoriae imbecillitatem, quae turbari plerumque soleat, quum offendamus aut cespitemus, significatam videt, ut sit: „cave ne forte impingendo quae inculcata sunt ex animo amittas.“ In hanc suam sententiam ipsius Porphyrionis explicationem, quam supra posui, inscite detorquet et de nota asinorum infelicissima memoria, ad omnem doctrinam inepta et itentidem stimulo illis refricanda laudat Sat. 1, 1, 90. 91. Sapienti sat! Quid autem ex Caesaris mentione v. 18. facta in ejus facultatem poeticam vel potius rectum ac subtile de aliorum poetarum operibus judicium redundet, significat *Weichertus* in „Imperat. Caesar. Aug. scriptorum Reliquiis“ (Grimae 1841) p. 87.

---

*) Dixi de hac re in Seebodii, „Archiv“ 1833. II, 4. p. 585 sqq., de illo v. *frangendi* usu addi potest Cic. de Or. 3, 2, 7. (ib. Ellendt. in ed. min.) *frangere contentiones.*

**) Cum *Rappolto* facit praeter *Zurckium* elegantissimus *Daru:* „Pars et, fidèle à mon intention, Dépêche-toi, ne bronche point en route, Et ne va pas oublier ta leçon.“ *Campenon:* „ne bronchez pas en route, et remplissez mes intentions sans rien oublier.“ *Dacerius* et *Sanadonus* quanquam metaphoram v. 8. hic traductam sentiunt, tamen vertunt, et ille: „Prens bien garde de ne pas broncher, et de ne pas envoyer à vau-l'eau tous mes ordres,“ hic: „Partés, adieu: ne faite point de faux pas, et exécutés mes intentions de point en point.“ *Walckenaer:* „adieu, pars, garde-toi de broncher, et de forfaire à tes instructions.“ Similiter fere nostrates, ut *Vossius:* „noch zerbrich mir den Auftrag.“

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XIV.

AD VILLICUM SUUM.

Villice silvarum et mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis habitatum quinque focis et
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres,

Ad villicum suum. Mss. Lips. 2 (vinlic.). 3. Dess. 2. Berol. 2. Mon. l. (de reliquis mihi non liquet). Rudolst., addit cod. Mentel: *de vanitate studii.* Edd. vulg. *Ad villicum.* Edd. Bentl. Cun. Wakef. Haberf. Praedic. al. *Qu. Hor. Fl. vilico suo s.* Ms. Gott. 2. Edd. Venet. 477. 79. 81. [*vill.*] *Qu. Hor. Fl. ad villicum suum.* Ed. Venet. (Britann.) 520. *Villico suo.* Edd. vet. ap. Maitt. — V. 1. *Villice.* Mss. omn. nostr. praeter ms. Lips. 1. qui habet *Vilice* ut E. ap. Orell. et ed. Dillenburg. Quodsi Orellius unam l semper in Inscriptt. inveniri ait, ego nego; nam duplice litera scribitur in Inscr. Orell. n. 2857. et 2860. coll. Symb. litterar. Decad. secund. (Rom. 1741) I. p. 8. Sub judice lis est, vid. Jahn. ad h. l. Garat. ad Cic. pr. Planc. 25. p. 749. ed. Orell. Osann., V. Cl., Allg. Lit. Zeit. 1827. Erg. Bl. N. 69. p. 547. et quos laudat Wagn. in Orthogr. Vergil. p. 454. coll. Weichert. Lectt. Venus. p. 75. Hildebr. ad Apul. Mag. 87. p. 609. et van Jan in NJbb. 1843. XXXVII. 1. p. 9. Atque haud scio an rectius scribatur *villa*, sed *vilicus* ut *mille* et *milia*, sed ab optimis mss. Horat. discedere dubitavi. — *mihi me redimentis ag.* Ms. Barth. Adv. 15, 3.; scripturam ab illo probatam refutat Bentlejus. Ceterum *mi* scribunt mss. Dess. 2. 3. Lips. 3. et *silvarum mihi* Dorv. 1. Guelf. 4. Ex scriptura aliquot mss. *redentis* ortum est sphalma *ridentis* in edd. Ven. 477. 81. — V. 2. *agitatum.* Ms. Altd. ap. Haberf. — *focisque.* Guelf. 2. a 1. m.

V. 3. *Variam.* Mss. paene omn.

Certemus, spinas animone ego fortius ac tu
Evellas agro et melior sit Horatius an res. 5
Me quamvis Lamiae pietas et cura moratur,
Fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis

Lamb. et Torr. (qui probat) Cruq. (except. duob. qui *Bariam* habent) ejusq. Schol. in lemmat. Pulm. 1. 2. 3. 4. 7. 10. Bersm. un. Barth. Adv. 15, 3. (qui probat, sed adverbialiter explicat, ut *multifariam*) Oberl. D. Comb. B. C. Fe. 1, a. b. (a 1. m.) e. g. i. 2, c. d. e. g. h. m. 3, c. 5, f. 6, c. 7, a. notat. ex ms. in ed. Ald. 501. in Bibl. Vat. et 509. Barb. Pott. et Ik. ut videntur omn. e nostris Guelf. 1. 4. Berol. 1. Dess. 1. 2. 3. Goth. Lips. 2. 3. Mon. b. f. et Orell. bSd. (sed S suprascr. *Veliam*). Edd. Cruq. (nisi jam habet ed. 476. ap. Maitt.) Rodell. Talb. Baxt. Bentl. Maitt. Cun. San. Mervill. Jon. Phil. Sandb. Gesn. Franc. Bask. Sivry. Oberl. Comb. Dorigh. Wakef. Bad. Wetz. Zeun. Haberf. Daru. Praedic. Hunt. Fe. (qui def.) Ik. Pott. et recentt. *Bariam*. Mss. reliq. e nostris Guelf. 2. 3. Berol. 2. Gott. 1. 2. Dorv. 2. Corbei. Lips. 1. cod. Mentel. Rudolst. et Mon. a. c. (corr. e *variam*) d. g. l. m. (cum Schol. „ad castellum proximum in Sabinis") Victor. Edd. vulg. etiam Lamb. Torr. San. Fab. Zurck. et Valart. *Buram*. Ms. Mon. e. *Varia*. Mss. Cruq. 3. 6. (qui comprobat, non *Baria*, ut Gesn. Comb. et Both. dicunt) et Orell. c. *Baria*. Edd. Venet. 483. 86. 90. 92. Lips. 492. Asc. 519. *Veliam*. Ms. Dorv. 1. (sed superscr. *Bal.*) et Orell. S., ut antea indicavimus. *Vatiam*. Conj. Cruq. *Barium*. Ed. Junt. 503. teste Fea.

V. 4. *animo spinas ego*. Ms. Mon. d. — *fortior*. Ms. Ik. 5. — V. 5. *Evelles*. Mss. Bersm. tres. Fe. 1, b. i. p. 2, c. 3, f. 5, a. 6, a. Ik. 1. Orell. c. (superscr. *a.*) d. Guelf. 4. Dess. 2. Lips. 1. 2. — *Oratius*. Mss. Bersm. tres (qui probat). Dess. 2. — *aut res*. Ms. Mon. c. *an rus*. Ex conjectura D. Heins., quem sequuntur Cuning. (qui def. in Animadv. c. 2. p. 19.) et Praedic., contra disputat Bentl., quem vide et Jam. Tunstall. ap. Duncomb. II. p. 615. Scriptura *res* bene se habet, quum *res* hic ut alias opponatur domino, i. e. Horatio. Cum Heinsio Rappoltus quoque p. 726. facit.

V. 6. *Me Lamiae quamvis*. Ms. Mon. l. — *moratur*. Mss. vulg., nisi excipis Cruq. et Talb., qui de suis tacent. Edd. vulg. *moretur*. Mss. Pulm. 3. 11. Val. octo. Fe. 1, g. q. s. 2, f. (& 2. m.) 5, f. 6, c. Guelf. 1. Mon. c. Edd. Ven. (Britann.) 520. Lamb. Cruq. Min. Bersm. Talb. Jon. Sandb. Charp. De partic. *quamvis* cum Indicativo juncta vid. Schmid. ad h. l. Lübk. ad Od. 3, 7, 25. Wüstem. ad Sat. 2, 5, 15. Loers ad Ovid. Trist. 1, 2, 11; miror igitur Weichertum (Lectt. Venus. p. 76.) incertum haesisse, utram scripturam sequeretur.

V. 7. *Fratrem mirantis*. Conj. Both. in ed. Gesn., sed refutant Jahn., Schmid. ad h. l. et Weichert. Lectt. Venus. p. 76. De homoeoteleutis non nimis anxie vitandis vid. quos laudavi ad 1, 1, 68. p. 82. Orell. ad h. l. et Jahn. ad Virg. Aen. 4, 256. 6, 310. O. Jahn. ad Pers. 1. p. 108. Hertzb. ad Prop. I. p. 175 sqq. — *de rapto*. Ms. Mon. e. *rapto et de*. Berol. 1. — *dolenti*. Ms. m. Edd. Ven. 483. 86. Lips. 492. Loch. 498. ? ! V. 7. et 8.

Insolabiliter, tamen istuc mens animusque
Fert et amat spatiis obstantia rumpere claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum;
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum causatur inique;
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.
Tu mediastinus tacita prece rura petebas,
Nunc urbem et ludos et balnea villicus optas;
Me constare mihi scis et discedere tristem,
Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.

Guyetus sic in unum jungit: *Fratrem maerentis, tamen istuc mens animusque*, offensus verbis, quae omisit quibusque nemo hodie offenditur qui limatulo judicio est. — V. 8. *Insociabilitor*. Mon. f. — *tamen illuc*. Ms. lk. 4. 5. — *mensque*. Guelf. 4. Bad. 1. *mens me animusque Fert*. Ms. Barth. Adv. 15, 3., contra disputat Schmid. *mensque animusque*. Conj. Cuning. (Animadv. c. 11. p. 152).

V. 9. *Fert et avet*. De conjectura edd. Bentl. Wakef. Praedicov. Hanc Bentleji conjecturam non improbant Jani p. 206. Haberf. et Charpenterius; contra disputant Dac. Wetz. et Schmid; de commutatis verbis *avere* et *amare* cf. Drak. ad Sil. Ital. 9, 371. Non immemor est hujus loci Burmannus ad Ovid. Met. 2, 503. *Fert et ovat*. Conj. Cuning. — *abrumpere*. Ms. Guelf. 2. — V. 10. *tu ducis*. Ed. Despreux, fortasse errore typothetae. — V. 11. *nimirum odio*. Ms. Lips. 1. — *odio res*. Mss. aliqt Lamb. et Cruq. 7. 4. 3. 1, un. Pulm. 1. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Angel. teste Fea, e nostris Guelf. 3. Berol. 1. (a 1. m.) Goth. et Mon. b. Recte autem se habet *sors*, cujus explicationem pete a Lambino ad Sat. 1, 1, 1. — V. 12. *inmeritum*. Ita mss. Orell. edE. Lips. 2. 3. *immerito*. Mon. e. — *causatur? Utrique*. Ed. Praedicov.

V. 13. *effugit usquam*. Ed. Praedic., conj. Doering.; perperam, nam Poeta sensu latiore ad tempus refert, quod loci quoque esse potest; similiter erravit Bentlejus ad Sat. 2, 1, 31., ubi recte *unquam* reduxerunt Orell. et Wüstemann. — V. 14. *Tu mediastinus in urbe tacita*. Ms. Mon. g. ex immisto glossemate, ceterum nostri libri mss. *mediastinus*, non *mediastynus*, ut libri vulg. ap. Lamb. et edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. cum Flor. 482. al., plane barbara est scriptura *medyast*. in Ven. 483. 86. — *rure*. Ms. Goth. Mon. d. f. — *patebas*. Ms. Rudolst. — V. 15. *urbem ludos*. Mss. duo ap. Fe. — *vilicus*. Ita mss. Orell. SE. Guelf. 8. Dess. 1. Lips. 1. et edd. Ven. 477. 79. Dillenb. — V. 16. *Me stabilem modo scis*, corr. a 1. m. *Me const. m. scis* in ms. Mon. d. *Me mihi constare*. Ed. Cuning. ex aure sua et contra metrum, ut observat Fea. — *mihi vis*. Guelf. 2. — *ac disc*. Edd. Cun. San. Mervill. Franc. Bask. 767 (non 762) Dorigh. — *discernere*. Edd. Flor. 482. Ven. 486.?!

V. 17. *Quandoque*. Ms. Mon. e. —

Non eadem miramur; eo disconvenit inter
Meque et te: nam quae deserta et inhospita tesqua
Credis, amoena vocat mecum qui sentit et odit
Quae tu pulchra putas. Fornix tibi et uncta popina
Incutiunt urbis desiderium, video, et quod
Angulus iste feret piper et thus ocius uva,

trahent. Gott. 1. — *vesana negotia.* Ms. in ora ed. Ald. 519. in bibl. Angel. (teste Fea) et Orell. d. — V. 19. *Me et te.* Mon. d. *nam qui* Fe. 2, i. *nam et.* Mon. m. — *diserta.* Mon. b. — *tesqua.* Ita mss. plurim. Lamb. omn. Torr. (uterque *tesca* probat) Bersm. quat. Barth. (Adv. 15, 3.) un. Orell. certe Ed.; e. nostr. omn. ad eandem scribendi rationem et in sphalmatis ducunt, Mon. d. *resque*, sed corr. *tesqua.* Edd. vulg. *tesca.* Mss. Pulm. omn. Bersmanni duo. Edd. Bersm. Chab. Orell. (in ed. 2. propter Varronis L. L. 7. 9. auctoritatem). Ita et Laurenberg. Antiq. p. 460. et Ottfr. Müller in Varr. et Festo cum Lindemanno ibid., contra *tesqua* scripsit Conr. Schneider in „Formenl." p. 428; de sententia Joann. de Jan v. *tesca* a voce *tescua* differt et triptoton est. Conf. infra commentar. Ceterum *te. Tu quae* scribi maluit Marklandus (Explicatt. vet. aliq. etc. p. 308.), sed vid. Schmid. ad h. l. et Orell. ad Od. 3, 17, 5. coll. Fabr. ad Sallust. Cat. 20, 7. p. 56.

V. 20. *qui mecum.* Ms. Bersm. un. Dess. 3. Mon. e. — *vocat mecum, qui.* Ed. Glarean. — *at odit.* Ed. Praedicov. — V. 21. *Qua tu* superscr. *ubi.* Ms. Cruq. 1, a. — *putas.* Mss. Lamb. 1, duo. 2. 3. 5. 6. 8. 9. 7. 10. Cruq. ut vid. omn. Pulm. sex. Bersm. omn. Talb. complur. Val. decem et sine dubio omn. ap. Oberl. Comb. Fe. Pott. Ik. (quatenus tacent) Orell. certe omn. et nostri uno excepto. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 82. ed. vet. 476. ap. Maitt. Lips. 498. 502. Loch. 498. Asc. 519. Britann. 520. Lamb. Cruq. Xyland. Min. Chab. Bersm. Talb. Bentl. Maitt. quos sequuntur plurim. recentt. *putes.* Ms. Lips. 1. Mon. g. *vocas.* Lamb. aliq. et ut vid. omn. Torr. un. (11) ap. Pulm. tres ap. Talb. Val. reliq. et e nostris Mon. m. Ed. princ. ap. Comb. (474. ap. Maitt.) Lips. 492. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Glar. Muret. Pulm. Irenic. Biedm. H. Steph. Fabr. Torr. Tan. Fab. Heins. Bond. Maroll. Rodell. Dac. Despr. Zurck. Tart. Phil. Batt. Val. Dorigh. Praedic. Camp.

V. 22. *video quod.* Ms. Fe. 2, i. Mon. e. *ut video quod.* Ms. Ik. 4. — *desideria.* Guelf. 4. — V. 23. *ferat.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, p. Guelf. 2. — *ille.* Dess. 2. — *thus* (pro quo Bentl. Cun. Val. al. scripserunt *tus*) plurimi mss. nostri habent praeter Berol. 1. 2. Dess. 2. Lips. 2. 3. Gott. 1. Rudolst., qui *tus* servant. De Monacc. non liquet. Aspirationem tuentur Fea ad Od. 1, 19, 14. et Orellius ad h. l., recte quidem, nam forma asperata, i. e. graeca, teste Servio ad Virg. Ge. 1, 57. Aen. 6, 3. antiquior est. Contra *tus* comprobant Broukh. ad Prop. 2, 8, 28. Drak. ad Liv. 10, 23, 2. Beier ad Cic. Off. 3, 20, 80. Grotef. Gr. lat. II. § 181. ed. 4. Wagn. Orthogr. Vergil. p. 476. (qui ibi de patronis hujus scripturae errat) O. Jahn. ad Pers. 1, 43. Rem in dubio relinquit C. Schneider

Nec vicina subest vinum praebere taberna
Quae possit tibi, nec meretrix tibicina, cujus
Ad strepitum salias terrae gravis: et tamen urgues
Jampridem non tacta ligonibus arva bovemque
Disjunctum curas et strictis frondibus exples;
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuere togae nitidique capilli,
Quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci,

in „Elementarl." p. 200. — *actus* sive *thus*. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivry. Dorigh. — Sphalmata sunt *angelus*, *anulus* (Gu. 1. Ik. 5.) pro *angulus*, *una* (Gu. 2. 4.) pro *uva*. — V. 24. *Ne vic.* Ms. Fe. 3, f. [*vivina quod subest.* Ms. Goth.] — V. 25. *posset*. Ms. Bersm. un. Fe. 1, m. 6, c. Guelf. 4. Dess. 1. 2. (sed hic superscr. *i*) Gott. 1. Mon. a. c. e. g. (sed e *tibi posset*). — *tibi?* Ed. Min. — *vilis tibicina*. Ed. Tart. teste de Coste.

V. 26. *salies*. Ms. Mon. c. — *urgues*. Ms. Ik. 1. (sed habet *ungues*) Orell. E. Berol. 2. Goth. Ita edd. Bentl. Cun. Gesn. al.; de hac orthographia vid. annot. 1, 1, 29. p. 6. Munck. ad Fulgent. Mythol. 3, 7. p. 120. et Wagn. Orthogr. Vergil. p. 478. — *gravis*. *At tamen* — — *arva!* Ed. Praedicov. — V. 27. *Jamdudum*. Ms. Mon. e. — V. 28. *Dejunctum*. Mss. Lamb. quat. Edd. Lamb. Bersm. Valart. Forma illa *dij*. unice vera, quanquam de ipsa non dubitandum est, quod quidem fecit Goerenz in Jahn. Jbb. 1826. I. 2. p. 321., sed vide Hess. et Pabst. ad Tac. Dial. 11. et de commutatis verbis *dij.*, *dij.*, et *dejunct.* Drak. ad Liv. 42, 59, 4. Munck. ad Fulgent. Myth. praef. I. p. 24. Ellendt. ad Cic. de Or. 3, 15, 57. 16, 61. *Dejectum*. Var. lect. ap. Minoem. *Devinctum curas*. Sic locum laudat Schoppius ad Phaedr. 2, 8, 11. *Discinctum cures* — *exple!* Ed. Praedic. — *strictis et frondibus*. Ms. Pulm. 10. Ed. Cuning. — *imples*. Mss. Pulm. 3. 7. 11. Ik. 4. Orell. c. (corr. *inples*) d. (sed *inpl.* superscr.) Guelf. 2. Mon. e.

V. 29. 30. *decidet*. Ms. Bad. 1. Ik. 4. — *ymber*. Sic ms. Dess. 2. Lips. 3. — *ducendus*. Ms. Orell. c. Guelf. 3. (sed uterque superscr. *o*) Dess. 1. (cum gl. „deducendus per alios tramites, ut parcat agro et prato tuo") Mon. f. g. — *parcere campo*. Mss. Fe. 1, z. 5, f. (a 2. m.) Guelf. 2. Mon. g. (sed superscr.) — V. 31. *quod*. Ms. Berol. 1. Lips. 1. (a 1. m.) — *consensum*. Ms. Fe. 2, h. Mon. b. *contentum* ms. Rudolst. *concentum quid nostrum*. Ed. Cuning. — *dividit*. Ms. Bersm. un. Dess. 3. — V. 32. *docuere*. Ms. Ik. 1. Dess. 2.

V. 33. *inmun*. Ita mss. Ik. 4. Dess. 2. 3. Lips. 1. 2. — *Cinarae*. Sic quidem mss. Dess. 1. 2. 3. Goth. Guelf. 1. 3. 4. Berol. 1. Lips. 1. 2. et Monacc. ut vid. omn. Edd. Lips. 498. Irenic. Bentl. Fe. Pott. Orell. al. *Cynarae*. E

Quem bibulum liquidi media de luce Falerni,
Coena brevis juvat et prope rivum somnus in herba;
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsuque venenat;
Rident vicini glebas et saxa moventem.
Cum servis urbana diaria rodere mavis;
Horum tu in numerum voto ruis. Invidet usum
Lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.

nostris certe Berol. 2. Gott. 1. 2. Lips. 3. Rudolst. Edd. vett. etiam Lamb. Muret. Cruq. Pulm. Torr. Bersm. al., e recentt. Cun. San. Jon. Phil. Bask. Val. Dorigh. Bad. Daru. Hanc scripturam pro vera habet Weber (et in „Archiv f. Phil. u. Paedag." 1843. IX. 2. p. 258. et in libro: „Horaz als Mensch" etc., p. 88. N. 74.) propter originem v. a graeco *κναῖν, κνυάρα* igitur „Artischocke", sed *κιγάρα* i. e. *carduus* apud Romanos non minus in usu erat teste Athenaeo 2, 28. p. 71.; eadem scr. varietas ap. Prop. 4, 1, 95. ib. Burm. et Fe. ad Od. 4, 1, 4. — *capaci.* Ms. Fe. 2, i (a 1. m.) Ik. 4. *Cinarae plac. tenaci.* Ed. Praedic.

V. 34. *med. liq.* Ms. Guelf. 1. *liquidum.* Mon. m. — *de nocte.* Mss. quat. ap. Talb. et Val. Comb. G. Fe. 1, 9. et ms. in ora Ald. 519. in Bibl. Angel. Orell. S. (superscr.) Guelf. 2. (*phalerni*) Mon. d. e. Haec varietas Orellio desumpta videtur ex dubio versu 18, 19., ubi vide. Hunc versum post v. 32. inculcandum censet Bothius et hic et A. P. 46. (in ed. Feae), propterea quod *decuere* ad verba *Quem bibulum* etc. pertineat, sed ex v. 33. verbum *scis* repetendum recte viderunt Vir quidam doct. in „Paedag.-Philol. Lit. Bl. 1827. II. N. 21. p. 184. et Schmidius ad h. l. — V. 35. *rivos.* Ms. Orell. E. Mon. c. — *in herbas.* Ms. l. Vict. — V. 36. *Non lusisse.* Ms. Sant. et Mon. i. — *praecidere.* Guelf. 2. Versum 36. et tres seqq. ab Horatio non profectas Guyetus opinatur. — V. 37. *Nec istic.* Ms. Mon. g. — *oculo obliquo.* Ms. Guelf. 1. et Mon. c. [*oblico* Berol. 1. Guelf. 3. 4.] — V. 39. *Vicini rident.* Guelf. 1. — *glebam.* Dorv. 2. — *memet gl. fodientem.* Ms. Oberl. D. *ac saxa.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh. — *vomentem.* Ms. Mon. a. Ab hoc versu usque ad 15, 41. deficit ms. Orell. c.

V. 40. *Conservis.* Ms. Berol. 1. — *tu urbana.* Ita de conjectura ed. Bentl. (qui def.) Bask. Praedic. Audacior fuit et ille Sat. 2, 3, 212. 234.; at vide Heind. ad Sat. 1, 2, 90. Orell. et Dillenb. ad Sat. 2, 7, 66. — *urb. cibaria.* Ms. Fe. 6, a. (a 1. m.) Goth. Mon. b. (superscr.) g. (sed corr. *diaria*). — *reddere.* Ms. Bad. 1. (sed corr. *rodere*) Mon. l. Berol. 2. Rudolst. Edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482 (ubi vide Landin.). Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Asc. 511 (non 519) Thann. — *mavis?* Edd. Pulm. Doering. *maius.* Ms. Mon. g. Ed. Biedm. 599. — V. 41. *in numero.* Ms. Mon. e. — *ruis?* Ed. Doering. — *usus.* Ms. Ik. 4. — V. 42. *calo arquatus.* Ed. Praedic. — *et orti.* Ita ms. Lips. 1. (a 2. m.) Dess. 1. 2.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus;
Quam scit uterque libens censebo exerceat artem.

Guelf. 1. 3. et edd. Flor. 482. Ven. 483. Loch. 498. Ald. 501. ἰταλικῶς, ut ait Ellendtius ad Cic. de Or. 3, 17, 63. Verba *invidet — korti* laudat Priscian. 18, 18, 138. II. p. 167. Kr.

V. 43. *Poscit ephipp.* Edd. San. et Dorigh. — *epithia.* Mss. Fe. 1, a. c. e. f. Mon. g. l. cod. Mentel.; reliqui varie aberrant ut *epiphia* Dess. 3. Mon. e. Guelf. 2. 4. Berol. 1. Sant., *ephipia* Dess. 2. Mon. c. *ephibia* Dess. 1. *epichia* Guelf. 1. — *bos, piger.* Distinguunt mss. Mon. g. i. l. Edd. Bentl. (qui def.) Wetz. Praedic. Both. Meinek. Orell. (ed. 2.), comprobat Jani p. 208. *bos piger, optat.* Ita dist. mss. Dess. et Lips. omn. (de reliquis non liquet) Orell. ms. d. Edd. Ven. 481. Ald. 501. Bas. 531. Lamb. Cruq. Pisc. Torr. al. et recentt. plurim., def. Fea, Schmid, Hocheder et Orell. in ed. 1. Contra sine ulla distinctione edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. Asc. 519. Cun. Dillenburg., minus recte, quum verbum repetitum *optat* distinctionem qualemcumque postulet. Mire autem consentiunt Orellius et Dillenburger, ille quum propter caesurae vim se jungere unice cum verbo *caballus* ait, hic (Progr. Aquisgr. 1841. p. 15) quum Horatium cum bove illud Epitheton conjunxisse vicinitate loci, cum equo et sententiae necessitate et *vinculo caesurae*, quae tertium pedem dividat, dicit. — V. 44. *Quam sit.* Ms. Guelf. 1. Edd. Ven. 479. Gymnic. 541. *scit quisque.* Ms. Santen. — *uterque, libens censebo, exerc.* Sic dist. Muretus.

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAMQUARTAM DECIMAM.

Haec Epistola ad id genus epistolarum, quae argumentum habent, referenda videtur. Perstringitur enim illa mentis inconstantia levitasque, qua homines sua sorte non contenti eam fere exoptant, quae alterius est. Hinc eadem illa sentiendi perversitas in vita rustica exoptanda et reprobanda cernitur, ita ut qui in urbe vivunt rus optent, qui ruri agunt urbis delicias desiderent, qua quidem in re locus ipse non in culpa, sed animus male affectus est; quid, quod eo vecordiae progrediuntur homines, ut eadem semper probare nequeant, sed rus, quod cupide petierunt, mox pertaesi fastidiant urbano flagrantes desiderio. Quanquam nihil antiquius est et melius, quam sibi constare et ea sorte esse contentum, quam nobis obtulit optima rerum natura.

Haec fere sunt*) quae urbanissimus Poeta generatim alias quo-

---

*) Aliter *Düntzer* (p. 433): „Die dem Ganzen zu Grunde liegende Idee ist keine andere, als dass das Land allein die dem Alter nöthige Ruhe und den stillen Frieden gewähre; nur in der engen Beziehung auf das Verhältniss des Horaz selbst findet das Gedicht seine Einheit.“ *Mediastinus* ille mea quidem sententia alter Alphius est (Epod. 2.), qui et ipse vitam rusticam, cujus amoenitatibus jucunditatibusque aliquantum temporis delectatus erat, ad suam naturam reversus reliquit. Poema illud festivae dissimula-

que ut Sat. 1, 1, 1 — 12. 2, 7, 22 — 112. Od. 3, 1, 35 — 37. Epist. 1, 1, 80 — 89. 8, 12 (ib. annot.), sed hic speciatim, i. e. vitae rusticae habita ratione, oblique tangit. Simile de demigrationibus et temerariis locorum mutationibus argumentum vidimus 1, 11. expositum. Ut illic aequalium perversum demigrandi studium taxavit, ita hic eorundem inconstantem vitae rusticae amorem. Sed ut quae vellet Horatius magis perspicua essent et quasi sub aspectum posita, hanc ad villicum finxit Epistolam. Neque enim probabile est, Poetam ad hominem infimae conditionis — villici fere ipsi servi familiae rusticae nisi ceteris servis ut operis faciundi auctores et rerum rusticarum custodes praepositi non erant — re vera has literas dedisse. Exemplo praeivit Lucilius*), qui et ipse Fundio, villico suo, vel epistolam vel librum inscripsit. Horatius igitur, quae est ejus cum aequalibus salubria communicandi ratio, villicum suum, fastidientem rerum villaticarum procuratorem, quasi exemplum, quod

---

tionis plenissimum multorum interpretum fugit acumen, ut quid Poeta reapse sensisset aut se nescire faterentur, aut Alphii personam inepte intrusam dicerent. Sed recte de illo carmine judicavit vir doctus quidam in „Blätter für literärische Unterhaltung" 1831. Nr. 291. p. 1262 sqq. „Ueber das humoristische Element in der heutigen Dichtkunst. Erster Artikel." Num Horatius in illo poemate suam ipsius inconstantiam descripserit, esto penes auctorem hujus opinionis, *Teuffelium* in „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1844. p. 512. At quemadmodum dies diem docet, testatur Od. 1, 28., cui carmini explicando post eruditas curas *Gerberi*, *Gernhardi*, *Eichstadii* suum calculum ita adjecit *Fr. Lud. Eggertus* (Progr. schol. 1844. Strelit. nov.), V. d., ut quae partes nautae dandae essent luculenter edoceret.

*) De hoc quod secutus Horatius est exemplo Luciliano vid. *Schmidt.* in Progr. schol. Berol. 1840. *C. Lucilii Satirarum quae de libro nono supersunt disposita et illustrata* p. 33. et *J. Becker* in „Zeitschrift f. die Alterthumswissenschaft" 1843. p. 249. Dubito autem, rectene de ea re dubitet *Orellius* in ed. 2. p. 517. De conditione villicorum vide Gorium in Polen. Thes III. p. 281. Pignor. de Serv. ibid. p. 1300. Tit. Popm. de Operis Servor. ibid. p. 1331 sqq. coll. Cort. ad Sallust. Jug. 85, 39. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 58, 249. et quos laudat *Schmidius* ad v. 1. De eorum officiis loci principes sunt Cat. R. R. 5. 142. 143. Varr. R. R. 1, 2. 18. Colum. R. R. 1, 8. 11, 1. Ille autem Horatianus ab initio unus e familia urbana fuit, quem herus quum propter munia sibi fideliter olim praestita, tum ob ejus singulare ruris studium familiae Sabinae (Sat. 2, 7, 118) praeficere non dubitavit; cf. C. Passov. Nr. 229. Mire *Chabotius* Davum Sat. 2, 7., *Sanadonus* et *Dorighello* puerum Od. 1, 38. in persona villici sibi reperisse visi sunt. De Epistola re vera ad Villicum data non dubitat *Weber* p. 309. coll. p. 165.

simili et contrario calonis arguti v. 42. et sui ipsius v. 16. illustratur, in eum finem proposuit, ut qui in talibus rebus sibi parum constabant, speculum, in quod intuerentur, haberent, cf. annot. ad Epist. 1, 11. p. 95. Cui expositioni adjunxit alia partim ad amicos, partim ad suam ipsius conditionem spectantia, ita tamen inter se connexa, ut singula quasi circuli ad medium relati videantur.

Ab hac quam nos sumus explicatione prope abest Porphyrion, quum Horatium „ad villicum suum hanc epist. scripsisse dicit, in qua ostenderit, omnem hominem vitiosum.“ A vero prope absunt *Bersmannus*, *G. Fabricius*, *Rodellius**) et *Rappoltus*, quanquam hic erravit in singulis. Contra alii complures Acrone quasi duce („castigat villicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque aliquando possederunt senatores“) Poetam id egisse opinantur, ut villicum in vita rustica parum sibi constantem vere edoceret ad melioremque frugem reduceret. Ab hac interpretatione ita recedunt recentiones interpretes, ut Epistolam non villici, sed aliorum causa scriptam putent; quanquam in re ipsa magnopere dissentiunt. Sic *Wielandius* Poetam in urbe praeter spem diutius detentum quasi animi sui causa hanc Epistolam chartis illusisse putat, fortasse etiam, ut quum alios, tum amicos, quibus constans ille ruris amor mirus esset visus, suam vivendi rationem edoceret. Hanc explicationem *Weichertus* (Lectt. Ven. p. 75.) ita definit, ut dicat: „Idcirco hanc ad Villicum Epistolam ab Horatio, Romae quum esset, animi causa scriptam arbitror propter eos amicos, qui, quo diutius jucunda ejus fruerentur societate ac convictu, id quovis modo studebant, eum ut in urbe detinerent eumque a ruris amore, quem procul dubio saepe multumque creparet, avocarent“ etc. Conf. *C. Passov.* N. 282. Illam interpretandi rationem fere suam fecerunt *Düntzer* p. 415. et *Dillenburger* ita, ut credant, Epistolam villici nomine simulato amicorum causa, qui nescivissent neque intellexissent, quid Poetam de morte *Qu. Aelii Lamiae* diutius jam in urbe moratum et retentum tam vehementer ex urbe in solitudinem rusticam vocarit; esse scriptam. *Fr. Jacobs* autem (V. p. 65 sqq. 78.), cui assentiuntur *Bachius* (Zimm. „Zeitschr. f. d. A.“ 1834. p. 1040.) et *Orellius* ad h. l., Epistolam literis mandatam opinatur, ut Hor. importunas homi-

---

*) *Rodellius*: „Neque hanc puto esse Epistolam, sed Poesim in ficta contentione Horatii cum Villico, rationes exponentem cur vita rustica urbanae praeferenda videatur.“

num villam Sabinam a Maecenate donatam ipsi invidentium a se repelleret molestias etc. Cum illis ita facit *Walckenaer*, ut (II. p. 64.) profiteatur: „Il est évident aussi qu'Horace a composé cette petite pièce pour s'excuser auprès de ses amis de Rome sur ses longues absences, et pour justifier les changemens qui s'étaient opérés dans ses goûts, et dans sa manière de vivre.“ At pace tot virorum doctissimorum dixerim, Poetae, si illud unum quasi caput rei significare voluisset, tantam decretorum ex intimo penu philosophiae haustorum copiam opus non fuisse. Quapropter magnopere cavendum erit, ne umbra rerum contenti earum solidam et expressam effigiem negligamus neve nubeculam pro Junone captemus. Omnia autem erunt sarta et tecta, si quis quam supra definiendo aperuimus involutae rei notitiam tenebit*). Quodsi Epistolam Romae scriptam esse ex v. 8. 22. 37. conjici licet, quod quidem cum aliis affirmat *Dillenburger*, recte *Düntzer*, eam ut fictam in Sabino reapse scribi potuisse observat.

Tempus scriptionis incertum *Mervillius* ad annum 731. refert, *Kirchner*, quocum consentit *Walckenaer* (II. p. 63. 606. 626.) in tab. chronol. ad a. 732, *Grotefendus* (p. 475. a) ad a. 735. vel 736. *Dorighello* rem in medio relinquit hacce annotatione: „Hanc fortasse concinnavit aetate provectior, nam constantiam suam jactat, cujus certe expers fuit juvenis; ipse etiam de juventute sua tanquam de remoto tempore loquitur.“ Recte quidem, sed Epistola pro Poetae sentiendi ratione illo tempore vere scribi potuit. Conf. *Weberum* p. 308 — 9.

V. 1 — 3. *Villice silvarum — focis.* „Praedicat rus suum utpote sibi satis amplum.“ *Villice silvarum* et propter ipsas silvas, quas uti Tibullus (4, 4.) perreptare solebat Hor. (Sat. 2, 6, 3. Epist. 1, 10, 7. 16, 5. Od. 3, 16, 29.), et propter pascua, quae saltibus et montibus fere constabant, Virg. Ecl. 2, 5. Quapropter a vero longe absunt qui, ut *Piscator, silvas* intelligi malunt hortos coll. 10, 22?! — *mihi me reddentis*, i. e. ad perfruenda otia liberrima 7, 36. Inde 10, 8. *Vivo et regno, simul ista reliqui Quae vos ad coelum fertis rumore secundo.* Conf. Sat. 2, 6, 23 — 62.

---

*) Verissime *A. Arnoldus* in Progr. schol. 1842. (Königberg in der Neumark) p. 13.: „Das Einzelne, Bestimmte, Concrete ist das eigentliche Gebiet der Dichtung, das Allgemeine im Besondern, Concreten zur Anschauung zu bringen ihr Geheimniss.“

Epist. 1, 18, 107. C. Passov. N. 63. Weber in „Archiv f. Phil. u. Paedag. 1843. IX, 2. p. 297. In sententiam Senec. Epist. 55. *Otiosum enim hominem seductum existimat vulgus et securum et se contentum sibique viventem, quorum nihil ulli contingere nisi sapienti potest. Ille quidem nulla re sollicitus scit sibi vivere* etc.

V. 2. 3. *habitatum quinque focis.* Acr.: „castigat villicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque *aliquando* possederunt senatores.“ Porphyr.: „qui *olim* quinque senatorum fuit.“ Schol. Cruq.: „possessum a quinque bonis patribus.“ — „Valerienses igitur senatores agellum suum *possedisse* significat.“ Hanc temporis notationem cum *Marcilio, Piscatore, Chabotio, Dacerio* multisque aliis negligere non debebant *Mitscherlich.* (I. p. CLXXX), *C. Passovius* (N. 229.) et *Orellius*, qui Participia *habitatum, solitum* praesentis temporis vice fungi sibi persuadentes Horatianum praedium a quinque familiis, i. e. patribus familias, civibus Varianis vel pro certa mercede vel pro constituta proventus parte etiamtum cultum et certe habitatum fuisse opinantur. Huic explicationi sollerter adversatur *Dillenburger* et in edit. Horat. et in Progr. schol. (Aachen 1841. quod inscriptum est: „*Horatiana*“) p. 13. sqq., a cujus viri doctissimi sententia in singulis tantum locis non possum facere, quin discedam. Acriter quidem et in edit. secunda suam defendit sententiam *Orellius*, qua portiones totius fundi tunc quoque colonis illis singulis admodum modicas locatas fuisse, quo melius colerentur, prorsus ut nunc soleant Itali locupletes suis colonis (a' suoi massaj) dicit, at vereor, ne certa hujus moris in agro Horatiano colendo testimonia desint. Si fuisset, Horatium talia villico experientia edocto non tam loquaciter quasi enarrasse crediderim*). De vocabulo *focis* i. e. „domibus,“ ut recte Schol. Cruq., *Orellius* confert Plat. de Legg. 1. p. 642. B. ἡμῶν ἡ ἑστία; similiter Rutg. Lectt. Ven. p. 433. Broukh. ad Prop. 3, 4, 16. Porphyrionis explicatio: „quinq. villis,“ fons multorum errorum fuit, ut infra dicetur. Difficilior sane quaestio de *quinque bonis patribus* est, quos, quoniam Scholiastae

*) Nostra interpretatio in *Zumptio* quoque: „Uiber das Leben des Horaz“ etc. ap. Wüstem. ad Horat. Satir. p. 17., gravissimum habet patronum, contra *Visconti* (Iconographie Rom. I. p. 392.) cum aliis sentit. De numero *quinque* ambigi potest, quum hic ut 7, 1. rotundus possit esse, de qua re dixit *Seebodius*, V. Cl., in „Schollen zu Qu. Horatius Flaccus.“ I. p. 12.

[quibus assentiuntur *Britannicus*, *Lambinus*, *Cruquius*, alii] „senatores“ dicunt, *Dillenburger* pro decurionibus habet, quorum agri illi ante perpetua bella civilia frequentesque agrorum distributiones fuerint. Ac ne quinque decurionum Varianorum in tam exiguo spatio constitutorum multitudinem, qua V. d. praedii magnitudinem illustrandam fuisse opinatur, iis quae de decurionum ratione (interpp. ad Sueton. Aug. 46. Creuzeri „Abriss der Röm. Antiq.“ §. 209. p. 318) nobis nota sunt, prorsus adversari dicam, tale quid Poeta modesta *focorum* voce cavere voluisse videtur. Sententia potius: „praedium meum propter deliciarum penuriam a te fastiditum usibus olim quinque patrum familias antiqua virtute insignium suffecit.“ Recte *Torrentius:* „ea scilicet tempestate, qua bina aut terna familiis jugera propriis culta manibus sufficiebant, ut pulcerrime Juven. 14, 179 — 182.“ *Boni* igitur *patres* eadem fere sententia, qua *fortes coloni* Sat. 2, 2, 115., *viri boni* Epist. 1, 9, 13. et *agricolae prisci, fortes parvoque beati* 2, 1, 139. dicuntur. Conf. C. Passov. N. 219. Hoched. ad A. P. 359. et Heumann. ad 16, 40. laudatus. Quapropter iis non assentior, qui *bonos* illos vel splendidos, divites (Schmid. ad h. l. Rupert. ad Juv. 5, 109. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 11, p. 101.) vel ingenuos (C. Passov. N. 229.) intelligi malunt. Recte *Düntzer:* „es waren gute Alte, die in Varia, wohin der Ort gehörte, zünftig waren.“ Illae igitur familiae *patres* suos, i. e. familiarum capita, ad sollemnes de re communi consultationes Variam dimittere solitae sunt; nam in altera interpretatione: „ad nundinas obeundas fructusque venumdandos,“ verbum *patres* paene otiosum est. Alii aliter *). — Ad v. *Variam* „oppidum in Sa-

*) *Landinus* per *bonos* vel primores, vel qui boni esse debeant i. e. homines honoribus, magistratibus dignos, senatores significari putat. Quod Porphyrio *Bariam* „locum in Sabinis celeberrimum agro“ dicit, *Ascensius* vult, dimissos esse quinque illos ab illo agello ire Romam. *Baria* autem i. e. „per Bariam, non alliciebantur celebritate illius loci, contenti agello meo“ etc. Ablativum *Cruquius* quoque probat, „quasi ager ille Romam mittere soleret Senatores Romanos per viatores arcessitos, si quando e republica quid statuendum esset, laud. Pers. 1, 74. 75.“ *Marcilius patres* pro servis frugi habet, quos villicus Bariam ad fructus vendendos emittat; *Chabotius* pro quinque sanctissimis gravissimisque viris, qui inde prodeant vel ad consultandum de republica Sabinorum vel ad magistratum illic gerendum; *Gesnerus* pro municipibus aut colonis Variae, singularum villarum dominis, Variae contributis sive adscriptis. Ei assentitur *Weichertus* (p. 81.). Contra *Rappoltus*, praeteriti quidem temporis cum Cruquio non

binis olim, nunc vicus imminens Anieni" pertinent quae porro leguntur ad v. *focis* verba Scholiastae Cruq.: „ad octavum lapidem ultra*) Tibur in via Valeria. Valerienses igitur senatores agellum suum possedisse significat." De *Varia* autem, hodie „*Vico-varo* 8 à 9 milles au dessus de Tivoli sur une colline qui est à l'entrée de la vallée de Licenza, qu'elle domine naturellement," post *Capmartin de Chaupy* „Découverte de la maison" etc. III. p. 198 — 212. coll. I. p. 341. disputant *Fea*, *Schmidius*, *Düntzer* ad h. l. et *Schwabius* ad

---

immemor, ipsos Romanos sentit senatores, qui olim illis in agris exiguo contenti vitam egerint et publico urbis vicinae consilio ad dijudicandas causas vel lites discernendas fuerint emissi. Mira sane et ab interpretibus neglecta *Baueri* ad Sanctii Minerv. II. p. 197. opinio est, qua ibi habitare dicuntur „quinque patres familias, municipes et cives Romani, qui ex illo vico Romam ire soleant, ubi suffragia ferant in tribu *Varia*, cujus illi fuerint." In „Variam" igitur *in* jubet intelligi; at tribus Varia nulla est. Vid. Orell. Inscr. II. p. 27. Aliter *Dominicus de Sanctis* in Dissertazione sopra villa di Orazio Flacco (Rom. 1768) p. 7. Sententiam autem plane elumbat *Walckenaer*: „Honnête gérant de ce bois, de ce petit domaine qui me rendent à moi-même, tu t'y déplais donc? Est-ce parce que le hameau n'a que cinq feux, et n'envoie à *Varia* que cinq pères de famille"? Rectius e nostratibus praeter alios *Günther*: „Das du verachtest, *obschon* fünf Feuerstellen darin sind, Welche nach Varia *sonst* fünf zünftige Männer gestellten."

*) Deceptus hac re *Torrentius* est, quanquam refert memoratu digna: „De Sabinorum autem situ inter alios Plinius 3, 12. Atque adeo nunc quoque inter Tibur et Praeneste locus est non incelebris, qui Italis *Vico varo* appellatur: quo fit, ut facilius credam Horatii villam ad octavum ultra Tibur lapidem fuisse et quidem via Valeria, si veteri hic Scholio credimus. Quin et incolas affirmantes audivi, extare adhuc vestigia in campo, quem hodieque *Horatium* vocant" etc. At praediolum Horatianum teste *Capmartinio* (III. p. 1. 2.) V M. P. a Varia distabat. Conf. Excurs. ad Epist. 8, 12. p. 23. De *Varia* oppido, quod cave cum *Valeria* (Strab. 5, 3. p. 386) confundas (C. Pass. N. 226), conf. *Zumpt.* ap. Wüstem. p. 17. Walcken. I. p. 413. Westphal. „Die Röm. Kampagne." p. 115. 120 sq. J. J. Gerning's Reise durch Oesterreich und Italien" III. p. 179. Sickleri „Handb. der alt. Geogr." I. p. 377. et ejusdem „Erklärung der 30 Bilder zu Horazens Werken" p. 10 — 12. repetit. a Braunhardo in Ind. p. 203 sq. Eichholz in Hauffii Philolog. II. 1. p. 153. Düntzer (p. 418.) laudat Mülleri „Campagna" I, 282 sq. coll. 278. et Gell. I, 110 sq. Errant autem qui *viam Valeriensem* (Strab. 5, 3. p. 385.) ab urbe *Valeria* denominatam putant, quum illam suam originem debere Valerio Maximo (Liv. 9, 43, 25) recte jam observaverit Dominicus de Sanctis p. 31., quocum cf. Steph. Cabral et Faust. del Re' „Delle Ville" etc. Rom. 1779. p. 108 — 110. Westphal. l. l. p. 114.

Phaedr. Exc. XIII. Tom. II. p. 432., quibus adde *Domenico de Sanctis* l. l. p. 30—33.

V. 4. 5. *Certemus — an res.* Sententia, quam alii aliter statuunt, haec est: „Videamus, uter nostrum fortior animo rem suam agat, ego, qui memet ipsum, an tu, qui agellum meum colis; animusne igitur an ager meus sit cultior?“ Qua quidem sententia Horatius non tam se dicit sollicitudines et curas rusticando deponere (uti explicant *Düntzer* et *Dillenburger*, ille: „So liegt also in diesem Anfange der Gedanke ausgeführt, dass der Dichter sich hier aller beunruhigenden Sorgen und Bestrebungen zu entledigen suche“), quam animi*) culturam sibi praeter cetera curae cordique esse, ut „si qua sibi vitiorum inseverit olim Natura aut etiam consuetudo mala,“ ea evellat. Sat. 1, 3, 36. Epist. 2, 2, 212. Ita Socrates ap. Epictet. Diss. 3, 5, 14. *Ὥσπερ ἄλλος τις χαίρει τὸν ἀγρὸν τὸν αὑτοῦ ποιῶν κρείσσονα, ἄλλος τὸν ἵππον· οὕτως ἐγὼ καθ' ἡμέραν χαίρω παρακολουθῶν ἐμαυτῷ βελτίονι γενομένῳ.* Jam illis ipsis Hor. animum suum locorum permutationibus non aegrum tecte indicat et iis quae deinceps sequuntur quasi praeludit. Illa autem similitudine nihil frequentius. Cic. ad Attic. 10, 11. *suas radices habent vitia; quas tamen evellerem profecto, si liceret.* Tusc. 2, 5, 13. *haec* (philosophia) *extrahit vitia radicitus.* Ibid. 3, 34, 83. Pers. 5, 92. *Dum veteres avias tibi de pulmone revello.* Ariston Chius ap. Orell. (Sentent. Graec. vett.) I. 95. p. 30. *εἶλκε τοὺς πολλοὺς τῷ Λαέρτῃ, ὅστις, τῶν κατὰ τὸν ἀγρὸν ἐπιμελούμενος, ὀλιγώρως εἶχεν ἑαυτοῦ· καὶ γὰρ τούτους, τῶν κτημάτων πλείστην ἐπιμέλειαν ποιουμένους, περιορᾷν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν, πλήρη παθῶν ἀγρίων οὐσᾶν.*

*) Perperam *Cruquius spinas* pro verbis aculeatis habet: „Contendamus, an ego spinosior acerbiorque sim in castiganda tua pigritia quam decet bonum patrem familias, quando videt mera villici incuria suum agellum situ, squallore, inutilibus herbis, rubis et sentibus silvescere.“ *Doeringius*: „utrum plus valeat virtus Horatii in repellendis vincendisque iis, quae animum turbant, an vis illa, quam rerum habendarum cupiditates curaeque in animum habent?“ A nostra interpretatione prope abest *Orellius*: „Agedum videamus, utrum — — atque utra ratio melior sit, eane, qua me ipse curo, quod ad virtutem attinet, in eo elaborans, ut quotidie melior ac tranquillior fiam; an ea, qua tu, homo socors (*pigrum* vocat v. 29.), colis *rem* meam, id est fundum Sabinum, praecipuam facultatum mearum partem.“ Ceterum hunc locum imitatus est Boileavius in Epist. XI. „A mon jardinier“ inscripta: „Oh! que de mon esprit triste et mal ordonné, Ainsi que de ce champ par toi si bien orné, Ne puis-je faire ôter les ronces“ etc.

Nilus ibid. 45. p. 324. *Γεώργει τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου τὴν διάνοιαν· ἐκτίλλει γὰρ τῶν λογισμῶν τοὺς πονηροὺς, συνεχῶς μελετώμενος.* Id. 150. p. 338. *οὐ μακρὰν τὸ θέρος· ἀκανθῶν τοίνυν τὸν ἀγρὸν τῆς ψυχῆς ἀπαλλάξωμεν.* Id. 69. (p. 326.) 115. (p. 334) Plat. Eutyphr. p. 2. D. (I. p. 155. Stallb.) Similia suppeditat *Fr. Jacobs* p. 80., exempla imprimis contrariorum i. e. *animi* et *rei Bentlejus* ad h. l., quibuscum cf. annot. ad 1, 40. et de nomine *Horati* hic non sine quadam elegantia posito *Wüstemann.* ad Sat. 2, 1, 18.

V. 6 — 9. *Me quamvis — claustra.* Horatius ab animo suo vitiis purgato quasi v. 6 — 17. transitum facit ad declarandum suum ruris desiderium, quod non ab animo aegro, sed a sana mente idem semper volente et nolente profectum testatur. In quo loco inest tacita quaedam inter ipsum et villicum comparatio: „ego quid velim scio, tu quid velis nescis. Uti illud constantis animi est et vitiis purgati, ita hoc stulti aegrique, cui nihil constat, nihil diu placet.“ Paulo alium sibi finxit *Düntzer* sententiarum ordinem, quem vide p. 420. In verbis autem *Lamiae pietas et cura* „fraternus describitur amor, quo Lamia erepti fratris recordatur et aegritudo, qua consumitur;“ Horatii studium in Lamiam in verbo *morandi* satis expressum videtur. Illam interpretationem non solum Genitivus, sed et quae sequuntur — *maerentis — dol. insolabil.* confirmant. Quapropter discedo a *Weicherto*, qui (p. 76.) *pietatem* fraternum Lamiae amorem et *curam* Horatii in amicum maerentem studium intelligit, neque assentior iis (cf. Lübk. ad Od. 3, 17. p. 475), qui illud verbum ad Horatii amorem in amicum, hoc ad ejus*) sollicitudinem de gravissimo illius maerore referunt. Nobiscum sentiunt *Dac.*, *Sanad.*, *Hoched.*, *Orellius*, *Düntzer*. *Lamia* autem haud dubie est L. Aelius L. F. Lamia, consul postea a. u. 756. (Dio Cass. 58, 19. Rupert. ad Juv. 4, 154. et ad Tac. Ann. 6, 27, 2.), qui tunc Quintum fratrem, natu majorem, triumvirum olim monetalem luxit. Eckhel. V. p. 120. cf. Jahn. et Schmid. ad h. l. Jani et Lübk. ad Od.

*) *Cura*, cum qua Cicero Tusc. 3, 27, 66. *aegritudinem* jungit, omne id, in quo quis totus est, cf. Lübk. ad Od. 3, 1, 40.; de *morandi* i. e. retinendi verbo cf. Huschk. ad Tib. 1, 1, 55. *Dac.* et *Sanad.*: „je suis retenu ici par la piété et par la douleur de Lamia, qui“ etc. *J. Merkel*: „Ob mich gleich hier fesselt des Lamia zärtliche Liebe, der trostlos sich härmt,“ contra *Voss.*: „Lieb' und Besorgniss um Lamia.“ *Pass.*: „Pflicht und Sorg' um den Lamia.“

3, 17, 1. coll. Od. 1, 26. et C. Passov. N. 152. Utriusque, Horatio amicissimi, pater fuisse videtur L. Aelius Lamia, eques Romanus nobilissimus et amicitia in Ciceronem insignis, vid. Soldan. ad Cic. pr. Ligar. §. 12. p. 81. et Orell. Onomast. Tull. II. p. 10. Illas autem odas Horatius mea quidem sententia fratri natu majori inscripsit; nam L. Aelius hoc tempore vix adolescens viginti et nonnullorum annorum fuisse videtur; mortuus enim a. u. 786. Ruhnk. ad Vellej. 2, 116. coll. Torrent. ad Od. 3, 17, 1. et Web. l. l. p. 308 sq. Ceterum hic locus unus ex iis est, quibus Poeta suum erga amicos testatur amorem eorumque etiam posteris quasi sacram esse vult memoriam; quare digitum intendo ad 20, 28.

V. 7. 8. *Fratrem — insolabiliter.* „Repetitio voc. fratris, ipsum ὁμοιοτέλευτον a nescio quo reprehensum, sequens ἐξασύλλαβον et, ut videtur, ἅπαξ λεγόμενον mirabiliter Lamiae maerorem et luctum exprimunt.“ Ita verissime *Orellius.* De synonymis, quibus quidam offensi sunt, commode laudatur Cic. ad Attic. 12, 28. *maerorem minui, dolorem non potui nec, si possem, vellem.* Ut hic *insolabiliter**), ita Lucret 3, 920. *insatiabiliter deflere* ad Graec. ἀκόρεστως ὀδύρεσθαι dixit, Hor. expressit ἀπαραμυθήτως ἀλγεῖν. Verba autem *rapto***) *de fratre* ex usitata formula sunt *vim Orci non coercitam* indicante; quapropter imaginem mortis a raptu Har-

---

*) De vocabulo ἅπαξ λεγόμενῳ, ut *inaudax* Od. 3, 20, 3., conf. annot. ad 7, 52. et Dillenburg. ad Od. 1, 5, 8. 3, 7, 28. Lübk. ad Od. 3, 2. p. 314. et 547.

**) Sic Od. 4, 2, 21. *Flebili sponsae juvenemve raptum Plorat.* Ibid. 2, 9, 10. *urges flebilibus modis Mysten ademptum.* Virg. Ge. 4, 456. *rapta graviter pro conjuge saevit*; coll. v. 504. Ovid. ex Pont. 1, 9, 1. *de rapto tua venit epistola Celso.* Id. Am. 2, 6, 39. *Optima prima fere manibus rapiuntur avaris*, i. e. deorum infernorum. Plin. Epist. 6, 6, 7. *doleo, illum immatura morte indignissime raptum.* Tac. Ann. 2, 71. *praematuro exitu raperent*; ibid. 4, 8. *Erepto Druso.* Suet. Calig. 7. *infantes adhuc rapti.* Justin. 7, 2. *immatura morte raptus.* Petron. 34. *Sic erimus cuncti, postremum nos auferet Orcus.* Anth. lat. 4, 10. *Raptus ego superis patribusque ablatus inique.* (ibiq. Meyer N. 1164.) Lucian. de Luct. 13. (VII. p. 212) τέθνηκας καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης. Inscr. in Sarcoph. Lateran. ap. Jahn. NJbb. 1844. XLI. 1. p. 102. Εἰς ἀεὶ ἠνήρπασαν ἀπὸ γονέων Μοῖραι Κατα.... παν. Hinc *victima nil miserantis Orci* Od. 2, 3, 24. et *illacrimabilis Pluto* ibid. 2, 14, 6. Conf. Epigr. Graec. 32. ap. Welcker. in Mus. Rhen. 1844. III. 2. p. 255. et 53. p. 274., ut in illo Parcis τὸ ἀρπάζειν, ita in hoc tribuitur: πρὸς δὲ μίτον Μοιρῶν οὔτις ἔχει δύνασιν.

pyiarum desumptam (cf. *Haberf.*) credere noli. Ita *rapax Orcus* Od. 2, 18, 30. (ibiq. vide erudite disputantem Peerlkamp. coll. Schmid ad Epist. 2, 2, 178). Inde explicabis *πύλας ᾅδου* ap. Evang. Matth. 16, 18., ubi interpretes vacillant; vid. Kuinoel. et Fritzsch. — De constructione *dolentis de* — dixit Hand. ad Turs. II. p. 218.

V. 8. 9. *istuc mens animusque Fert* (i. e. ubi tu es; cf. 6, 67.), i. e. omnis sentiendi cogitandique ratio, ut Evang. Matth. 22, 37. coll. Paul. ad Thess. 1, 5, 23.; illum locum comparat Gatak. ad M. Antonin. 4, 31. *ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς*. Praeivit Homerus dictione sua *κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν*. De conjunctione vv. *animus* et *mens* conf. Lambin. ad h. l. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 113. coll. Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 1, 137. et Seebod. „Scholien." I. p. 26. Dictionem *fert animus* illustrant Cort. ad Lucan. 1, 67. Drak. ad Sil. Ital. 16, 294. Bach. ad Ovid. Met. 1, 1. Jahn. ad Pers. 4, 7. Brem. ad Sueton. Oth. 6., sed ellipsin *me*, quam nonnulli statuunt, non video. Recte *Voss.*: „doch strebt dort Sinn und Gedank' hin." Imaginem autem: *amat spatiis obst. rumpere claustra*, ab equis Circensibus desumptam atque a *Fea* in singulis illustratam praeter Lucret. 2, 265 sqq. delineavit Sidon. Apollin. Carm. 23, 331 sq. Qui *avet* pro *amat* legi malunt verentes, ne *amat* cum Infinitivo junctum *solet* significet (Bentl. ad h. l. et ad Sat. 1, 4, 87. coll. Kritz. ad Sall. Jug. 34, 1.), ii immemores fuisse videntur locorum Od. 3, 9, 24. *Tecum vivere amem* et Od. 1, 2, 50. *Hic ames dici pater atque princeps.* *Wetzelii* autem altera explicatio: „libenter rumpit aut, si mavis, *rumpere solet* ut Od. 3, 16, 10." quoniam saepius Poeta in urbem retractus saepius rus desideraverit, maxime friget.

V. 10 — 13. *Rure ego — unquam.* Lucil. 26, 19. *Et quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet.* Jam ad propositum, v. 6 — 9. significatum, flectit oratio. In qua quidem re, ne verbum *uterque* cum *Landino, Cruquio, Torrentio, Dacerio, Sanadono, Wetzelio,* aliis, ad Horatium et villicum referas, observandum videtur, non merum describi de vita rustica et urbana dissensum, sed dissensum ex dissimili causa, ut, si quae communiter hic dicuntur proprie fecerimus, sententia sit: „Me in eo, quod rus laudo, ducit recta voluntas, te, quod urbem praedicas, vitiosa libido. Etenim quum tu alterius sortem laudas (i. e. urbem), quemadmodum alter tuam (i. e. rus v. 42. 43), suam uterque conditionem sine dubio fastidit. Ita fit, ut stulti culpam, quae in animo inest

omni tempore male affecto, transferatis in locum qualibet culpa vacuum.“ Quae deinceps sequuntur hujus sententiae, qua fere caput totius Epistolae continetur, nisi exempla ex ipsius Horatii et villici vita petita non videntur esse*). Ad sententiam v. 11. propositam faciunt loci in argumento laudati, imprimis Sat. 1, 1, 1 — 3. et Senec. Epist. 9. *Nisi sapienti sua non placent. Omnis stultitia laborat fastidio sui.* Id. de Tranq. an. 2. *Unus effectus est vitii, displicere sibi.* Aristot. Ethic. 9, 4. *Διαφέρονται ἑαυτοῖς οἱ φαῦλοι, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται.* M. Antonin. 8, 9. *Μηκέτι σου μηδεὶς ἀκούσῃ καταμεμφομένου τὸν ἐν αὐλῇ βίον, μηδὲ τὸν σεαυτοῦ.* — V. 12. 13. *Stultus uterque — unquam.* In hanc sententiam conf. Od. 3, 1, 37 — 40. (Lübk. p. 298.) et locos ad 8, 12. 11, 27. laudatos una cum Lucret. 3, 1081 — 83. et Senec. Epist. 50. *Quid enim aliud agas quam — — ut intelligas, tua vitia esse, quae putas rerum? Quaedam enim locis et temporibus adscribimus. At illa, quocumque transierimus, secutura sunt — — Quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet.* Ceterum *locus immeritus* ut *vestis immerita, paries immeritus* Od. 1, 17, 28. Sat. 2, 3, 7. *immerita neptis* Ovid. Met. 4, 531. et quae suppeditant *Lambinus* ad Od. 3, 2, 21. et Burm. ad Prop. 4, 5, 16. coll. Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 17, 10. Eadem sententia *indignus* ap. Cic. Tusc. 4, 20, 46. ib. Davis. et Klotz. coll. Bach. ad Ovid. Met. 1, 631.

V. 14 — 17. *Tu mediastinus — negotia Romam.* Quae v. 16. in hoc villico reprehenduntur quam aliena sint ab ejusdem officio luculenter declarat Colum. R. R. 1, 8. *praemoneo ne villicum ex eo genere servorum, qui corpore placuerunt, instituamus; ne ex eo quidem ordine, qui urbanas ac delicatas artes exercuerit. Socors et somnicolosum genus id mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleae, popinae, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat. Mediastinus* autem erat e servis

*) Recte *C. Passovius*: „Welchem des Nächsten Geschick zusagt, hasst freilich das eig'ne. Thöricht beschuld'gen den Ort sie, den schuldlosen, beide mit Unrecht.“ Contra *Vossius* (quem sequuntur Schell., Günth., J. Merkel): „Thöricht klagen *wir beide* den ganz unschuldigen Ort an.“ *Haberfeldi* parum accuratam verbi *uterque* explicationem recte taxat *Düntzer* p. 422.

vulgaribus nulli certo officio destinatus atque omnium paene imperio obnoxius, quapropter eum Ulpianus de Operis serv. leg. 6. (Dig. VII, 7, 6. coll. XLVII, 10, 15. §. 44. IV, 9, 1. §. 5.) *servo artifici* opponit, quod recte observarunt *Torrentius* ad h. l. et *Reisius* in „Vorlesungen üb. die röm. Alterthümer.“ Lpz. 1796. p. 142. coll. Beck. Gall. I. p. 117 sq. *Quum mediastini* opera in *balneis* quoque uti solerent (Priscian. super XII. Aen. vv. II. p. 313. Kr. Non. Marcell. 2, 573. Porphyr. ad h. l. et ad Sat. 1, 5, 35. Th. Bernd. in Mus. Rhen. 1837. V, 2. p. 313. Heinr. ad Juv. Schol. 7, 4. coll. Pignor. de Serv. in Polen. Thes. III. p. 1158. Tit. Popm. ib. p. 1326. 1359. Mercurial. de Re Gymn. 1, 12. p. 524 ibid.), *Dillenburger* (Progr. l. l. p. 15.), quum mediastinum h. l. aperte contra familiam rusticam positum videat, veri simile habet, Horatium hunc servum a balneatore quodam emptum postea familiae rusticae praeposuisse; quae quidem opinio (cujus auctor *Torrentius* est) Viro doctiss. inde majorem probabilitatem nancisci videtur, quod non sine consilio Horatius v. 15. praeter urbem et ludos *balnea* quoque nominaverit. At *mediastinus* quum non solum in familia urbana, sed et in rustica reperiatur (Colum. R. R. 1, 9. 2, 13. coll. Lucil. 17, 3., scriptura enim Cic. Catil. 2, 3. *ex rusticis mediastinis* incerta videtur), h. l. *villico*, non servo rustico oppositus est. Commemoratio autem *balneorum*, quum ea ut *ludi* totius plebis deliciae fuerint (v. 1, 91. 7, 59.), isti sententiae plane nullum pondus addit. Neque audiendus *Cruquius* est, quum „*mediastinum**) servum quasi in media urbe viventem ἐξ ἀντιθέσεως τοῦ *villici* in versu seq. accipiendum esse“ opinatur. Quodsi eidem *tacita prece petere* dici videtur „quod quis admiratur, laudat commendatque,“ equidem

*) De voce hibrida ex *med.* atque *astu* conflata a tribusque Scholiastis comprobata, qua illa *mediastynus* scribendi ratio continetur, nemo hodie necesse habet dicere. De *Lambini* sententia, quam non improbat *Weichertus*, verbum ex duobus nominibus Latinis *medio* et *stando* compositum est; quod exinde ei effici videtur, quia *mediastini* servi propemodum laboriosissimi ad quaevis parati opera in medio quasi semper stare debuerint. Praecivit *Priscianus* (2. p. 68. Bas.). Contra hanc opinionem recte disputat *Joannes Marius Mattius* in Triga Opusc. crit. rar. etc. (Opinion. 3, 27.) p. 487., cui vox simplex a *medius* derivata ea terminatione videtur, qua *clandestinus* a clam et *pauperinus* a pauper. Eandem sententiam tuentur G. J. Voss. Arist. II. p. 710. ed. F., Cramer ad Schol. Juv. 7, 4., Schmid. ad h. l., alii.

dixerim, *mediastinum* optata sua, ut rus mitteretur, domino aperire non esse ausum; de sententia *Sanadoni* et *Dorighellonis*, quia beneficium meritis suis fore majus viderit; de sententia *Torrentii* ad servandum decorum servi tacite optantis, quod si palam petisset, fortasse vapulasset?! Cf. Herzog. ad Sall. Jug. 31, 9. — V. 16. *discedere tristem*, i. e. iniqua mente, quod nostrates, „verdrüslich" sive „übelgelaunt" dicunt; conf. 18, 89. et Wolf. ad Cic. Tusc. 5, 32, 91. De constantia autem, quam hic sibi vindicat Poeta, propter Sat. 2, 7, 28. nimio morosiores sunt *Dacerius* *) et *Gesnerus*. De *invisis negotiis* utpote otio vitae rusticae contrariis vid. 7, 36. et Mitsch. ad Epod. 2, 1. C. Passov. N. 63. Quae quia *Teuffel* („Horaz." Tübing. 1843. p. 7.) ad scriptum tantummodo referre videtur, angustioribus censendus est inclusisse limitibus. In alteram autem partem peccat *C. Frankius* (Fast. Hor. p. 33.), si verum est quod de hoc Horatii munere erudite disserunt *Zumptius* ap. Wüstem. p. 14 sq. et *W. E. Weber* in Jahn. et Klotz. „Archiv." 1843. IX, 1. p. 78 — 93. atque in libro: *Qu. Hor. Fl. als Mensch und Dichter* p. 55 sqq.

V. 18 — 21. *Non eadem — pulchra putas.* Jam. Hor., ut suum vitae rusticae amorem non e libidine natum testetur, vv. 18 — 30. significat, ipsum quae alter pro nihilo ducat magni aestimare, contra quae alter miretur flocci habere. Cic. Tusc. 5, 22, 63. *te tua, me delectant mea. — disconvenit inter* **) *Meque et te.* Rem huic plane diversam Graeci εἰς ταυτὸν ἥκειν vel ἰλθεῖν dicunt, conf. Valcken. ad Eurip. Hippol. 273. — V. 19. *inhospita tesqua.* Voss: „rauhe verödete Wildniss." Passow: „öd' und

*) „Nous avons pourtant vû qu'on lui a reproché dans les Satires qu'il étoit inconstant, et qu'il n'étoit pas plutôt parti d'un lieu qu'il vouloit y retourner. Mais sans doute qu'en vieillissant Horace se corrigea de ce défaut, et c'est qui me persuade qu'il étoit déjà vieux quand cette Lettre fut écrite." At confer Sat. 2, 6, 59 — 67. et nostr. annot. ad 8, 11, 12. una cum Heind. ad Sat. 2, 7. argum. p. 453. ed. Wüstem.

**) Verbum *disconv.* rarissimum bis ap. Hor. legitur (1, 99.), at locus, quem ex Lactant. de Ir. Dei 3, 1. laudant, in ed. Bünemanni non *disconvenire*, sed *inconvenire* sonat. Similis autem est constructio in v. *discrepat*, de qua cf. Drakenb. ad Liv. 3, 31, 8. et Rupert. ad 1, 3, 4. De *mirandi* verbo cf. annot. ad 6, 1. Commode *Vossius*: „Nicht reist beide dasselbe." *J. Merkel*: „Gleiches behagt uns nicht." *Walckenaer*: „Nous ne voyons pas les choses du même oeil."

unwirthliche Steppen.“ Acr.: „loca deserta et difficilia. Lingua Sabinorum deserta et repleta sentibus sic nominantur.“ Porph.: „loca aspera et silvestria.“ Cum Acrone paene consentit ad verbum Schol. Cruq. similiaque ap. Cic. ed. Orell. IV. 2. p 582. n. 13. et Isidor. Orig. 15, 12. leguntur.*) Num hoc ipso vocabulo usus sit villicus, ut opinatur *Schmidius*, mecum dubitat *Düntzer*. In tali enim rerum fictione res parvae in majus excrescunt. Horatius fortasse imitatus est Lucilium, si fides haberi potest glossemati codicis Barthii (Adv. 15, 3.) ad h. v. *tesqua loca inutilia, quae subigi non possunt. Loquitur in villicum:* Lucilius in II. *per inospita tesqua vagantem Rerum animo sequitur captarum gratia major*, ubi Barth. *viantem* scribi mavult; cf. van Heusde Lucil. XVI. p. 184. et Orell. ad h. l. Horatianum locum expressit Sidon. Apollinar. Carm. 16, 91. *Seu te flammata Syrtes et inhospita tesqua — — tenent.* Apul. Florid. (p. 571. Wouw.) *Pariter enim, ut qui heredioluni sterile et agrum scruposum, meras rupinas et senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident* etc. — V. 20. *amoena vocat mecum qui sentit.* Voss: „nennt anmuthig, wer mir beistimmt.“ Poeta autem vult: „qui eodem quo ego affectus est animo.“ Recte igitur *C. Pass.* et *J. Merkel:* „wer mir gleich fühlt;“ infra 16, 15. *Hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae.* De v. *amoena* conf. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 11, 5.

V. 21. 22. *Fornix tibi — desiderium.* Schol. Cruq.: „*fornix* lupanar.“ Iso ad Prudent. Perist. 14, 129. Hamartig. 636. „fornicem vocat domunculas subterraneas, ubi meretrices veniebant noctibus.“ Basil. VII. Tom. I. p. 284. *εἰ δὲ ἄσεμνος ἦν ὁ τόπος, τυχὸν προπίνα ἢ χαμαιτυπεῖα, ἀκινδύνως ἀπειθουσιν.* Alciphr. 3, 64, 10. *Θεασάμενος τὸν διδάσκαλον — νύκτωρ — περὶ χαμαιτυπίας εἰλούμενον.* Iuv. 10, 239. *in carcere fornicis.* Burm. Anth. lat. 5, 14, 10.

*) Quum de origine et significatione, tum de scriptura h. v. disputant Varr. L. L. VI. p. 82. et Scalig. p. 162. 165. (Bip.) 7. 10. 11. 12. O. Müller. Paul. Diac. Exc. p. 154. Fest. (p. 356. Müll.) p. 272. cum annotatione Lindemanni, qui laudat p. 729. Hermann. Opusc. III. p. 118 sq., quibus adde Barth. ad Stat. Theb. 12, 447. Burm. ad Nemesian. Ecl. 7, 42. Broukh. ad Prop. 4, 9, 34. Markl. ad Stat. Silv. 2, 3, 14. Oudend. ad Apul. Met. VIII. p. 563. Cort. et Scholiast. ad Lucan. 6, 41. Misc. Obss. VI. p. 359. Düntzer in Zimmerm. „Zeitschrift“ etc. 1838. p. 44. De Adjectiv. *inhospita* vid. Serv. ad Virg. Aen. 4, 41.

Nigra fornicis oblitus favilla. Prudent. Hamartig. 761. *Balnea, propolas, meritoria* etc. *respicit.* Senec. de Vit. beat. 7. *Voluptatis statio ac domicilium fornices et popinae sunt.* Similia dubunt Heind. et Orell. ad Sat. 1, 2, 30. Sat. 2, 7, 48. Rupert. ad Juv. 3, 176. 6, 122 — 131. 11, 170 sqq. Casaub. ad Pers. 1, 138. interpp. ad Martial. 1, 36, 5. 6. Ruhnk. ad Suet. Caes. 49. Hildebr. ad Apul. Met. 7, 9. p. 553. Almeloveen. Opusc. p. 39 sq. interpp. ad Petron. 7. p. 88. ed. Burm. Alias *opificinae* Plaut. Mil. gl. 8, 8, 7., ἐργαστήρια. Wagn. ad Alciphr. Fr. 5, 5. p. 223. — *uncta popina* non, ut interpretantur Heind. ad Sat. 2, 4, 62. et Haberf., Both., Düntzer ad h. l., immunda, sordida (Sat. 2, 2, 67. 4, 78. Epist. 16, 23. Lucil. 1, 20. Virg. Catal. 5, 27.), sed, licet saepe *nigra, fumosa, tenebricosa, madida* (Mart. 7, 61, 8. Auson. Mosell. 124. Cic. in Pis. 8, 18. Prudent. Hamart. 762.) et *taeterrima, turpis* (Cic. ibid. 6, 13. Lucil. 1, 20.) audiat, hoc loco, quum Poetae non licuerit suum interponere judicium, unctioribus vel lautis cibariis plena, ut 15, 44. 17, 12. A. P. 422. Sic Catull. 29, 3. *patrimonia unota.* Mart. 5, 45, 7. *captus es unctiore coena.* Sidon. Apollin. Ep. 2, 1. *coenae unctissimae.* Pers. 4, 17. *uncta patella;* 3, 102. *uncta palmentaria* coll. 2, 30. 6, 16. Juv. 8, 13. *uncta Corinthus.* Petron. 43. *manu uncta**), *plena mensa.* Suet. Vitell. 13. *circaque viarum popinas fumantia opsonia.* Inde simili sententia *popina dives* Mart. 5, 45, 10., *calida* Juv. 11, 81. Hanc interpretationem tuentur *Porph.* („opulenta"), *Schol. Cruq.* („redolens et optimis cibis plena"), *Stuck.* Antiq. conv. 2, 11. *Schirach.* (Clav. Hor. p. 384.), *Schmidius, Orellius, Weichertus* (l. l. p. 77.), alii. In popinis temporibus quidem reipublicae nisi homines infimae conditionis versari non sunt soliti. Conf. *Stockmann.* de Popinis Romanorum. Lps. 1805. *Zellii* „Ferienschriften" I. p. 38. *Ilgen.* Animadv. in Virg. Cop. p. 9. *Rupert.* ad Juv. 8, 158 — 172. *Ossenbrügg.* ad Cic. pr. Mil. 24, 65. Ceterum *fornices* et *popinae* saepe junguntur vid. Hildebr. ad Apul. Met. 8, 1. p. 637. et Düntz. ad h. l. coll. Casaub. ad Theophr. Char. 6. p. 87. F. et ad Suet. Ner. 27. IV. p. 183. Wlf. Becker ad Gall. I. p. 233. — V. 22. *Incutiunt urbis desiderium* de vehementi animi motu ut Lucret. 1, 20. *Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.*

---

*) *J. Merkel:* „fette Popinen." Passov.: „Bordell samt fettigem Kochhaus," contra Voss: „schmoriges Wirthshaus."

V. 23 — 26. *Angulus iste — terrae gravis.* Ut *unct. pop.* e mente villici, ita *Ang. iste* ex ejusdem locum fastidientis persona explicandus, quod recte sensit *Torrentius* cum interpp. plurimis, quibus frustra obloquuntur *Rappoltus* et *Düntzerus* coll. Od. 2, 6, 14. Epist. 1, 16, 15. Cic. Cat. 2, 4, 8. Flor. 2, 6, 51. At, quum omnia e ratione contrariorum pendeant, talibus nil sane efficitur; nam et in alteram partem legitur *angulus desertus* Senec. Epist. 95., *angulus reconditus ac derelictus* Cic. in. Verr. 8, 84; 198. et *in ultimo ac remotissimo orbis angulo consenescere quam Romam reverti. Angulus iste placet paupertinusque recessus* Sidon. Apollinar. Epist. 7, 17, 21. Dicit igitur contemptim villicus, „angulum illum quidvis potius quam vinum proferre.“ In qua quidem re observari licet, hominem istum pleniore ore loqui, ut *uva* sententia eminente i. e. optimis Campanarum comparata intelligatur. Quapropter vereor, ne qui ex hac voce agrum Horatianum uvarum minime feracem fuisse opinentur se in plagas induant, id quod ex Od. 1, 20. Epod. 2, 10. 47. aliter esse facile intelligetur. Cf. infra 16, 4. Neque recte Porphyrio: „per hoc ostendit angulum quendam [?!] sui agri non esse sic aptum vitibus, quando dixit potius *) illic piper et thus, quam uvam posse progigni etc. Et est *uva* septimus casus.“ Aberrat Scholiastes quoque Cruquii: „sensus est: odisti rus, quod male colis; nam citius te villico piper, quod in Italia non nascitur, feret, quam vinum, quo abundare consuevit.“ De regione thurifera disserit *Rappoltus* p. 728. et de patria piperis *O. Jahnius* ad Pers. 5, 55. 136. coll. 3, 75. — V. 24. *Nec vicina subest*

*) Quodsi *Düntser* simile ejusdem significationis „potius“ „eher, leichter“ exemplum se invenisse negat, ei propono Pers. 2, 24. *ocius ilex Sulphure discutitur sacro quam tuque domusque*, et omnino pronuntiandum videtur, illud *ocius* suam significationem a synonymo *citius* Sat. 2, 5, 35. quasi sumpsisse. Ita Pers. 5, 95. *Sambucam citius caloni apteveris alto.* Sic *citius dixerim*, de qua dicendi ratione cf. Wolf. et Klotz. ad Cic. Tusc. 2, 20, 46. et Hand. Tursell. II. p. 78. coll. Ellendt ad Cic. Brut. 76. p. 416. Minus recte igitur *C. Passovius*: „weil dies Winkelchen hier *schnell* reift vor der Traube den Pfeffer und Weihrauch;“ itemque p. XCVII. De illa autem cum Ablativo, ubi Acusativum expectaveris, ratione cf. Od. 1, 8, 9. 18, 1. Sat. 1, 1, 53. 97. (ib. Wüstem.) Epist. 1, 17, 30. 2, 1, 197. (ib. Schmid.) cum Bachio ad Ovid. Met. 4, 245. et interpp. ad Catull. 3, 5. 14, 1. Juv. 5, 6. 8, 231. 14, 212. Sed consuetudo latius patet, si praeter ipsos Grammaticos, ut *Reisig.* Vorlesungg. §. 390. *Krüger.* Gr. lat. p. 494., compareris *Firnhaberum* in Zimm. „Zeitschrift“ etc. 1840. p. 1213.

*taberna.**) Praeter illos locos voluptarios tertium quendam villicus ille desideravit i. e. tabernam cauponiam; Stuck. Antiq. conviv. 1, 28. et 2, 12. p. 283. Seebod. „Scholien" I. p. 22. N. 6. Talis quidem saepenumero prope villas tanquam necessaria earum pars erat, quo villarum turba festis imprimis diebus, ut se potu ac ludo oblectaret, confluxit. Vide quos laudat *Ilgenius* l. l. p. 9. (coll. *Becker.* ad Gall. I. p. 231.) Varr. R. R. 1, 2, 23. Mart. 3, 58, 24. Inde *subest*, ut Cic. pr. Planc. 10, 21. *subesse propinquis locis* et de tempore Tac. Ann. 3, 6, 2. *ludorum Megalensium spectaculum suberat.* Paulo alium sententiarum ordinem, quem recte improbat *Düntzer*, constituit *Orellius*, qui „vinum prorsus negatum esse Sabino" dicit: „Vino igitur in heri fundo nato uti non poterat villicus nec prope erat taberna." *Rappoltus* autem duo ita conjuncta putat, ut eadem conjunxisse Anacharsin ferunt ap. Aristot. Analyt. poster. 1, 13, 11. *ὅτι ἐν Σκύθαις οὔκ εἰσιν αὐλητρίδες· οὐδὲ γὰρ ἄμπελοι·?!* — V. 25. 26. *nec meretrix tibicina — gravis.* Intelligitur *ambubaja* quaedam (Sat. 1, 2, 1. ib. Heind. et Wüstem.) vel talis, qualis fuit *Copa Syrisca caput Graja redimita mitella* (Virg. Cop. 1.) vel fidicina, psaltria, cujus proprium erat meretricem esse (Lucian. Dial. meretr. XV.). Lucil. 3, 33. *Caupona hic tamen una Syra.* Commode *Schmidius*, quoniam in tabernis meretriciae artes fere tractabantur, laudat Cod. Theodos. 9, 7, 1. (p. 650. Hug.) *ministra cauponae, quae plerumque ipsa potantibus intemperantiae vina praebet; a quibus feminis pudicitiae ratio non requiritur.* Prudent. Hamart. 316. *lyricae modulamina vana puellae.* Aelian. V. H. 7, 2. *πολλαὶ μὲν παρῆσαν γυναικῶν, μουσουργοί, καὶ αὐλητρίδες καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι.* Alciphr. 3, 65, 9. De his et talibus conf. Ilgen. ad Virg. Cop. 1. p. 23. Rupert. et Heinr. ad Juv. 3, 61 — 66. 11, 162 — 164. interpp. ad Lucian. Nigrin. 15. Markl. ad Stat. Silv. 1, 6, 71. Casaub. ad Suet. Ner. 27. (IV. p. 182. Wlf.) Grauff. ad Lucian. Somn. 12. p. 235 sqq. Bergler. ad Alciphr. 1, 12, 21. Gisp. Cuper. Obss. 1, 16. p. 115 sqq. Böttiger. „Ideen zur Kunstmyth." I. p. 414 sq. N. 29. coll. p. 366. J. A. Schaefer.

---

*) Non negligenda videtur subtilior *Hochederi* explicatio: „*subest* für adest, mit dem Nebenbegriffe der veränderten Oertlichkeit und des Hilfreichen, das auf der Oertlichkeit beruht. *ὕπεστι πορίζειν οἶνον.*" Praeiverunt *Baxt.*, *Schirach.* (Clav. Hor. p. 354), alii, contra *Gesner*: „*subest* simpliciter prope est."

ad Plin. Epist. 1, 15. p. 43. et nostr. annot. ad 2, 31. p. 158. Quod *Orellius* in dictione *ad strepitum* tibiae cantum crepitantem atque absonum sentit, ea notio num in ipsis verbis insit dubitabis, si comparaveris nostr. annot. ad 2, 31. p. 159. *Strepitus* autem ad tibiam, uti κροῦμα, quod proprie lyrae est, refertur, inde illud verbum fere gratum sonum ap. Horat. quidem indicat. Cf. Bergl. ad Alciphr. 1, 12, 23. coll. Dillenb. ad Od. 4, 3, 18. Verba autem *salias terrae gravis* nihil aliud nisi rusticam saltationem, qua villicus ponderosi corporis et gravis ipsi terrae saliat, jocose describunt. Conf. Lamb. ad Od. 1, 4, 7. 3, 18, 16. A. P. 430. Od. 4, 1, 28. Jahn. ad Pers. 5, 122. Argutatur igitur *Cruquius* (jam ab Henr. Stephano in Porphyr. Emend. p. 160. improbatus), cui Hor. ad illud Homeri ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης alludere videtur; argutatur *Bosius* ap. Lamb., quum dicit: „tu terrae gravis salias, ut terram onere leves: tu tanquam terrae gravis salias, ut eam exoneres;" argutatur denique *Marcilius* *) γῆς βάρος ap. Suid. comparans ut sit: „quia inutilis." Illis autem verbis, quae a villici officio quam maxime abhorrent sec. Colum. 11, 1. *Villicus somni et vini sit abstinentissimus. — — Tum etiam sit a veneriis amoribus aversus; — — primus omnium vigilet; — — sit frugalitatis exemplum*, salse significari ac vellicari putat *Weichertus* (p. 77.) Poetae amicos, quibus, ut Alcinoi in cute curanda plus aequo operata juventus (2, 30.), *pulchrum fuerit in medios dormire dies et Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.*"

V. 26 — 30. *et tamen — parcere prato.* Sententia: „In villa Sabina parum aut nihil voluptatis, at satis molestiarum laborumque." Hanc villici querelam primus si non *Cruquius* **) vel *Torrentius*,

---

*) Quanquam taedet, ex nostro tamen instituto commemoranda est mira *Britannici* explicatio, qua verba *terrae gravis* cum seqq. conjungere mavult: „Tu autem terrae gravis es, qui eam accuses ut non feracem vini et tamen urges colendo, sed negligenter" etc.

**) *Cruquius:* „haec non serio, ut interpretatur *Lambinus* (i. e. „quamvis agrum meum fastidias vel quamvis locum istum sterilem, desertum et incultum esse dicas, tu tamen arva, quae jam pridem non fuerant culta aut fossa, studiose et assidue fodis, subigis et colis."), sed accipienda sunt προσαναλημτικῶς, velut a villico scripta aut nunciata Horatio in sui laboris commendationem et agri infecunditatem: estque ironica commemoratio operum villici, non referenda ad epistolae initium, *quem tu fastidis* etc., sed ad odii causam, nempe et *quod angulus iste foret* etc." *Torrentius:*

at certe *Dacerius* aperuit. Quapropter hanc veram loci interpretandi viam ab acutissimo *Webero* desertam miror, quam in hisce verbis hanc sentit ironiam: „tu tot delicias desideras, et tamen tot habes ruri negotia, quae taedia tibi temporis expellere possint.“ Similiter olim *Baxter:* „plurima habes quae agas, neque vacat tibi nugari.“ At, si quid video, Poeta villicum sua sorte non contentum fingit tum propter desideratas vitae urbanae delicias, tum propter assidua molestaque operis rustici negotia, quae jam ille querulus exempli causa enumerat. In hanc sententiam *J. Merbel:* „und doch giebt, klagst du, zu schaffen Dir das Gefild, das den Karst schon lange entbehrte.“ Idem sentiunt *Schmidius*, *Orellius*, *Düntzer*, *Dillenburger*, *Walckenaerius*. Verba autem illa ipsa vulgo interpretantur: „tu agros dudum incultos exerces.“ At quum singulare quoddam operis faciundi genus intelligatur, ego quidem sic: „ut arva post longam intercapedinem herbis inutilibus (v. 4.) purgentur, ligonis (vel rastri vel sarculi) ope fortiter ac strenue sarriendum est.“ Locis a *Düntzero*, hujus interpretationis auctore, laudatis Ovid. ex Pont. 1, 8, 59. Colum. R. R. 10, 88. 11, 2, 7. Plin. H. N. 18, 8. adde quos contulit Forbig. ad Virg. Ge. 1, 155. Neque tamen ei repugnaverim, qui glebas ligonibus vel sarculis comminutas credere mavult, de qua re conf. Mitsch. ad Od. 3, 6, 38. Fe. ad Od. 1, 1, 11. Voss. et Forbig. ad Virg. Ge. 1, 104. *Orellius* (ed. 2.) omnino: „arva diu neglecta ligonibus versare.“ Magnopere autem vereor, ut *Dillenburgeri* (l. l. p. 14.) explicatio: „*intacta lig. arva* propter bellorum civilium terrores et rapinas, quibus agros satius erat non colere quam cultos militari ferocia vastari“ a quoquam probetur, propterea quod praedium Sabinum ante annum qui-

---

„Non quod ita faceret villicus hoc addit Poeta: sed quod operam absenti hero jactitans ita facere se mentiretur.“ Cum Cruquio vel Torrentio fere faciunt *de Marolles*, *Rappoltus* et complures alii. Contra *Marcilio* haec quasi per προδιηψιν dici videntur, ne villici negligentiam accusare videatur. „Desideras quidem tu urbem, tamen non negligis opus tuum rusticum“ etc. Ipsis verbis *Gesnerus* et *Charpenterius* villici fidelitatem dicunt laudatam; rursus *Desprezius* cum aliis notam inertiae villico inustam sentit, quod iste fastidiosus quae hic enumerarentur sane ad villae procurationem facienda neglexisset. Jure igitur mireris, quantopere viri doctissimi de hoc loco quasi desperato dissenserint, cui calculum hunc addit *Wielandius* noster: „Indessen fehlts, die Grillen zu vertreiben, dir, wie du selber sagst, an Arbeit nicht.“

dem 721. Horatio donatum cum tempore hujus Epistolae minime convenit. Plura alia *Orellium* attulisse memoratu digna nunc video. De verbo *urgendi* Poetae usitatissimo dixerunt *Lübk.* et *Dillenburger* ad Od. 2, 9, 9. cf. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 104. Aen. 9, 489.

V. 28. *bovem Disjunctum curas*, i. e. immunem aratri (Ovid. Met. 3, 11.) ita ut, quod *Schmidius* meus vult, unus bos intelligendus sit, vel sejunctum ab altero, quod quidem vesperi fiebat. At quum fere duo boves jugo juncti essent, praestat altera ratio a *Lambino* inita. In Singulari enim quis est, qui haereat? Val. Max. 4, 4, 5. *quae manus modo arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt.* Colum. R. R. 2, 2. *Igitur in opere boves arte junctos habere convenit.* Inde Juv. 5, 119. *disjunge boves.* Colum. ib. 2, 3. *Boves quum ab opere disjunxerit* coll. 6, 14. 15. Virg. Ge. 3, 518. *It tristis arator Maerentem abjungens fraterna morte juvencum.* Conf. Virg. Ge. 3, 168 sqq. Ovid. Met. 14, 3. Hesiod. Opp. et D. 469. (ibiq. Göttling.) Lamb. et Mitsch. ad Od. 3, 6, 43. Wernsd. ad P. L. M. II. p. 222. atque interpp. ad Paul. Diac. Exc. p. 453. Lindem. — *et strictis frondibus explet*, ut Virg. Ge. 3, 431. *ingluviem ranisque loquacibus explet.* Aen. 3, 630. *Stringere* autem et de frondatione et de arborum fructibus, ut Virg. Ecl. 9, 60. *Agricolae stringunt frondes.* Calpurn. Ecl. 5, 99. *teneras summatim stringere virgas.* Forbig. ad Virg. Ge. 1, 317. et Wernsd. ad Calpurn. Ecl. 3, 48. coll. Fabr. ad Liv. 28, 30, 3. In rem observa Colum. 6, 3. *a quo tempore* (Kal. Jul.) *in Kalendas Novemb. tota aestate et deinde auctumno saturentur fronde; — — probaturque maxime ulmea, post fraxinea et ab hac populnea. Ultimae sunt ilignea, et quernea et laurea.* Plin. H. N. 18, 28. *Et hujus* (ulmi) *veterinorum pabulo verna folia stringis, stringens autem deputas.* Cat. R. R. 5. 80. 54. Schwab. ad Phaedr. 2, 8, 11. et, quem laudat Gierig. ad Ovid. Met. 1, 632., Casaub. ad Athenae. 1, 19.

V. 29. 30. *Addit opus pigro rivus*, i. e. „talibus rebus fesso vel, quod praestat, otioso, vacuo, qui munia illa perfecit ob eamque rem quieti se dare posset, nisi casus repentinus intercideret, rivus (Digentia 16, 12 — 14. 18, 104.) imbribus auctus opus facit.“ Alii aliter ut *Desprezius* et *Schmidius*, quorum ille sic: „Longe major est opera laborque in moliendo novo aggere per torrentem aquam destructo, quam fuisset in vetere muniendo et constipando. Quod si facere pigeat, rivus imbribus repentinis auctus eluvione sua

et exundatione proximum pratum devastabit.“ At de nota *inertiae* *), quam eandem *Orellius* v. 4. 5. huic villico impingit, quaeque sententiae supra propositae prorsus adversatur, cogitare noli. — V. 30. *Multa mole docendus*, ut A. P. 68. *amnis Doctus iter melius.* Prop. 1, 2, 12. *Et sciat indociles currere lympha vias.* Colum. C. H. 48. *jussi rivi.* Dictio autem *multa moles* in hac re usitatissima: Virg. Aen. 2, 496. *aggeribus ruptis quum spumeus amnis Exiit oppositasque evicit gurgite moles, Fertur in arva furens cumulo.* Ovid. Met. 11, 728. *Adjacet undis Facta manu moles.* Cic. Offic. 2, 4, 14. *moles oppositas fluctibus.* Sic *molium objectus* de litore Bajano ap. Tac. Ann. 14, 8, 1. Juv. 12, 75. coll. Mitsch. ad Od. 3, 1, 33. 34. Herzog. ad Caes. B. C. 1, 25. Markl. ad Stat. Silv. 1, 5, 26 sq. — *prato aprico.* Prata enim vallis Usticae tepido ac leni, non torrentissimo soli exposita constat. Conf. *Eichholz.* l. l. p. 156. *Gerning.* p. 184. *Capmartin de Chaupy* Découverte etc. I. p. 336. III. p. 292 — 334.

V. 31 — 44. *Nunc age* etc. Sententiarum ordo: „Habes nostrae dissensionis rationem. Non pudet quidem vitae in urbanis munditiis olim actae, at quum alia aetas alios mores postulet, illa mihi jam non probatur, quippe quae naturae convenienter viventi (v. 34) et sortem beatam eamque interruptam desideranti (v. 37 — 40) contraria sit et adversa. Te contra prioris vitae, licet ea qua nunc frueris deterior sit, magnum tenet desiderium, quum alter servus urbanus hanc tuam optet. Alienam igitur uterque diligit sortem pertaesus suam, quanquam vitae cursum tenere suum satius est, immo optimum.“ Sic Poeta ad propositum, quod in argumento commemoravimus, prudens redit. Quod quum interpretes parum animadvertissent, eos tam variam in hunc locum intulisse discrepantiam non mirabere. Proxime a nobis abest *Düntzer.* — Ad v. *concentum* conf. Cic. de Divin. 2, 14, 34. *Qua ex conjunctione naturae et quasi concentu atque consensu, quam Graeci συμπάθειαν vo-*

*) Hinc judicabis de translatione *C. Passovii*: „Arbeit mehrt für den Trägen der Bach“ et auctore Vossio *J. Merkelii*: „Arbeit mehrt dem Verdrossnen der Bach.“ Veram verbi *pigro* significationem jam senserunt *Piscator* et *Rodellius*, itemque *Schirachius* (Clav. Hor. p. 276.), quum *pigrum* „agricolam jam nunc non operantem“ diceret. Vulgarem imitatus esse videtur Poeta sermonem, quo, qui vacuus esset, se *pigrum* vocaret. De officio ipso Cato R. R. 155.: *Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, incilia aperire, aquam deducere in vias* etc.

cant, *convenire potest.* Id. de Offic. 1, 40, 145. *melior actionum quam sonorum concentus est.*

V. 32. Ut *tenues togae* (oppos. *crassis* Sat. 1, 3, 15., *pinguibus* Suet. Octav. 82., *hirtis* Quintil. Inst. 12, 10, 47.) hominum elegantiorum erant, ita *nitidi capilli* i. e. unguentis delibuti (*odoratum caput* Sat. 2, 7, 55.) convivantium. Ovid. A. A. 3, 443 sqq. *Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo: — Nec toga decipiat filo tenuissima.* Maximian. Eleg. 1, 177. (Wernsd. VI. p. 300) *Turpe seni vultus nitidi vestesque decorae.* Mart. 12, 38, 3. *Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro.* Mitsch. *) ad Od. 1, 4, 9. 2, 7, 7. Burm. ad Petron. 109. p. 504. Diss. ad Tib. 1, 7, 51. Hildebr. ad Apul. Met. 5, 30. p. 389. — V. 33. *immunem Cinarae rapaci*, „quae aliis rapere solebat ei sine donis placui.“ Ita Tib. 2, 4, 25. *rapax domina.* Conf. Taubm. ad Plaut. Truc. 2, 1, 23. et Fr. Jacobs ad Delect. Epigr. gr. 7, 16, 3. Inde *bona* vocatur Od. 4, 1, 3., ubi *felicem* utpote mortuam intelligit doctiss. *Peerlkampius*, sed similiter Tib. 2, 4, 45. (ibiq. Broukh. coll. Bergl. ad Alciphr. 1, 38, 10. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 195.) *At bona, quae nec avara fuit.* Propter Epitheta *immunem* (Bentl. et Both. ad Od. 3, 23, 17. coll. 4, 12, 23.) et *rapaci* vi contrariorum eleganter posita non assentior *Grotefendo* (p. 464.), quum Adjectivum *rapax* cum *vultu nimium lubrico* comparat. (Interim laudare poterat Beierum ad Cic. Lael. 14, 5. p. 79.). Quanquam et mihi ut ipsi Glycera et *Cinara* una eademque puella videtur fuisse, quod idem sentire *Düntzerum* p. 36. video. Sed de hoc Horatii amore pro Romanorum moribus non inhonesto varie disputarunt viri eruditi. Confer praeter illos *Guil. Fürstenau* de Carminum aliq. Horatii chronologia. Marb. 1838. p. 53 — 62. *Weber.* in „Archiv“ p. 255 — 259. et in libr. suo p. 73 sqq. *Dillenburg.* ad Od. 4, 13, 21. *Teuffel.* „Charakteristik des Horaz“ p. 87 sqq. coll. annot. ad 7, 28. *C. Passov.* N. 214. *Broukh.* ad Prop. 4, 1, 95.

V. 34. *bibulum liquidi — Falerni.* Nomen *Falerni hic θετικὸν* videtur esse; cf. Forbig. ad Virg. Ge. 2, 96. — *liquidi* i. e. defaecati, ut Tib. 3, 6, 62. (Huschk. et Diss.) *Tu puer, i, liquidum fortius adde merum.* Mart. 12, 60, 8. *ut liquidem potet*

*) Ridiculum sane *Zurckii* commentum, quo priora verba ad Horatii corpus obesum refert; confundit igitur *togas tenues* cum togis artis gracile corpus circumdantibus.

Alauda merum, *Turbida sollicito transmittere Caecuba Sacco.* Colum. R. R. 12, 38. *sed curandum est, ut, quum diffundis, liquidum et sine faece diffundas.* De hac re imprimis conf. *Mitsch.* ad Od. 1, 11, 6. et, quem laudat O. Jahn. ad Pers. 1, 35., *Ph. Venuti* diss. in „Saggi dell' acad. di Cortona" I. p. 81 sqq. coll. Beck. ad Gall. II. p. 170. Contra *Hocheder* aureum colorem sentit comparans Virg. Aen. 8, 402. *liquidum electrum.* At nisi proprie intelligendum est praefero cum *Diintzero* vinum *pure manans* conferente (15, 19) rationem ad 12, 9. indicatam. Adde Burm. ad Val. Flacc. 6, 710. Formulam autem *media de luce* tempestiva convivia indicantem recte interpretatur *Orellius:* „lucente etiam tunc sole = am hellen Tage schon." Plus aequo accurati sunt qui cum *Heindorfio* ad Sat. 2, 8, 3. ipsum jam meridiem significatum vident*). Vide *Handium* ad Turs. II. p. 205 sq. accuratissime disputantem. Ceterum his vv. non dixit Poeta, quod quidem eum loquentem fecit *Haberfeldus:* „Ich, der ich sonst keinem in der Kunst zu lieben und zu schwelgen etwas nachgab, finde jetzt mein Glück in Mässigkeit und Ruhe," sed potius, illam vivendi rationem, cui juvenilis aetas non sine decore indulsisset, i. e. omnis generis ludicra se ita deposuisse, ut nihil jam talium rerum desideraret, quum ille (villicus) parum sibi constans inquieto mutandae sortis traheretur. Neque incommode *Charpenterius* vv. 32 — 34. „priorem Horatii cultum in urbe et Maecenatis domo" descriptum sentit.

V. 35. Jam *coena brevis*, ut A. P. 198. *mensa brevis*, opponitur illis conviviis tempestivis et *somnus in herba***) (Epod. 2,

---

*) *C. Passov.:* „Dem von der Mitte des Tag's Durst war nach klarem Falerner." *J. Merkel:* „Der um die Mitte des Tags schon schlürfte den klaren Falerner." Satis ambigue *Vossius:* „Wer von der Helle des Tags fortzechte geklärten Falerner."

**) Sententiam illam, Horatium non in ipsa villa Sabina, sed Tiburi domicilium suum habuisse, repetiit *Zumptius* in disputatione luculenta „Uiber das Leben des Horaz" etc. ap. *Wuestem.* p. 18., sed illi opinioni tum hunc versum, tum alios locos ut Sat. 2, 6, 2. Od. 1, 17, 17 — 22. Epist. 1, 10, 12 — 18. 16, 10 — 16. adversari pace Viri doctissimi dixerim. Rem attigi in Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1834. N. 115. p. 921. atque in Exc. ad Epist. 1, 8, 12. p. 23 sq., cui nunc de domo Tiburtina addo „*Delle Ville* e de piu notabili *Monumenti Antichi* della citta', e del territorio di *Tivoli* nuove ricerche di *Stephano Cabral*, e *Fausto Del Re'*. Dedicate etc. In Roma MDCCLXXIX. 3, 1, 5. p. 91 — 101. et *Th. Kelleri* (Progr. Schol. Rottweil 1841) *Commentationem* de veteri cum nova Tibure

28. Od. 1, 1, 20. Virg. Ecl. 5, 46. 7, 45. ib. Heyn. Ge. 3, 436.) urbanis commissationibus nocturnos vapores creantibus (Epist. 1, 18, 93.). Lucian. Cynic. 9. ὄψει πολλάκις ἐπὶ τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης καὶ τῶν πολυτελῶν στρωμάτων τοὺς εὐδαίμονας ὕπνου λαχεῖν οὐ δυναμένους. De Horatii frugaliter vivendi ratione vide locos a *Schmidio* collectos, coll. *Webero* p. 165. — V. 36. *Nec lusisse pudet*, sed „non finem facere juvenili proterviae, id pudori et dedecori est.“ Sic bene *Doeringius*, errant autem qui cum *Jo. Mar. Mattio* (Opinion. 3, 27. p. 438.) rei venereae nequitiam (ut Graecorum παίζειν Genes. 25, 8.) leni vocabulo tectam vident. *Ludere* et *ludus* omnes res ludicras, jocos, amores, convivia, nugas indicant. Epist. 2, 2, 55. 56. 141 — 42. cum annot. ad 1, 1, 10. Neque hujus loci est quem comparant nonnulli Juven. 8, 162 — 65. Ad voc. *incidere* conf. Virg. Ecl. 9, 14. *novas incidere litis* et in rem *Teuffel* in „Archiv f. Philol. u. Paedagog.“ 1840. VI. 3. p. 348 sqq. *C. Passov.* N. 206. *von Ramdohr* in „Venus Urania.“ III. 1. p. 336.*)

V. 37. 38. *Non istic — Limat*, i. e. „in mea villa nemo invidis oculis mea commoda atterit, imminuit.“ *Obliqui* enim sive *limi oculi* indices vel invidiae vel cupiditatis sunt. Ita Terent. Eun. 3, 5, 53. *Ego limis aspecto sic per flabellum.* Ovid. Met. 2, 777. *Illa deam obliquo fugientem lumine cernens.* Virg. Aen. 11, 337. *Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris.* Petron. 118. (ibiq. Burm. p. 524) *obliquis trucibusque oculis utrumque spectabam.***)

---

comparato. Conf. *Teuffelii* „Horaz.“ Tübing. 1843. p. 10. *Lübk.* ad Od. 3, 4, 23.

*) De illa v. *ludendi* significatione conf. Orell. ad Epist. 2, 2, 214. Burm. ad Petron. 11. p. 43. ad Ovid. A. A. 1, 91. 643. ad Anth. lat. II. p. 516. Münter ad Firmic. de Errorib. 13. Hildebr. ad Apul. Met. V. p. 394. De alia significatione vid. Axt. ad Vesprit. Spur. 1, 1. p. 31. De forma recte observat *Doederlinius* Syn. II. p. 31, Poetam *ludum* pro *lusu* sive *lusione* dixisse videri.

**) Conf. Ruhnk. ad Terent. l. l. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 10, p. 111. Dac. et Lindem. ad Paul. Diac. Excerpt. p. 472. Bentl. ad Cic. Tusc. 3, 9. p. 48. ed. Davies. Cantabr. De verbo *limandi* i. e. atterendo detrahendi Lamb. ad h. l. et Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 8, 8, 28. coll. de Or. 3, 9, 36. Ita etiam Prudent. Cathem. 7, 204 sq. *Quod dormientis excitat cordis fidem, Quod limat aegram pectorum robiginem.* Sunt tamen, qui *limandi* verbum ad *limos* (Laurenberg. Antiquar. p. 255) maligni vel invidiosi hominis oculos referre malint, ut *Torrentius*, quocum facere videtur *Meyer.* in Progr. de Epithet. ornant. vi et natura p. 29. Sed ut hic *limare*,

Graeci λοξοῖς ὄμμασιν ἰδεῖν, λοξὰ βλέπειν, ὑποβλέπειν, τὸ ὑπόβλεμμα dicunt. Ita Evang. Matth. 20, 15. ὀφθαλμὸς πονηρός. Alciphr. Epist. 1, 15. Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός, φησὶν ἡ παροιμία. Pind. Olymp. 1, 75. φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων. Aristaenet. 1, 27. p. 66. Abr. ἡ δὲ διαμωκωμένη καὶ ὑποβλέπουσα λοξὸν — ὑπεροπτικῶς ἀπεκρίθη. In verbis autem v. 38. *odio obscuroque morsu venenat* id genus hominum describitur, qui „obscure maligni" sunt. De obtrectatoribus Horatii vid. *Weichert.* Poet. lat. Reliq. p. 270 sqq. Recte *Hocheder* Epitheton *obscuro* (de quo cf. Doederl. Syn. III. p. 168) ἀπὸ κοινοῦ intelligendum arbitratur. Ceterum *morsu venenare* *) a serpentibus similibusque bestiis petitum, ut Apul. Met. VI. p. 271. *venenatis morsibus in exitium saevire mortalium.* Stat. Theb. 1, 171. (ibiq. Barth.) *aliquis, cui mens humili laesisse veneno Summa.* Symmach. Epist. 1, 31. *An vereris aemuli venena lectoris, ne libellus tuus admorsu duri dentis uratur?* Recte autem monet *Düntzer*, haec Horatii verba ad invidiam non esse referenda, sed potius sonare sic: „Niemand vergiftet mich mit heimlichem Hasse und Verläumdung." Pertinent ad tale hominum genus verba Hieronymi ad Demetriad. de Virgin. IV. p. 17. G.: *Vilium satis hominum est et suam laudem quaerentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant, et qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione pejorum.* De fascinatione, quam in utroque versu sentiunt Scholiastae, vide infra Excursum.

V. 39. *Rident vicini — moventem.* Sententia: „Ab ista invidia longissime absunt mei vicini, homines simplices ac boni, qui non aduncis nasis, sed morum candore rident, quum me hominem ipsis nobiliorem et politiorem opus quoddam rusticum nil tale exspectantes ob eamque causam mirantes vident facientem." Interpretes

---

ita alias *rodere* Sat. 1, 6, 45., *dente morderi invido* Od. 4, 3, 16., *invidia mordax* Phaedr. 5. prol. 9. et *Livor dente degeneri petit* Senec. Hippol. 494. aliaque quae larga manu hic congessit *Schmidius*, quocum cf. Markl. ad Stat. Silv. 1, 2, 27.

*) Nove dictum *venenat* dicit Schol. Cruq., quod de significatione fascinandi valet, nam κυρίως jam Lucret. 6, 821. Nostri loci non immemor est *Hessius*, doctissimus *Lamberti* editor, ad cujus Annal. p. 257. *zelus ejus ferventissimus — — satis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant* praeter alia comparat Barth. ad Britonis Philipp. 3, 268 sq. *queis quum nequeant probitate nocere, Garrulitate nocent solita linguaeque veneno.*

autem contraria*) Poetae animo obversata non satis animadvertentes in miras saepe sententias inciderunt. *Lambinus* hoc vicinorum risu invidiam in Horatium ejusque commoda, propterea quod ridicula et risus invidiam ac fascinum depulissent, nihil valuisse perperam opinatur. De *Landini* sententia illi rident Horatium tanquam ineptum operi et minus validum. Ab hac opinione prope abest *Orellius*. *Zurckius* in his Poetam gaudentem sentit, quod, ut prisca gens mortalium, sibi sit *αὐτοδιάκονος*. *Cruquio* risisse videntur vicini, quum gauderent et Poetae congratularentur opera rustica exercenti. *Haberfeldus* Wielandium secutus in hoc risu unum sentit incommodum quanquam satis leve, cujus Poeta hic ob eam causam mentionem faciat, ut, quum ipse operi admoveat manum, suum vitae rusticae amorem significet. Quodsi *Wielandius* sagacitatem quam dicit *Capmartinii de Chaupy* hic ridet, quippe qui in „Découverte de la maison de camp d'Horace I. p. 349. dixerit: „Horace se représente à sa Campagne comme remuant la terre et en ôtant les pierres; ce n'étoit point sans doute ni dans les champs ni dans les vignes qu'il se livroit de cet exercice pénible, mais dans son jardin. La culture de cette portion si agréable d'une possession a dequoi plaire à tout le monde" etc. tantum abest, ut nostrati assentiar, ut Francogallo doctissimo patrociner; etenim ut is rem verbis auxerit, quidni Horatius hortum habuerit? Non id ex v. 42. et Sat. 2, 6, 2. satis superque efficitur? Quanquam nemo erit, qui Poetam tale quid vel in ipso agro facere potuisse neget, modone tibi ipsum arantem et terram subigentem fingas, sed, ut *Charpenterius* suspicatur, in ambulando talia impedimenta ab agro et segete demolientem. Conf. *C. Passov.* N. 231.

V. 40 — 43. *Cum servis***) — *et horti. diaria rodere* i. e.

---

*) Horatius in hac suorum vicinorum descriptione sine dubio proverbii illius ab Alciphrone l. l. commemorati rationem habuit. Idem proverbium sonat Sat. 1, 1, 110., ubi vide Porphyrionem coll. Ovid. A. A. 1, 349 sq., sonat quoque ap. Pindar. (Olymp. 1, 75.) *Ἔστιν ἀρυφᾶ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων* etc. Conf. Bergler. ad Alciphr. l. l. ibiq. J. A. Wagn. I. p. 89. Fons illius sententiae videtur esse Hesiod. Opp. et D. 1, 23. bona quidem sententia: *Ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων, Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'* etc., sed vid. Göttling. ad 25 sqq. et cf. ibid. 1, 346. Nimium autem vidit Erasmus in Adagg. 1, 1, 32. In rem adde Alciphr. 3, 30, 15. *φθονούντων δὲ οἱ πονηροὶ τῶν γειτόνων.*

**) Porphyrion *servis* pro verbo habet, quod notatum est ab Ascensio, Lambino, aliis. *Landinus* et *Ascensius* pro sua lectione *reddere* diaria

cibaria unius diei servis demensa, ut Mart. 11, 108, 8. *Lupus usuram puerique diaria poscunt.* Petron. 24. (ibiq. gloss. ap. Burm. p. 83) *post asellum diaria non sumo.* Servos vel in menses vel in dies certa cibaria vel suum *diurnum* (Senec. Epist. 80) accepisse constat; hinc Phocyl. 211. *Δούλῳ ταυτὰ νέμοις.* Juv. 14, 126. *Servorum ventres modio castigat iniquo.* Lips. Elect. 1, 8. 2, 15. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 8. p. 252. 1, 22. p. 98. Heind. ad Sat. 1, 5, 68. Becker. Gall. I. p. 110; *urbana* dicuntur, quia servis urbanis tenuiora quam rusticis contingunt. Conf. Oudend. ad Apul. Metam. IX. p. 625. ed. Lugd. Inde v. 41. *invidet usum* etc.; *rodere* igitur est tenuiter *) diariis victitare, ut ex demenso (Terent. Phorm. 1, 1, 9.). Lucian. Epist. Saturn. 28. (IX. p. 82.) *ὑμᾶς δὲ πάρδαμον ἢ θύμον ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντας ἐν τῇ ἑορτῇ.* Parum accommodate *Hocheder:* „durissimum panem dentibus frangere“ et *Orellius:* „avide manducare.“ — V. 41. *voto ruis*, qua quidem re calidissimum consilium significatur, ut supra v. 22. *Incutiunt desiderium.* Terent. Heaut. 2, 3, 128. *Vide sis ne quid imprudens ruas.* Tac. Ann. 1, 7. *ruere in servitium consules.* Ovid. Met. 6, 50. Ernest. Clav. Cic. s. v. De poetarum usu v. *votum* cf. Orell. et Dillenb. ad Sat. 2, 6, 1. — *Invidet usum.* Schol. Cruq.: „quum videt te lignis et oleribus abundare et lacte“ (adde *et carne.*). Nam de equo hic agi, quo villicus vectus sit, perperam opinatur *Dacerius.* Mire *Cruquius:* „hoc tibi suadet calo versipellis, nimirum, ut in urbe vivere malis quam ruri. quod is invideat tuae felicitati“ etc. Ad *Hochederi* percontationem: „Hatte der villicus Naturalbezüge an Holz, Butter und Gemüsen? Aus dieser Stelle sollte man dies schliessen“ — equidem responderim, non tam id ex illis verbis effici quam largiorem et faciliorem (nisi est liberum) talium rerum quae villico contingant usum. Quod quum bene perspexerit *calo, argutus* dicitur non, uti *Orellius* explicat, quod „herum interdum deceperit et defraudarit.“ Ceterum *calo* v. 42. servus vilis e familia urbana videtur fuisse, ut *mediastinus* v. 14., quapropter non assen-

---

intelligunt lucrum unius diei (pretia diurni laboris), quod servi Romae dominis reddere coacti fuerint. De plurali numero v. *diaria* disputat *C. Schneider* in „Formenl.“ p. 410. coll. Voss. Arist. I. p. 506.

*) Improbat *Orellius* hanc de tenui, parco servorum urbanorum victu interpretationem, a *Lambino*, *Düntzero*, *Forcellinio*, al. comprobatam, „quasi vero,“ ut ait, „talis villico appetendus fuerit.“ At Poeta hoc verbo non e villici, sed ex sua ipsius mente falso utitur.

tior *Durue*: „*calo* est ici opposé à *mediastinus*: c'était le premier esclave.“ Neque improbaverim *Orellii* explicationem a *Düntzero* pro falsa habitam, qua *calo* lignorum curam ad usum culinae gessisse dicitur.*)

V. 43. *Optat ephippia bos piger* etc. Varie disputant de distinctione horum verborum; sunt enim, qui ut *Fea* Epitheton ad solum bovem propter inertiam huic animali insitam (Burm. ad Ovid. Am. 1, 13, 16. Cioffm. ad ejusd. Met. 2, 177. Her. 16, 56. Senec. de Brevit. vit. 18.) vel propter proverbium clitellarum bovi imponendarum (Cic. ad Attic. 5, 15. Quintil. Inst. 5, 11, 21. coll. Cic. N. D. 2, 63, 159.) referendum censeant; sunt, qui uti *Bentleius* Epitheton *piger* tantummodo equo utpote pigerrimo, propterea quod ephippia detrectet, aratrum et jugum appetat, tribuendum affirment; at si ex sententia ipsa v. 31. proposita imaginem illustrari licet, Epitheton ad utrumque referre non dubitabis. Posituram Adjectivi huic explicationi non adversari evincet Excurs. ad 7, 18. p. 402. Cardo autem rei in eo vertitur, quod hac imagine ea hominum ingenia adumbrantur, quae praesentia fastidiant, cupiant aliena (Sat. 1, 1, 110. Terent. Phorm. 1, 3, 20. Ovid. A. A. 1, 349. Pers. 6, 14.), ad quam

---

*) Illa explicatio ab *Orellio* in ed. 2. omissa auctoritate Scholiastarum aliorumque scriptorum magnam probabilitatis speciem habet. *Porphyrion*: „vel ab eo, quod frequenter advocetur, dicitur *calo*, vel quia κᾶλα graece ligna dicuntur, et ille saepe vadit lignatum cum servis.“ Schol. Cruq.: „*calo*, servus: unde et calones a ferendis lignis.“ Idem illi ad Sat. 1, 2, 44. ibiq. Heind. et Reisig. Cum his confer Serv. ad Virg. Aen. 1, 41. 6, 1. Isidor. Orig. 19, 1. Lutat. ad Stat. Achill. 3, 43. Non. 1, 310. Paul. Diac. Excerpt. p. 47. et interpp. p. 390. (Lindem.) Schol. Pers. 5, 95. Pap. v. classis; Schol. ad Lucan. 1, 306. (ibiq. Web.) Herzog. ad Caes. B. G. 6, 40. Drem. ad Suet. Calig. 51. Lucil. Reliq. ex ine. Sat. N. 138. p. 259. (Bipont.). De servis militaribus res nota; in familia autem domestica iis cura quoque equorum, mulorum etc. demandata fuisse videtur, Sat. 1, 6, 103. Cic. N. D. 3, 5, 11. Contra *Dacierium*, qui *calonem* intelligit *calatorem*, *nomenclatorem* „adroit, fin, rusé“ bene disputat *Sanadonus*. De usu Horatiano v. *argutus* dixit *Lübker* ad Od. 3, 14. p. 461., de discrimine Singularis et Pluralis in v. *horti* i. e. olitorii C. *Schneider* in „Formenl.“ p. 415. coll. *Hamelberg.* ad Apic. 3, 1. p. 70. *Heinr.* ad Juv. 6, 433. E. Gu. *Weber* ibid. 7, 79., de utilitate *horti* Romae haud facile obvia Juv. 3, 226—29. coll. 13, 123. von *Bonstetten* „Reise in die klass. Gegenden Roms“ etc. II. p. 94. De significatione horti Plautina ut Cas. 3, 4, 23. Merc. 5, 4, 49. Truc. 2, 2, 48—50., quae et hic valet (coll. Plin. H. N. 19, 19), docte disputat *Ladewig* in Mus. Rhen. 1844. III. 2. p. 183.

animi affectionem rite describendam notione quadam ad utrumque hominum genus sortem alterius praedicantium relata (ut v. 12.) opus esse videtur. Quapropter lubens accedo ad *Dillenburgeri* et in Progr. schol. (Aachen, 1841. p. 15.) et ad h. l., *L. van Jani* („Münchn. gelehrte Anzeigen" 1840. N. 30. p. 285.) et *Düntzeri* Adjectivum duobus Substantivis jungentium commodam hujus loci interpretationem. *) Mediam quasi viam olim tenuit *Gesnerus*, quum *pigrum* „quem pigeat laboris sui" diceret, itaque nihil referre, sive ad bovem, sive ad equum referres. Sententiam illustrant Plutarch. de Tranq. an. VII. p. 846. R. ὅθεν οὐ πάντα πάντων ἐστίν, ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ γράμματι πειθόμενον, αὐτὸν καταμαθεῖν· εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἕν, ὃ πέφυκε, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε βίου ζῆλον ἕλκειν καὶ παραβιάζεσθαι τὴν φύσιν. Ἐν ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς etc. et Maxim. Tyr. 2, 3. (p. 4. ed. Dübn.) Φέρε, εἴ τις ἐκχειρίσει, τὸν βοῦν ὑπολύσας τῶν ἀρότρων, καὶ τὸν ἵππον τῶν ἁρμάτων, ὑπαλλάξας ἑκατέρου τὴν ἐργασίαν, ὑπαγαγεῖν τὸν μὲν βοῦν τῷ ἅρματι, τὸν δὲ ἵππον τῷ ἀρότρῳ· ἆρ' οὐκ ἂν ἦν πρὸς μὲν τὴν φύσιν παράνομος etc.

V. 44. *Quam scit uterque — artem.* Proverbium ab antiquis scriptoribus multimodo variatum. Fundus est Aristophanes in Vesp. 1431. Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, a quo non multum abhorrent Pind. Nem. 1, 25. (ibiq. Diss. p. 362), Euripid. ap. Plat. in Gorg. 40. (p. 140 Stallb.) coll. A. Gell. 10, 22. et Plat. de Republ. 4, 10. Locum illum repetiit Stratonicus ap. Athenae. 8, 10. p. 351. Cas. (p. 295. Schwgh.), expresserunt Plat. Epist. 10. p. 1299. D. Phalarid. Epist. 86. p. 269. (Schaef.) Antonin. 4, 31. ibiq. Gatak. p. 118. et in Diss. de Nov. Instrum. Styl. 25. p. 129. coll. interpp. ad Paul. Epist. ad Corinth. 1, 7, 20 — 24., imitati sunt Latini, ut Cic. Tusc. 1, 18, 41. *bene enim illo proverbio Graecorum praecipitur: Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.*

*) Mendosa sunt quae de *ephippiis* habet Acro ap. Braunh.: „alii segmenta, nonnulli ea per jugum equis, curribus imponuntur;" rectius ap. Lambinum nisi fallor ex edit. Bas. 1527: „alii sagmata, i. e. onera, alii ea, quae prope jugum equis curulibus imponuntur." *Ephippia* secundum Placidi gloss.: „equorum frena;" rectius Nonius (2, 312.): „tegimen equi ad mollem vecturam paratum." *Erasmus*: „ephippia vocantur, quas vulgo sellas equestres appellant, additas in hoc, ut commodius sedeat eques." *Voss*: „Reitzeug wünscht unlustig der Stier, und zu pflügen der Klepper." *Campenon*: „Le boeuf paresseux voudrait porter la selle; le cheval, tirer la charrue."

Id. ad Attic. 5, 10, 3. coll. de Or. 1, 28, 126. de Offic. 1, 31, 114. Prop. 2, 1, 46. (Lachm.) *Qua pote quisque, in ea conterat arte diem.*. Conf. Erasm. Adagg. 2, 2, 82. p. 416. Quodsi verba illa ad domini sententiam, quae semper eadem futura sit (*censebo*) *), cum aliis refert *Orellius*, ego quidem hic non tam audio heri monitum, quo, quid utrique servo faciendum sit, suadet, quam in vulgus sonantem proverbii vocem omnibus, quorum hoc scire interest, a Poeta quasi servis commendatam. Ceterum in quas plagas erroresque se ii induant necesse sit, qui semel a via recta aberrarunt, documento potest esse ridicula *Zurckii*, qui vestigia *Dacerii* sequitur, ad h. l. annotatio: „Nemo mirari jure potest, quod ad villicum sic scribat: nam servos quoque literatos fuisse et in multis fuisse peritos, v. in Pignor. de Servis. Ad haec Hor. libertate naturali quum ipse, tum et se inferiores frui voluit. Ita ad villicum scripsit od. 23. l. 3. Apparet vero quam ingenia hominum Augusteo illo aevo fuerint defaecatissima et elegantissima." De *Boileavio Despréaux*, hujus Epistolae imitatore (Oeuvres de B. D. à Paris, An VII. Tom. I. p. 181 — 184.), recte judicant *Dacerius* et *Walckenaer*, quum eum a simplici nitore exempli Horatiani longe abesse dicunt.

---

*) Elegantiam verbi *censebo* illustrarunt *Schmidius* et *Orellius* ad h. l. et *Klotzius* ad Cic. Tusc. 3, 11, 25. Dubito autem, rectene hic intelligi jubeat *ego contra*, *ego vero Bauer* ad Sanct. Min. II. p. 285.; *censebo* unde positum mediam disrumpit orationem (Cic. Lael. 5, 17. Cic. Ep. ad Div. 8, 16, 11.), ut *opinor*, *credo*, δίμαι, οἶσι et similia apud Graecos (de quibus cf. Herm. ad Lucian. de conscrib. Histor. 57. p. 337.), vid. Bentl. ad Sat. 2, 7, 68. coll. infra 16, 78. ann. critic. Similiter v. 22. *video*, ubi *ut vid.* exspectaveris. De sequente Conjunctivo vid. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 26. Fabr. ad Liv. 21, 19, 10. Ceterum in omnem rem supra expositam conferre non pigebit Limustae exemplum apud Alciphr. 3, 70.

EXCURSUS AD VV. 37. 38.

de oculo maligno sive fascinante.

Quum *Porphyrion* ad v. *limat*: „attenuat, imminuit, atterit et invido oculo *fascinat*“ et *Scholiasta Cruquii venenat* „nove, i. e. *fascinat*“ explicent, *Lambinus*, *Torrentius*, alii locum ad fascinationem non incommode retulisse videntur. Si *Orellius* fascinari (*καταβασκαίνεσθαι*) tantummodo homines et animalia, non res, *commoda* dicit, dubito num in poetis talia ubique premenda sint. At res ipsa hac data occasione quae accuratius perpendatur haud indigna videtur esse. Antiqui enim homines, a quibus vel nostra aetas non prorsus abhorret, in oculis quorundam hominum imprimis invidorum vim pestiferam, quae fascino phallo defenderetur, inesse opinati sunt. Theocr. 5, 12. (ibiq. Schol.) *τὺ δ', ὦ κακέ, καὶ τον' ἐτάκευ Βασκαίνων·* Virg. Ecl. 3, 103. (ib. Voss. et Forbig.) *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Grat. Cyneg. 406. (Burm. et Stem.) *Ac sic effectus oculique venena maligni Vicit tutela pax impetrata deorum.* Ovid. Met. 7, 366. (ib. Gierig.) *Quorum oculos ipso vitiantes omnia nisu*, i. e. fascinantes, in pejus mutantes. Apul. Met. 4, 14. (Hildebr. p. 250.) *Invidiae noxos effugit oculos.* Symmach. Epist. 1, 18. *Nullo fascino felicitas publica mordeatur.* Id. 1, 48. *Quis oculus fascinavit destinatam quietem?* A. Gell. 9, 4. *oculis quoque exitialem fascinationem fieri in iisdem libris scriptum est; traditurque, esse homines in Illyriis, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint: eosque ipsos mares feminasque, qui visu tam nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas habere.* Hieronym. ad Epist. ad Galat. 3, 1. „*Dicitur fascinus proprie infantibus nocere et aetati parvulae et his, qui necdum firmo vestigio figant gradum. Unde et quidam e gentilibus: Nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnos. Hoc utrum verum nec ne sit, Deus viderit, quia potest fieri, ut et*

daemones huic peccato serviant etc. Schol. ad Aristoph. Plut. 571. *βασκαίνειν λέγεται παρὰ τὸ τοῖς φάεσι καίνειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς κτεῖνειν, διὰ τοῦ βλέμματος φθείρειν.* De ipsa re accurate egit Plutarchus in Sympos. 5, 7. (VIII. p. 707 — 720. Reisk.), qui inter alia p. 708. *γινώσκομεν γὰρ ἀνθρώπους τῷ καταβλέπειν τὰ παιδία μάλιστα βλάπτοντας, ὑγρότητι τῆς ἕξεως καὶ ἀσθενείᾳ τρεπομένης καὶ κινουμένης ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἧττον δὲ τῶν στερεῶν καὶ πεπηγότων ἤδη τοῦτο πασχόντων.* Conf. p. 713. *ὅταν οὖν οὕτως ὑπὸ τοῦ φθονεῖν διατιθέντες ἀπερείδωσι τὰς ὄψεις, αἱ δ' ἔγγιστα τεταγμέναι τῆς ψυχῆς σπάσωσι τὴν κακίαν, ὥσπερ πεφαρμαγμένα βέλη προπίπτωσιν, οὐδὲν οἶμαι συμβαίνει παράλογον, οὐδ' ἄπιστον ἐκείνους ὃ τοὺς προσορωμένους.* Epigr. ap. Welcker. in Mus. Rhen. 1844. III. 2. p. 263. *Ὁ φθόνος, ὡς κακόν ἐστιν, ἔχει τι καλὸν ἐν αὐτῷ· τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.* Heliodor. Aethiop. 3. p. 140 sqq. (ed. Bourt.) Alex. Aphrodis. Problem. 2, 53. Plin. H. N. 7, 2. ibiq. Gesn. in Chrestom. Plin. p. 92. interpp. ad Catull. 7, 12. Forbig. ad Virg. Ecl. 7, 28. Markl. ad Stat. Silv. 4, 8, 16. O. Jahn. ad Pers. 2, 33. 34. Perizon. ad Aelian. V. H. 1, 15. et de *fascino*, medico invidiae Plin. H. N. 28, 4. (Gesn. l. l. p. 702.) Schol. ad Epod. 8, 18. Lamb. ad Sat. 2, 3, 13. Voss. ad Virg. Ge. 4, 110. Ecl. 7, 28. Hartung. „Relig. der Römer." I. p. 107. II. p. 257 sqq. Echtermeyer. „Symbol. Bedeutung der Finger" p. 35. 37. De hoc aliisque fascinandi remediis conf. Varr. L. L. 6, 8. p. 99. Bip. Plin. H. N. 19, 4. Casaub. Lectt. Theocr. c. 8. p. 260. Wüstem. ad Theocr. 6, 39. Stallb. ad Plat. Phaed. 44. p. 143. Aelian. H. A. 1, 35. Arnob. V. p. 176 — 77. ibiq. Elemenh. Polluc. Onomast. 7, 108. et quos laudat O. Jahn. ad Pers. p. 126 sq. Böttig. in Eberti „Uiberlieferungen" I. 2. p. 59—66. Id. „Archaeolog. u. Kunst." Berl. 1828. partic. 1. Ottf. Müller. „Archaeol. der Kunst" §. 436, 1. 2. p. 703. ed. 2. Eodem referre dicit *Welcker*, V. Cl., (Mus. Rh. 1844. III, 2. p. 263.) *Millingenium*, „qui de hac superstitione inter Italos etiamnum vigente et olim scripserit et uberius data occasione expositurus sit," formulam in marmoribus, praesertim Lugdunensibus frequentem, *sub ascia*. De hac formula vid. Freund. Lex. s. v. illam *mali oculi* vim a Graecis et Romanis creditam praeter laudatos observarunt Turneb. Adv. 9, 28. Barth. Adv. 12, 20. Wachsm. Athenae. II, 2. p. 253. coll. Rosin. Antiq. Rom. lib. X. p. 1689. Cilan. „Ausf. Abh. d. Röm. Alterthüm." I. p. 721. Fr. Thiersch. in „Tübing. Kunstblatt." 1827. N. 104.

p. 414. Lehrs. „Abhandlungen der deutsch. Gesellschaft in Königsberg.“ IV, 1. p. 172. Superstitio ista jam apud antiquos Hebraeos reperitur, vid. *Winer.* „Bibl. Realwörterb.“ II. p. 830. atque ejusd. commentar. in Epist. Paul. ad Galat. 3, 1. p. 73., manavit ad Christianos; fascinantium enim oculorum mentio fit a Balzam. in canon. LXI. concil. Trull. ap. Bingham. in Orig. sive Antiq. Eccl. VII. p. 259. (16, 5, 6.), grassatur hodie apud Dalmatas (vid. „Tübing. Morgenblatt“ 1828. N. 52. p. 205.), apud Graecos (vid. *Coraes* ad Theophr. p. 260. ap. Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 9, 20.), apud Italos (*Nic. Valetta:* „Cicalata sul fascino volgarmente detta *jettatura.*“ Neap. 1812. et *Arditi:* „Il fascino e l'amuleto contro del fascino presso gli antichi.“ Neap. 1825.), imprimis apud Judaeos ibi habitantes, quibus *malus oculus* (occhio cattivo) *Gnayen Aragn* audit (vid. „Die Woche der Juden.“ Von Urbino da Mantova in Branii „Miscellen.“ Jen. 1842. fasc. 10. p. 74.), apud nostrates aliosque populos (*Grimm.:* „Deutsche Mythologie“ p. 624. et *J. A. von Ittner.* „Schriften.“ III. p. 8 sqq., quem laudat *Malten* in „Neueste Weltkunde.“ 1839. III. p. 78., quibus adde narratiunculam illam: „Das böse Auge.“ Nach Al. Dumas. in „Frankf. Konversationsblatt.“ 1843. N. 108 sqq.).

Quod supra *limos oculos* cupiditatis quoque dixi, in mentem venerat illius dicti apud Quintil. (Inst. 11, 3, 76.): *Rigidi vero et extenti, aut languidi et torpentes, aut lascivi et mobiles, aut natantes et quadam voluptate suffusi, aut limi et, ut sic dicam, venerei, aut poscentes pollicentesve nunquam esse debebunt.* Nostrates in tali re „schmachtende, lüsterne Augen, Blicke“ dicunt. Ab his non multum differunt Graecorum ὑγροὶ (Anacr. 28, 21. ubi vid. Schneid. p. 225), qui oculi voluptate quasi fracti videntur, ut iis Dio Chrysost. (Or. IV. de regno I. p. 177. Reisk.) τὸ μάχλον tribuat: ὑγροῖς ὄμμασι μάχλον ὑποβλέπων· Alciphr. 1, 28, 10. (ibiq. Bergl. et Wagn.) ταχερὸν βλέπεις βλέμμα· Lucian. Amor. 3. (V. p. 259. Bip.) ἵλαραὶ τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ ταχερῶς ἀνυγραίνοντο. Inde explicandi *putres oculi* Od. 1, 36, 17., (ubi vid. Mitsch. et Orell.) et *oculi ludibundi atque illecebrae voluptatisque pleni* ap. A. Gell. 3, 5. Conf. Heins. et Burm. ad Petron. 126. p. 598. Mitsch. ad Od. 1, 19, 8. O. Jahn. ad Pers. 1, 18. Jacob. ad Lucian. Tox. 15. p. 70. Rosenmüll. ad Hos. 2, 1. p. 67.; sed haec per *πάρεργον.*

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XV.

AD C. NUMONIUM VALAM.

Quae sit hiems Veliae, quod coelum, Vala, Salerni,
Quorum hominum regio et qualis via — nam mihi Bajas
Musa supervacuas Antonius, et tamen illis

Ad C. Num. Valam. Mss. Lamb. fere omn. Edd. Lamb. Xyl. Torr. Burm. Bentl. Maitt. Cun. San. Fe. Pott. Schm. Hoched. [Dorigh. hab. *Vaalam*, Irenic. *Vallam*] al. complur. *Ad Numonium Valam.* Mss. Cruq. 1, a — d. 4. 7. 3. (*de lavacris frigidis* additum in 1, uno) Lips. 2. 3. (de reliquis dubius sum) coll. Vict. Var. Lectt. 4, 6. Edd. Bersm. (sed habet *Nummonium*) Talb. Gesn. Oberl. Comb. Wetz. al. *Ad Numodeum Valam.* Ms. Ik. 1. *Ad Numen. Val.* Mss. al. ap. Marcil. et Torr. *Ad Gn. Umonium Vaalam.* Ed. Cruq. (*Vaalam* vocat Schol. quoque v. 1.). *Ad Gualam.* Ms. Cruq. 2. *Ad Valam.* Mss. ut vid. Dorv. 1. 2. Corbei. Dess. 2. (in 1. et 3. deest) Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Ald. 501. Muret. Pisc. Chab. H. Steph. Val. al. *Ad Vallam.* Edd. Junt. 514. 19. Argent. 515. Ald. 519. Asc. 519. Bas. 531. 80. Gymn. 541. Glar. Fabr. Pulm. Biedm. Zurck. *Vallae* vel *Valae.* Edd. vett. ap. Maitt. *Qu. Hor. Fl. Valae s.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 477. 79. 81. — V. 1. *hiemps.* Ita mss. Lips. et Dess. 1. 3. — *Vala.* Mss. nostr. omn. et Orell. praeter S, qui habet *Valla.* Edd. ut antea: *Vala* vel *Valla* — *Veliae?* — *Salerni?* Edd. aliq. — V. 2. *jam mihi.* Ms. Mon. 1. Ceterum *via?* edd. Pulm. Charp. Amar.

Me facit invisum, gelida quum perluor unda
Per medium frigus. Sane murteta relinqui,
Dictaque cessantem nervis elidere morbum
Sulphura contemni, vicus gemit invidus aegris,
Qui caput et stomachum supponere fontibus audent
Clusinis Gabiosque petunt et frigida rura.
Mutandus locus est, et diversoria nota

V. 4. *gelide.* Dess. 2. — *quod perl.* Mss. vetustissimi ap. Torr. *dum perl.* Ms. Mon. a. *cur perl.* Gott. 1. *perluar.* Ed. Praedic. *pervchor.* Mss. Cruq. 1, a — d. (sed superscr.) Pulm. 2. 3. Torr. duo. Mire illam scripturam explicat Cruquius, melius Torrentius, qui comparat Plin. H. N. 29, 5. *mersit in lacus aegros.*

V. 5. *murteta.* Mss. Pulm. 1. 7. Lamb. 2. et al. Cruq. aliq. Torr. vetustiss. Bersm. tres. Bentl. vetustiores. Fe. 5, a. (a 2. m.) Pott. pleriq. Orell. bSd. Berol. 1. (*murtecta*) Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. (*murtheta*) Gott. 1. Goth. Dorv. 1. 2. Rudolst. et ut vid. Monac. paene omn. Ita Schol. quoque Cruquii, restituit Bentlejus, quem vide. *myrteta.* Mss. reliq. ap. Lamb. Cruq. Pulm. Bersm. sex ap. Pott. (9. 12. 13. 15. 16. 18.) Ik. omn. Orell. E. e nostris certe Berol. 2. Lips. 2. 3. Gott. 2. Guelf. 3. Mon. m. Edd. vulg. etiam San. Jon. Val. Sivr. Wetz. Ik. Camp. Charp. Amar. *mirteta.* Mss. Guelf. 1. 2. 4. Mon. c. l. Edd. Ven. 492. Dorigh. *sane. Murteta* etc. Ed. Praedic. — *reliqui.* Mss. Ik. 4. 5. 6. Guelf. 1. 2. 3. Berol. 1. Corbei. Mon. e. — V. 6. *Duraque* Ms. Oberl. D. (a 1. m.). *Aptaque.* Conj. J. Clericus, *Doctaque* legi mavult Cuning. — *eludere.* Ms. Mon. f.

V. 7. *sulphura* et *sulpura.* Mss. antiquiss. ap. Torr. Lips. 1. 2. Dess. omn. et Mon. pleriq. atque haud scio an multi alii, quorum scriptura non observata est. Ita etiam ms. Guelf. saec. 9. ap. Prudent. Cathem. 5, 136. Hamartig. 727. Perist. 5, 198. Apoth. 137. Psychom. 95. Quum *Sulphur* ex *sulpur* ortum sit, illam orthographiam cum Hauth. ad Pers. 2, 25. et Obbar. ad Prudent. Cathem. 5, 136. comprobo; *sulpur* probat Wagn. ad Virg. Ge. 3, 449. et in Orthogr. Virgil. p. 474. Contra C. Schneider. (Elementarl. p. 216.) auctore Vossio in Etym. et Arist. I. p. 119. formam *sulfur* praefert. — *contemnis.* Edd. Ven. 477. 79. 83. 86. Flor. 482. ?! *contempni.* Ita mss. Lips. omn. Dess. 1. 3. Gott. 1. — *locus gemit.* Guelf. 2. (sed superscr. *vi*) *vicus gemat.* Ed. Praedic. — V. 8. *Quod caput.* Ms. Mon. g. — *ac stomach.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. 777. (non 762). Dorigh. — *frontibus.* Ms. Mon. g.

V. 9. *Clusinos.* Mss. Cruq. 1, a. 3. Mon. b. (a 1. m.), sed corr. in *is.* (*Clusinas* Guelf. 3.) Schol. Cruq. in lemmate et v. 5., non Acro, qui in lemmate *Clusinis* habet. Edd. Cruq. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh.; refutant Torr. et Fea. — *Glabiosque.* Mss. Lips. omn. et cod. Mentel. *Gobiosque.* Dess. 2. *Gabios petunt.* Ms. Mon. c. — V. 10. *Mutandusque locus est.*

Praeteragendus equus. „Quo tendis? Non mihi Cumas
Est iter aut Bajas,“ laeva stomachosus habena
Dicet eques; sed equi frenato est auris in ore. —
Major utrum populum frumenti copia pascat,
Collectosne bibant imbris puteosne perennis 15

Mon. c. *est* omisit d. — *diversoria.* Mss. Cruq. pleriq. omn. Ik. Orell. et nostri. Ita et ms. Guelf. saec. 9. et Rott. ap. Prudent. Hamartig. 853. contr. Symm. 2, 849. Edd. vulg. etiam Torr. Fe. Jahn. Doer. Both. Meinek. Camp. Charp. Amar. Dillenb. *deversoria.* Ms. Cruq. 1, a. Edd. Lamb. Cruq. Bentl., quem sequuntur fere recentiores. Formam *devers.* cum multis aliis tuentur Cruquius et Schmidius; sed equidem observari hoc malo: ubi loci significatur proprietas, ad quem a via deflectitur, bene se habet *devers.*, ubi separandi notio (paulo aliter Isid. Orig. 15, 3.) praevalet, recte scribitur *diversorium.* Cf. Jahn. ad Virg. Ge. 2, 8. Lübk. ad Od. 1, 1, 13. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 57, 234. et Stürenburg. ad Cic. de Offic. 3, 32, 114. p. 181. — Post *nota* distinguunt edd. Argent. 515. Asc. 519. (sed recte explicat in comment.) Iremic. Min. Rod. Gesn. Dorigh. Comb. Bad. Zeun. Fe. Dillenb., tuetur quanquam invita Minerva Düntzer. p. 242. Hunc versum et tres seqq. a sensu Poetae alienos habet *Guyetus.* — V. 11. *aequus.* Ita ms. Lips. omn. — V. 12. *leva aut stom.* Ed. Asc. 519. *levia stom.* Edd. Ven. 479. 81. 83.?! — *stomachatus.* Ms. Pulm. 1. Bersm. ms. Oberl. D. (cum gl. *stomachosus*) Bad. 1. Fe. 2, b. (a 2. m.) g. 3, a. 5, a. 7, b. Ik. 1. Dess. 3. Mentel in var. lect., non improbat H. Stephan. in Praef., vulgatam tuetur Fea. — *stomachandus.* Ms. Fe. 2, i. Mon. l. Mentel. in v. lect.

V. 13. *Dicit.* Ms. Fe. 2, h. Ik. 4. Berol. 1. Mon. b. e. Ed. Locher. — *Dicet equus.* Conj. Waddel. p. 74. — *sed equi.* Mss. et edd. vulg. *sed equo.* Mon. l. *sed equis.* Mss. Bentl. 4. 6. (sed in hoc *s* a mala manu paene erasa est) et alter recentior. Val. duo. Bad. 1. (superscr. *s.*) Fe. 1, c. (a 1. m.) t. 2, b. 3, f. 5, a. 6, a. (a 1. m.) b. notat. ex ms. in ora ed. Ald. 501. in Bibl. Vatic. et 519. Bibl. Angel. Hoched. f. i. Orell. SE. Lips. 2. Edd. Bentl. (qui def.) Cun. San. Merv. Phil. Sandb. Franc. Bask. Sivry. Dorigh. Wakef. Haberf. Fe. (qui def.) Jahn. Zell. Web. Meinek. et ed. Traj. ad Rhen. 713. Paris. 752. Vulgatam scr. praeter alios def. Jonson., Clericus, sed legi mavult *et equi*, quum nulla sit oppositio. *sed equus: fr. e. a. in ore?* Ed. Praedic. — V. 14. *pascat?* Disting. Oberl. Pott. *praestat.* Ms. Mon. c. *pascant.* Mon. g.

V. 15. *Collectosque.* Mon. l. — *puteosque.* Guelf. 1. Dorv. 2. Mon. c. f. et Ik. 4. Orell. d. Edd. Chab. Dorigh. *puteosve.* Ms. Comb. F. Gott. 2. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. al. ap. Fe. — *perennis.* Ita ms. Ik. 1. Lips. 1. Dess. 1. Mon. f. *perhennes.* Gott. 1. Mon. c. De scribendi ratione et origine hujus vocis disputant Lamb. Torr. Piscat. ad h. l. interpp. ad Cic. N. D. 2, 39. et Doederl. Syn. I. p. 9.

Jugis aquae; — nam vina nihil moror illius orae.
Rure meo possum quidvis perferre patique;
Ad mare quum veni, generosum et lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet

V. 16. *Jugis aquae.* Mss. plurim. ap. Lamb. et Cruq. Pulm. 2. 3. 10. Torr. aliq. Bersm. quinq. Talb. complur. Bentl. 2. 4. 6. 3. Oberl. C. D. Comb. C. D. F. G. Val. duo. Bad. 1. 3. (p. XXII.) Fe. plurim. Ik. 1. 5. Pott. omn. praeter tres. [9. 13. 15.] Oudend. duo ad Caes. B. G. 8, 16. Orell. bSEd. e nostris Guelf. 1. 4. Berol. 1. 2. Goth. (a 2. m., quae *dulcis* expunxit) Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 2. Mon. a. d. e. f. g. (*jungis aqua*) m. Rudolst. Edd. vett. ap. Maitt. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Ald. 501. 19. Glar. Vascos. Gymn. (541) Muret. Irenic. Min. Biedm. etc. restituit Bentl., quem sequuntur Traj. ad Rhen. 713. Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Haberf. Zeun. Hunt. Doer. Pott. Both. Jahn. Pass. Mein. Braunh. Orell. Dillenb. *Dulcis aquae.* Mss. reliqui aliorum et nostri, e quib. praeter cet. notandi Dorv. 1. Mon. b. (cum annotatione: „alii jugis et semper manantis") c. l. et ut videtur cod. Mentel. Edd. Junt. 514. 19. Argent. 515. Asc. 519. (auctore Philologo) Britann. 520. Lamb. (qui def.) H. Steph. Xyl. Fabr. Cruq. Pulm. Pisc. Torr. Bersm. Chab. Heins. Bond. Maroll. T. Fab. Despr. Burm. Dac. Tart. Maitt. Sanad. Jon. Merv. Sandb. Phil. Franc. Bask. Val. Sivry. Dorigh. Wetz. Praedic. Fe. (qui def.) Ik. Zell. Camp. Schmid. (qui def.) Hoched. Web. Charp. Amar. Hanc scripturam tuentur praeter memoratos Aldus, Benedict. Philologus, J. Clericus, illam comprobant Torrent. Oudend. l. l. Burm. ad Anth. lat. II. p. 675. Heind. ad Sat. 2, 6, 2. Bähr. in „Heidelb. Jbb." 1830. N. 32. p. 507. Bach. in Zimm. „Zeitschr." etc. 1834. p. 1041. Düntzer. p. 245. coll. Seebod. Krit. Bibl." 1825. N. 9. p. 973. Doederl. Syn. I. p. 5. Hildebr. ad Apul. Met. 8, 22. p. 715. *Jugis aquae*? *Nam* .. Ed. Pott. *Dulcis aquae; num v. n. morer ill. or.* Ed. Praedic. — *jam vina.* Ms. Ik. 6. Ed. Witenb. 608.

V. 17. *quodvis.* Ms. Val. un. [an omnes praeter unum?!] Dorv. 2. Mon. h. Ita conjecit N. Heinsius (Adv. 3, 13.), receperunt Cun. San. (qui def.) Merv. Franc. Val. Sivry. Dorigh. Praedic. et ed. Paris. 752., comprobant Haberf. ad h. l. et Bauer ad Sanct. Min. II. p. 235., refutat Bentlejus. — *possem.* Ms. Ik. 5. *possim.* Mon. g. — *sufferre.* Mss. aliq. Lamb. Bersm. un. Fe. 1, a. cod. Mentel (an ed. Vascos.?) Ed. Bersm. *praeferre.* Ms. Mon. m. Ed. Lips 492. *proferre.* Mon. f. — *pative.* Ms. Ik. 5. — V. 18. *At mare.* Ms. Mon. l. — *venio.* Ms. Bersm. un., tres ap. Val. Comb. F. Ik. 4. 5. Orell. S. Guelf. 1. Dess. 3. Dorv. 1. Gott. 2. Mon. a. e. Edd. Ven. 481. Asc. 519. Britann. 520. *leve.* Ms. Guelf. 1. Mon. e. Sant. — *requiram.* Ms. Bersm. un. Dess. 3. Ceterum hic versus de sententia Lambini cum antecedentibus conjungendus, non, ut fit vulgo, ab illo divellendus puncto est.

V. 19. *Qui cur.* (cum gl. vel: *quod curas.*) Ms. Mon. g. — *manat.* Guelf.

In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanae juvenem commendet amicae. —
Tractus uter pluris lepores, uter educet apros,
Utra magis piscis et echinos aequora celent,
Pinguis ut inde domum possim Phaeaxque reverti,
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
Maenius, ut rebus maternis atque paternis

2. Mon. g. m. (sed ille corr. *et*) — V. 20. *animoque meo.* Ms. Fe. 5, e. — *ministrat.* Ms. Fe. 1, o. Mon. e. l. m. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. et ed. princ. ap. Comb., Med. 470. ap. Fe. — V. 21. *Quid.* Mon. l. — *Lucine* (schol. *vel Lucanae, de Lucia*) Mon. g. — *commendat.* Mss. Fe. 1, m. (a 1. m.) 2, d. (a 1. m.) e. 5, a. Ik. 1. Orell. SEd. Berol. 1. Mon. a. c. e. f. Edd. Loch. 498. Fabr. 578. Hunc versum omisit Tarteron in ed. Paris. 694., reduxit Coste in ed. Amst. 710. — V. 22. *lepores plures.* Ms. Bersm. un. Ik. 4. Mon. d. e. Guelf. 1. — *pluris.* Ms. Orell. E. Gott. 2. Lips. 2. Mon. f. (hic et *leporis*). Edd. vett. paene omn., recte; sic et hunc locum laudat Priscian. VII. p. 238. ed. Bas. conf. Voss. Arist. II. p. 639. Eckst. et Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 4, 13. 3, 15, 56. — *educat.* Ms. Guelf. 4. Orell. d. — V. 23. *maris pisc.* Mon. e. — *echinios.* Mon. c. *echinnos.* Berol. 1. — V. 24. *Phaegaxque.* Mss. Cruq. 1, tres. *Phacaxque.* Gott. 2. *Phaxaque.* Mon. l. — *revertere possim.* Dorv. 1.

V. 25. *accredere* vel *adcred.* (de qua forma cf. Fe.) mss. et post Ald. 501. 19. et Asc. 519. edd. vulg. Conf. H. Steph. Diatr. secund. p. 139. et nostr. ann. ad 5, 18. Ita hunc locum Scholiastae quoque ad v. 1. laudant. *ac credere.* Mss. Bersm. quat. Guelf. 3. 4. Berol. 2. Dess. omn. Mon. e. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. etc. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Bas. 580. et edd. vett. ap. Maitt. *accedere.* Ms. Berol. 1. Mon. l. Edd. Muret. Cruq. Biedm. (599) Heins. (612). *ac nos tibi credere.* Ita Benedict. Philol. Junt. 514. 19. Britann. 520. Argent. 515. Glar. Irenic. *abcredere.* Ms. Lips. 2. 3. *at credere.* Bersm. un. Fe. 2, d. 5, a (a 1. m.) Mon. d. *haec credere.* Ms. Fe. 6, a. *nos et credere.* Pulm. 3. Bersm. un. *ac reddere.* Fe. 1, t. *ac scribere.* Guelf. 2. — *parem* (pro *par est*). Ms. Ik. 4. Ed. Loch. Hunc versum post v. 46. posuit Praedicovius.

V. 26. *Maenius.* Ita e mss. nostris quidem Berol. 1. 2. Dess. 1. Dorv. 1. 2. Corbei. Gott. 1. 2. Guelf. 2. 3. 4. Diphthongum in marmoribus antiquis se legisse testatur Lambinus. Adde inscr. ex Reinesio allatam in Symb. litterar. IV. p. 153. *M. Maenio C. F. Cor. Agrippae* etc. inscr. Orell. 2537. et Isidor. Orig. 15, 3., quem laudat Casaub. ad Suet. Ner. 16. coll. Drak. ad Liv. 8, 13, 1. Reliqui libri mss. vel *Menius* (*menuus* Goth., *Nenus* Dess. 3.) vel *Mevius*, *Macvius* ut Torr. aliq. cum Schol. Cruq. et hic et v. 36. 37. Bad. 3. Guelf. 1. cod. Mentel. habent. Cum

Fortiter absumptis urbanus coepit haberi,
Scurra vagus, non qui certum praesepe teneret,
Impransus non qui civem dinosceret hoste,
Quaelibet in quemvis opprobria fingere saevus, 30

his mss. consentiunt edd. Ven. 477. 79. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498., contra *Menius* edd. Ven. 492. Lips. 492. 98. 502. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Asc. 519. al. mult. *Maenius*. edd. Ven. 481. Britann. 520. Lamb. Muret. Cruq. Torr. al. Ceterum novam epistolam hic incipiunt mss. Torr. omn. praefixo in quibusdam titulo: *De Maenio guloso et impudente*, Bersm. sex. Pulm. quinq. Bad. 1. 3. Comb. C. D. F. G. (cum inscr. *ad Menium*) ms. un. ap. Barth. (Adv. 37, 22.) Guelf. 2. 3. 4. Berol. 2. Corbei. Dess. omn. Goth. Gott. 1. 2. cod. Mentel. mss. Lips. ms. Rudolst. et omn. Monac. excepto ms. f. uno, alii cum inscript. *de eodem*, alii *ad eundem*, alii *ad Menium* vel ut cod. Mentel. *ad Mevium* litera *n* superscr., sequuntur edd. ap. Maitt. et Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 520 (Britann.) Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Thann. Paris. 503. Junt. 514. 19. Argent. 515. Asc. 519. Glar. Henricopetr. 1. al. (non Ald.) Ita librarii lapsi sunt Od. 1, 7, 15. Epist. 1, 7, 46., sed veram conjungendi rationem hic tuiti sunt praeter ceteros Lamb., H. Steph., Marcil., Torrentius, qui Petrum Victorium (Var. lectt. 4, 6.) illi errori subscripsisse recte miratur. Delirat autem cum sua distinctione Praedicov: *Phaeaxque reverti, Maenius ut; — Rebus* etc.

V. 27. *urbanis*. Ms. Mon. 1. Ed. Praedic. (*absumtis, urbanis c. h. Scurra; vag.*) — V. 28. *qui non*. Ms. Guelf. 3. — *civem*. Ik. 4. *certe*. Mon. 1. *certum non qui*. Conj. Cuning. — V. 29. *Inpransus*. Ita mss. Berol. 1. et Lips. omn. *Jam pransus*. Mon. 1. — *nec qui*. Ms. Berol. 2. Mon. 1. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. Thann. al. *civem non qui*. Conj. Cuning. *vicem* pro *civem*. Ms. Mon. b. (sed corr. manus recentior.) *cui est*. Ms. Corbei. — *dinosceret*. Mss. Torr. quinq. Ik. 1. Orell. bSEd. Berol. 2. Dess. 3. Goth. Guelf. 3. 1. (*den.*) Mon. 1. (*den.*) Lips. omn. et cod. Mentel. Edd. Lips. 492. 98. 502. Ald. 501. et ed. vet. ap. Maitt. Reduxi hanc orthogr. ab optimis mss. libris ubique exhibitam, vide Oudend. ad Apul. Met. IX. p. 604. et Hildebr. ibid. p. 761. (coll. Burm. ad Ovid. Met. 13, 835. non 11.) Munck. ad Fulgent. Mythol. I. praef. p. 3. (p. 597. ed. Staver.) Hess. ad Tac. Germ. 20. in Var. Lectt. III. p. 25. Deder. ad Dict. Cret. 3, 23. p. 334. Herm. Var. Lection. Pers. p. 20., ex mss. quoque receperunt Hauth. inPers. 5, 24. 105. Obbar. in Boeth. Consol. phil. 1, 1, 13. p. 3. et in Prudent. Perist. 10, 1137. Conf. C. Schneid. Elementrl. p. 547.

V. 30. *fingere certus*. Mss. Cruq. 1, duo. 7. 3. Ed. Cruq. (Asc.: aut *suetus* in explicat., nescio autem, num hoc ex ms. libro sumpserit). *figere saevus*. Ms. Bersm. un. Edd. Cun. San. (qui def.) Merv. Phil. Bask. Sivry. Dorigh. Daru. [Non est ex solo typographi errore, ut ait Jones] *stringere saevus*. Conj. N. Heins., contra quem vulg. def. Bentlejus; *fustdere saev.* Conj. Schrader. in Emen-

Pernicies et tempestas barathrumque macelli,
Quicquid quaesierat ventri donabat avaro.
Hic ubi nequitiae fautoribus et timidis nil
Aut paulum abstulerat, patinas coenabat omasi
Vilis et agninae, tribus ursis quod satis esset; 35

datt. libr. Leovard. 1776. p. 74., comprobat Riedel ad Epist. 2, 1, 220. Ingeniosa illa quidem, sed minime necessaria conjectura. — V. 31. *ac temp.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. (777) Dorigh. — *baratrumque.* Mss. Dess. omn. et Gott. 1. 2. Rudolst. et cod. Mentel. Edd. vett. plerq. omn. De scribendi ratione [*barattrum* Lips. 1. 3.] cf. Burm. ad Val. Fl. 2, 86. et Forbig. ad Lucret. 3, 967.

V. 32. *donabat.* Mss. et edd. vulg. *donaret.* Mss. ut videntur Ik. 4. 5. 6. et cod. Mentel. Ita de conjectura ed. Bentl., quem sequuntur Cun. San. (qui def.) Traj. ad Rhen. 713. Merv. Phil. Franc. Sivry. Bask. (777 et. ed. Paris. 752) Wakef. Wetz. Haberf. Dorigh. Ik. et teste Cuning. ed. Cadom. 480. *donarat.* Mss. Cruq. 1, a — d. Pulm. 7. Bersm. quat. Oberl. C. D. Comb. F. Bentl. 4. 2. 6. et complur. al. Gesn. 1. 3. (ille est noster Gott. 1.) Bad. 1. Fe. 1, a. (a 1. m.) b. k. i. p. r. t. (a 2. m.) z. 2, c. e. i. 3, a. f. 5, a. e. (a 2. m.) f. 6, a. b. Pott. complur. Orell. E. in varia lect. Guelf. 2. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. d. i. Ex hac scriptura ut imprimis suam lectionem finxit Bentlejus, ita suam Praedic.: *ventri ut donaret avaro.* At hanc sententiam priori in *dinosceret* exeunti similem reddi non est opus, quum haec per se sola constet. Sed similiter erratum alias quoque est, vid. Ellendt. ad Cic. de Or. 3, 31, 123. et ejusd. explicatt. ad 2, 27, 116. Si quid mutandum esset, scr. *donarat* praeferrem. Conf. Becher. Obss. in aliq. Hor. loc. Liegnitz. 1830. p. 10. et Seebodii „Archiv f. Phil. u. Paedag." 1833. p. 588. — V. 33. *ac timidis.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivry. Dorigh. *tumidis.* Mss. aliq. ap. Lamb. et Orell. d. (sed corr.) Edd. Asc. Glar. Vascosan. Cruq. (sed explicat *timidis* in Commentar.) Irenic.; contra disputant P. Victorius, Lambinus et H. Stephanus (Diatr. secund. p. 138). De confusione utriusque verbi cf. Bentl. et Orell. ad A. P. 197. Bünem. ad Lactant. Inst. 5, 11, 10.

V. 34. 35. *attulerat.* Ms. Berol. 1. — *patenas.* Ik. 5. *tabulas* quidam teste Lambino legunt; is haud dubie Turnebum intelligit, qui de paropsidibus (Adv. 6, 25. 18, 23. 2, 19. coll. Athenae. 9, 1. p. 367 sqq. Casaub.) cogitavit. — *aequabat* pro *coenabat*, i. e. penitus devorabat, de conjectura ed. Dorighello.— V. 35. *agninae.* Mss. Lamb. aliq. Cruq. 1, a—d. 4. 9. 2. 3. et ejus Scholiastes, Pulm. 2. 10. aliq. ap. Turneb. (Adv. 6, 25.) et Talb. et Torr., Bersm. un. Oberl. D. Comb. F. Fe. 1, a. b. (a 1. m.) e. g. k. (a 2. m.) p. 2, c. e. (a 1. m.) f. (a 1. m.) i. (a 2. m.) 3, a. (a 1. m.) 5, a. (a 1. m.) f. 6, a. 7, a. Pott. (exceptis mss. 1. 6. 7. 12. 18. 19. 21.) plur. Ik. 1. 4. Orell. bd. Berol. 1. Dess. 2. Derv. 1. (in marg.) Mon. b. (a manu recent. corr. in *agnini* cum schol.: „scil. omasi.") e. Conf. H. Steph. Diatr. sec. p. 139. Ed. princ.

Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos correctus Bestius. Idem

ap. Fe. Britann. 520. Lamb. Xyl. Cruq. Min. Talb. Baxt. Bentl. et recentior., probant praeter H. Steph. l. l. Turnebus et Marcilius. *agnini.* Mss. reliq. et edd. ante Talb. plurim. Ambigunt autem de distinctione; *Fea, Bothius* comma post *omasi* delent, sed diversa sententia, *Orellius* cum Bentlejo post *omasi* distinguit et *vilis* ad *agnin.* solum refert, contra Fea Epitheton cum *omasi* conjungit, Italorum „trippa" intelligens; rectius ii, qui ut Bothius, Jahn., Zellius, Meinekius, Dillenburger, al. omnem distinctionem tollunt. Qui cum Fea post *essent* punctum ponunt, eos jure vellicat Bothius in annot. ad Fe.

V. 36. *et ventres.* Ms. Fe. 7, b. Mon. l. — *lamna.* Ita certe mss. Pulm. 1. 2. 10. Dess. 1. 3. et aliq. Mon. *lamina.* Dess. 1. Mon. c. Gott. 2. *lamma* Pulm. 3. 4. 7. Dorv. 2. et edd. Pulm. Min. *lama* Gott. 1. Guelf. 2. Berol. 2. Mon. f. l. m. Torr. aliq. et edd. vett. ap. Maitt. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. Thann. Britann. Cruq. al. Contra *lamna* post Ald. 501. edd. plurim.; de forma *lama*, *lamma*, *lamna* cf. Burm. ad Val. Fl. 1, 123. Drak. ad Liv. 23, 19, 18. Chamillard ad Prudent. contr. Symm. 1, 438. Voss. Arist. I. p. 116. Jan. et Dillenb. ad Od. 2, 2, 2.

V. 37. *Duceret.* Ed. Chab. (indicta causa) — *correctus Bestius.* Mss. Lamb. aliq. Cruq. omn. excepto un. Pulm. 4. 7. 10. 11. Torr. aliq. Bersm. quinq. Talb. complur. Bentl. plur. et melior. Barth. un. (Adv. 37, 22.) cum gl. *bestialis*, Valarti omn. praeter septem. Comb. D. F. G. Bad. 1. Fe. ut vid. plur. Ik. 1. 5. Pott. exceptis sex. Orell. bSEd. Berol. 1. Corbei. (*hostes*) Dess. 1. 2. 3. Dorv. 1. Gott. 1. Guelf. 2. 4. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. d. f. g. Edd. Cruq. Talb. Sandb. *correctus. Bestius id.* Edd. Britann. (520) Chab. Hoched. *correptus Bestius.* Mss. Lamb. al. Cruq. 1, un. Pulm. 1. 2. 3. tres ap. Gul. Cant. Nov. Lectt. 4, 12. Fabr. un. Bersm. un. aliq. ap. Britann. et Talb. et Bentl. Val. septem. Fe. 1, e. k. n. q. 2, e. g. 3, d. 5, e. 6, b. Pott. 2. 3. 12. 15. 16. 21. Ik. duo. Berol. 2. Dorv. 2. Rudolst. Goth. (*correptor*) Gott. 2. Guelf. 1. 3. Mon. b. c. e. l. m. (ex correctura in marg. deleto vocabulo in contextu). Ed. Asc. 519. *correptus. Bestius id.* Ed. pr. ap. Fe. et Ven. 477. 78 (teste Fe.). 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Thann. ed. 474. ap. Maitt. (476. igitur *correctus*, quod ipse in textu habet, sed quo ordine me fugit). Fe. (qui def.). al., qu. idem laudat. *urendos. Corrept. Best. id.* Marcil. in Quotidian. *urendos correptos. Bestius id.* Ed. Praedic. *corrector Bestius. Id.* Ms. Lambini antiquissim. (quod is jam ante secund. editionem emendandum putaverat) Gesn. 3. et, si ex silentio conjici licet, Oberl. C. D. Comb. B. C., restituit et sagaciter defendit Bentlejus, quem sequuntur fere omnes, etiam praeter eos, quos laudat Fea, Jon. Batt. Franc. Bask. Sivry. Bad. Haberf. Daru. Hunt. Both. Camp. Jaeck. Pott. Doer. Jahn. Zell. Schm. Web. Pass. Meinek. Braunh. Charp. Amar. Orell. Dillenb. *correctus. Macnius* (*Men.*) *id.* Mss. aliq. ut vid. Lamb. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19.

Quicquid erat nactus praedae majoris, ubi omne
Verterat in fumum et cinerem, „Non hercule miror,“
Ajebat, „si qui comedunt bona, quum sit obeso 40

Argent. 515. Gymnic. 541. Glar. 543. Bas. 531. 80. Muret. Lamb. Pulm. Irenic. Xyl. Fabr. Min. Piscat. H. Steph. Torr. Bersm. Heins. Bond. Maroll. Rodell. Despr. Zurck. Burm. Tart. Val., comprobat Rappolt. p. 745., expressit Scheller in translatione. *urendos. Correctus Men. id.* Edd. Tan. Fab. et Dac. (qui def.). *correptus. Men. id.* Ed. Biedm. 599. At scriptura *Maenius* paene nulla nititur auctoritate, *corrector* exigua; etenim Gesneri 3. i. e. coll. Saxiana nil est nisi vox recinens Lambinianae suspicionis, Combium novi negligentem mtorum suorum collatorem, Oberlino autem humani quid accidisse suspicor. Ex nostris mss. solus Gothanus illi scripturae suffragari videtur. Varietatem autem trutina examinanti nisi inter scr. *correctus* et *correptus* optio non datur. Utrumque verbum ubique confundi docent Gu. Cant. N. L. 4, 12. ad Epist. 2, 1, 129. Lamb. et Fe. ad Sat. 2, 3, 257. Cort. ad Sall. Jug. 94, 7. et ad Lucan. 8, 86. Bünem. ad Lactant. Inst. 1, 4, 4. Burm. ad Suet. Claud. 31. 41. Domit. 2. Drak. ad Liv. 5, 28, 8. Ac ne quid dissimulem, observari velim, nostros mss. nomen *Bestius* modo verbo antecedenti, modo sequenti adjungere, quod et in multis edd., quas non nominavi, ut Paris. 752. *urendos*, *corrector Best. id.* factum esse semel indico. Antiquam autem lectionem utpote loci sententiae maxime accommodatam, quam Düntzer quoque comprobat, contra optimorum interpp. auctoritatem reducendam arbitratus sum. Commentarii, qui infra sunt, eam in clariore ponent luce, ita ut nihil agant qui vel Bentlejo ut Weichertus (Reliq. poet. lat. p. 420.) et O. Jahnius ad Pers. p. 220., vel Feae ut Plum. ad Pers. p. 519. astipulantur. Sententiam hanc proposui in „Zeitschrift f. d. Alterthmsw.“ 1843. N. 131. p. 1046.

V. 38. *Si quid erat.* Mss. aliq. Torr. Edd. Bentl. (qui def.) Cun. San. Traj. ad Rhen. 713. Merv. Franc. Bask. Dorigh. Sivry. Haberf. Daru., probat Jani. p. 212. Contra Bentlejum disputant Schmid. et Orell.; similis autem pronominis *quisquis* ratio est Od. 3, 24, 25., ubi Bentlejus pariter mutavit. Caput autem rei est, ut hic *Quicquid* verbis *nil Aut paulum abstulerat* opponatur. Conf. Zumpt. ad Cic. Offic. 3, 13, 11. — *nanctus.* Ms. Pulm. 1. Orell. E. (contra disputat Orell.) — *praedae nact. major.* Ms. Guelf. 2. Ed. Cuning. de conjectura. — *ubi omnem.* Ms. Mon. g. De insolita sede particulae *ubi* ut Sat. 2, 6, 102. conf. Huschk. ad Tib. 2, 4, 17. — V. 39. *Verteret.* Ms. Fe. 3, f. Orell. E. Mon. b. e. — *ac cinerem.* Edd. San. Dorigh. — *Non hercule.* De hac brevi syllaba ultima cf. Lindem. ad Plaut. Trin. 3, 1, 17. Conr. Schneider. „Formenl.“ p. 44. Ramsh. Gr. lat. §. 29, 1.

V. 40. *comedant bona.* Ms. Comb. D. Mon. l. (*comod.*) *comedunt bene.* Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argentor. 515. Asc. 519. (in commentar. *bona*) Bas. 531. Gymnic. 541. Vascos.; verum vidit praeter

Nil melius turdo, nil volva pulchrius ampla.“
Nimirum hic ego sum; nam tuta et parvula laudo,
Quum res deficiunt, satis inter vilia fortis;
Verum ubi quid melius contingit et unctius, idem
Vos sapere et solos ajo bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

edd. veterrim. teste Glareano Erasmus; tuentur *bona* Petr. Victorius quoque (Var. Lectt. 4, 6.), Muretus (Opp. II. p. 964), Turnebus (Adv. 26, 20.), Barth. (Adv. 37, 22), alii. — V. 41. *Nil turdo melius.* Ms. Fe. 5, e. — *volva.* Ita mss. Cruq. 1, a — d. Pulm. 1. duo ap. Cort. ad Lucan. 3, 158. Orell. E. Lips. 1. Edd. Cruq. Bentl. Orell., recte; cf. Kirchn. ad Sat. p. LXXXVI. Wagn. Orthogr. Vergil. p. 445 sq. *volva* (*vulv.*) *nil.* Edd. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Sivry. Dorigh., probat Cort. l. l. — *dulcius.* Mss. Fe. 1, z. 7, b. Hunc versum in codice Rudolst. manus 2. expunxit.

V. 42. *Nil mirum.* Ms. Mon. c. — *hic ego.* Edd. Tan. Fab. Dac. (similiter peccatur 6, 40.) — *tutus parvula.* Ms. Bersm. un. Dess. 3. Edd. Sanad. Dorigh. *tutus nam parv.* Edd. Cun. Merv. Franc. Bask. Sivry. — V. 43. *res desistunt.* Ms. Vict. b. — *intra.* Berol. 2. Versum hunc et seq. ms. Gothanus post v. 38. posuit, omisit Lips. 2., in Lips. 3. versus ita sunt ordinati: 43. 44. 39. 40. 41. 42., sed verus versuum ordo eadem, ut videtur, manu notis signatus est. In Jaeckii 6. quoque versus quat. ultimi ante quat. priores positi reperiuntur. — V. 44. *contigit.* Ms. Guelf. 2. Lips. 3. contra metrum. *contingit melius quid.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. — *ajo* pro *idem* Mon. e. — V. 45. *Quos sap.* Ms. Mon. l. — *animo bene.* Mss. Berol. 2. Mon. f. l. Rudolst. Edd. Ven. 479. 83. 86. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Junt. 514. 19. Britann. 520. Thann. al. [*avo.* Mentel. *alio.* Lips. 2.] — V. 46. *Aspicitur.* — *vallis.* Mendose cod. Mentel., e qua vitiosa scr. librarii in duob. mss. Paris. ap. Hauth. ad Pers. I. p. 6. (Lips. MDCCCXXXIII) glossema finxerunt: „*munitionibus.*“ Post hunc versum posuit Praedicovius, vir miri ingenii: *Scribere Te nobis, Tibi nos accredere, par est.*

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAM QUINTAM DECIMAM.

Haec Epistola in numero familiarium quasi posita et ponenda tota redundat hilaritate et joco. Horatius enim quum Baias ire, quarum balneis uti solitus erat, per *Antonium Musam*, medicum tum gratiosissimum et acerrimum aquarum frigidarum suasorem, jam non liceret, per hiemem loca maritima Veliam vel Salernum ire constituit, ob eamque causam Numonium Valam in alterutra illarum urbium aut tum commorantem aut in illo tractu villam possidentem de natura illius regionis percontatur. Itaque eum non sine quadam festiva dissimulatione interrogat, quae hiberno tempore illius regionis conditio, quod ibi hominum genus sit, quae via eo ducat, illaene urbes rerum ad vitae commoditates necessariarum copia gaudeant, utra earum plus frumenti habeat, qualis ibi aqua reperiatur, vina enim illius orae se non curare, uter tractus plures leporer, apros, pisces alat. Haec et talia Horatius non tam sanitatis quam voluptatis causa cognoscere avet, ut laute vivere et pinguis inde domum redire possit. Ideo hominum voluptariorum, imprimis Maenii, se exemplum sequi profitetur. Ut ille in rerum abundantia cutem curaverit, in penuria duriter vixerit, sic se quoque domi paucis contentum esse posse, at ubi foris bonarum rerum copia sibi affluxerit, earum se minime recusare usum ac potius beatos praedicare eos affirmat, quibus per opulentiam deliciis illis semper frui datum sit.

Haec Epistolae summa. Quae quidem tanto animi ridentis candore proposita est, ut nullam fere sentias oblique tangentem ironiam. Quapropter haud scio an ii in magnas se plagas induant, qui ut *Bersmannus* Poetam oblique in homines luxu perditos et opulentiorum mensas sectantes invehi aut uti *Rappoltus* eum in persona sua idem quod in Tigellio quondam reprehenderit vitium, inaequalitatem et vitae inconstantiam, aut ut alii generatim aequalium voluptatibus deditorum mores et sentiendi rationem perstringere opinantur. Sunt quoque, qui magis rem ipsam tangant. Sic, ut ait *Lambinus*, Horatius ab Antonio Musa edoctus est, Bajas minime necessarias esse nec ad valetudinem utiles, quare Poetam Veliam et Salernum proficisci ibique hiemare apud se constituisse. Rem artius premit *Cruquius* et Acronem ad v. 2. et suum imprimis Scholiastam tum hic, tum ad Sat. 1, 5, 30. secutus, quum Horatium ex acrioris pituitae defluxu in oculos vehementer affectum et, ut lavacris calidis illi malo mederetur, Bajas proficisci solitum dicit. At quum Antonius Musa ad defluxionem retundendam abluitiones frigidas utiliores esse declarasset eique suasisset, Clusinos fontes aut Gabios adire, quos expertus fortassis Horatius dolorem non mitigare aut etiam, quod maritimis magis gavisus esset, illum *Vaalae* (sic) scripsisse, ut ejus literis imprimis aëris Velini et Salernini temperiem cognosceret. *Cruquio* *) fere assentiuntur *Despresius*, *Dacerius*, *Wielandius* aliique complures, ita ut Poetam post lavationes Clusii vel Gabiis praescriptas ad absolvendam curationem vel Veliam vel Salernum ire jussum esse aut tacite sumant, aut ipsis verbis dicant. At utrumque pro comperto non habeo, i. e. Horatii lippitudinem et usum frigidarum Clusinarum vel Gabinarum. Primum Horatius hac quidem aetate bona valetudine (Epist. 1, 7, 4. coll. 8, 3.) non utebatur, quapropter solam lippitudinem intelligi non opus est; deinde in alterutro istorum oppidorum Horatium etiamtum media hieme commoratum esse nemo **), qui illa oppida v. 9. exempli tantum causa

*) De sententia *Ge. Fabricii* Horatius dicit, se non tam audire medicum, quam imitari Maenium, de *Chabotii* mente Epistola ad gratulandum Antonio Musae scripta est.

**) In eadem sententia sunt *Teuffelius* in „Horaz." 1843. p. 13., *Walckenaerius* II. p. 16. „Celui-ci (Ant. Musa) commença d'abord par lui faire prendre, au milieu de l'hiver, des douches d'eau froide aux sources minérales de *Clusium* (Chiusi), en Etrurie, et de *Gabii* de la Sabine, où est Torri moderne [Pierluigi Galetti Romano, *Gabio antica citta di Sabina*

allata existimaverit, vere sibi persuadebit. Mecum sentiunt *Orellius, Düntzer, Dillenburger.* Res ita comparata videtur fuisse. Horatius quum valetudinis causa per hiemem 731 — 732 (quo anni tempore aut verno homines Bajas lavatum ire solitos esse recte observavit *Heynius* ad Tib. 3, 5, 2. coll. Diss. p. 361) Bajanis balneis ut prioribus annis uti voluisset, calidarum usum dissuasit Ant. Musa, frigidas ei utiliores fore ratus. Poeta vel miti coelo orae maritimae usurus vel patriam terram hac data occasione visurus quum dubius etiamtum haereret, utrum locum — Veliam an Salernum — eligeret, has literas ad Valam, amicum illius regionis gnarum, ut ejus consilio uteretur, dedit facetiarum plenissimas. Perturbatus autem duabus prolixis verborum interclusionibus rerum ordo est et negligentia sermonis tam libera tamque singularis, ut eam exemplo Luciliano quaesitam credas. Quae quidem res ita offendit complures interpretes, *Dacerium*, *Sanadonum*, *Dorighellonem*, alios, ut priorem Epistolae partem nota censoria dignam haberent, posteriorem lectu jucundissimam dicerent. Quicquid est, perplexa illa constructio *) sive studio arcessita, sive a liberrima ingenii hilaris agi-

---

Roma, 1757. p. 31.]. Il lui défendit les eaux de Baies" etc. et *Weber* in libro nunquam non laudando „*Qu. Hor. Fl.* als Mensch und Dichter" p. 302.: „Nehmen wir an, Horaz hätte die Kaltwasserkur, die er dort feiert, während des Sommers 731 zu Gabii begonnen, und weil es ihm an diesem Orte nicht gemüthlich war, zu Praeneste fortgesetzt (und eine Andeutung, dass er zu den stehenden Badegästen dieser Gegenden gehörte, liegt entschieden in 15, 7 fgg.): so konnte er sich auf den Winter nach Bajae begeben haben, um sich für die bisherigen Kasteiungen zu entschädigen" etc. Ad lippitudinem quoque versum 4. et 16. refert *Hieronym. Magius* (Misc. 1, 11. in Grut. Lamp. crit. II. p. 1290). De Horatii universa valetudine bene disseruit *Weberus* idem in „Archiv f. Phil. u. Paedag." 1843. IX, 2. p. 296., conf. *Walcken.* II. p. 150.

*) *Sanadoni* judicium: „On trouve dans la première partie un embarras de stile et de construction, qui est absolument inexcusable" etc. ita immutat *Dorighello*, qui illum fere ut antesignanum sequitur, ut dicat: „quanquam fortasse dedita opera imitari voluit Lucilii stilum (quod alibi fecit) et Vaalae, et iccirco eum tacite objurgare, dum obscurae illi et indigestae primae parti alteram salse et callide opponit facilem et venustam, qua indicet stili sui naturam" etc. *Wielandius* autem ab hoc loco *negligentiam* illam *diligentem* abjudicat: „Es scheint vielmehr die von aller Kunst und Absicht entblöste Nachlässigkeit des *Witzes* und der *Laune* zu seyn, wo man anfängt, ohne zu wissen, wie man aufhören wird" etc.

tatione profecta videtur, ut eam tersissimo Poetae vitio vertendam esse nunquam tibi persuadeas.

Numonius Vala idemne sit, qui a. u. 763. legatus Varii fuerit, dubitavit *Jac. Gronovius*, dubitarunt alii, ut *Burmannus* ad Vell. Paterc. 2, 119. (II. p. 1198. ed. Ruhnk.), hac imprimis causa permoti, quod temporum ratio illum legatum ut juniorem evincat. Rem in medio relinquit *Schmidius*, unum eundemque hominem fuisse praeter alios opinantur *Daru*, *Charpentier*, *Walckenaer* (II. p. 17.). At quis est, qui Valam triginta certe annis post hanc Epistolam scriptam stipendia demum meruisse sibi persuadeat? Qui in veteri denario Fulvii Ursini et Clementis Tevenini (ap. Lamb. et Cruq.) *C. Numonius Vaala* nominatur, vel noster videtur esse vel antiquior et hujus gentis auctor. Aurei autem numismatis a Joanne Blanchio, Ariminensi medico, Clementi XIV. pontifici dono dati mentionem injicit *Dorighello*, qui illud numisma ex altera parte Victoriam alatam, ex altera parte militem armatum arcem contra hostium impetum defendentem habere testatur.*) Recte *Eckhelius* (V. p. 263), qui et ipse duos nummos eadem inscriptione describit, scripturam *Vaala* pro archaismo, ut *Sulla Feelix*, habet. Conf. Rasch. Lex. rei num. III. 1. p. 1620. Huc accedit inscriptio ap. Orell. 4931. *C. Numonius Vala* in Nubia reperta et vel Augusto imperante p. Chr. nat. 2. vel Domitiano p. Chr. nat. 87. scripta.**) Praeterea *Lambinus* inscriptionem ad *C. Numonium Valam* in omnibus fere codd. mss. et in Italia et in Gallia repertis se vidisse luculentissimus testis est. Idem de cognomine quidem *Valae* de suis testatur *Torrentius*. *L.* quoque *Durius Vala* medicus a Plinio in Hist. Nat. 7, 53. (*Valla* in ed. Bas. 1525.) memoratur, quo in loco, quoniam libri mss. *Tuctium* habent, *Torrentius* Tucius legendum censet. Idem de origine et nominis et cognominis erudite disputat, quocum cf. Voss. et Kritz. ad Vell. Paterc. l. l. et Visconti „Iconogr. Rom.“ I. p. 64 sq. §. 8. (Milan. 1818.) Ex his ipsis

---

*) Cognomen igitur a re militari eodem modo duxit, quo *Pontium Pilatum* suum accepisse opinantur.

**) Eandem inscr. utpote *Philis* repertam explicavit, ut nunc video, *Letronne* in „Journal des Savants. Année 1843. Juin“ p. 320 sqq., sed quae viri illius doctissimi de hoc homine sententia sit, me hodie praeterit. Si haec inscriptio revera in priorem illum annum referenda est, in ea *Numonium* Horatianum mihi videor videre.

satis apparet, quam sit falsa *Cruquii* ratio, qua ex Lauredani numismate Huberto Goltzio auctore puncto minutissimo inter *Cn.* et *Umon.* posito legendum ait *Ad Gn. Umonium Vaalam.*

Epistola eodem tempore, i. e. a. u. c. 731. quo septima scripta videtur esse. Neque incommode *Massonus* (Vit. Hor. p. 232.) verba v. 10. (Epist. 7.): *Quodsi bruma nives Albanis illinet agris Ad mare descendet vates tuus*, ad iter Salernum vel Veliam faciendum retulit; cf. annot. ad I, 7. p. 355. In hoc anno consentiunt praeter interpretes recentiores *Kirchner* quoque in tabula chronol., *Walchenaer* (II. p. 14 sqq.) et *Weber* (l. l. p. 302.), nisi quod ille praecuntibus *Dacerio**) et *Sanadono* Epistolam prius quam septimam, i. e. ut hi quidem ipsis verbis dicunt ante sanationem Augusti et obitum Marcelli, scriptam putat. At quum *Dacerius* et *Sanadonus* Horatium post Marcelli eadem ratione ab Antonio Musa curati mortem aegre istius medici consiliis obtemperaturum fuisse aiunt, jure mea quidem sententia haec ratio *Massono* parum probabilis visa est. Etenim et Augusti frigidis lavacris et potionibus Augusto mense ejusdem anni sanitati restituti et aliorum, qui Bajis relictis ad alia loca se contulissent, exemplum Horatio, si quid dubitaret, animum facere potuit, ne dicamus, Marcellus frigidis an alia ratione perierit, incertum esse.**) Vid. Dion. Cass. 53, 33. Drumann. IV. p. 243. et conf. Frank. Fast. Hor. p. 68. Orell. ad Od. 1, 12, 46. *Grotefendus* ex temporum ratione a se constituta Epistolam vel extremo anno 735. vel 736. adscripsisse videtur. Quodsi *Düntzer* de anno 731. dubitat, ejus dubitationem iis, quae supra diximus, nobis sustulisse***) videmur.

---

*) Perperam *Dacerius* Marcelli obitum ad annum 729. u. c. sive 730. Varr., cujus nos utimur calculis, refert.

**) Quod Propertius 3, 17, 15. 16. (ed. Pald.; 4, 17, 15. 16. ed. Jacob.; 3, 16, 15. 16. ed. Burm.) Marcellum Bajis mortuum dicit, dubitat *Bianconius* (Lettere sopra Celso p. 59.), num ille frigidis Musae lavationibus interierit; at huic dubitationi adversatur luculentissimum Dionis (53, 30.) testimonium. Et potuit sane Marcellus aut ipsis Bajis subinde frigidis perfusionibus uti aut, ut observat *Paldamus* (Progr. de *Cornelio Celso* p. 9.), in hunc locum aeger ductus esse, quum antea auctore Musa inter eos fuisset, *Qui caput et stomachum supponere fontibus auderent Clusinis Gabiosque peterent.* De Propertii in hac re non spernendo testimonio cf. *Hertzberg.* ad Prop. I. p. 30.

***) Ille p. 235 sic: „Der Brief muss kurz vor dem Winter geschrieben sein, schwerlich 731, wo Marcellus nach derselben Cur verschied. Wir

V. 1—25. *Quae sit hiems — par est.* Percontatio de regiönis et urbium *Veliae* ac *Salerni* conditione. De longo hyperbato conferunt Virg. Aen. 1, 112 sqq. 2, 348 sqq. 12, 161 sqq. Plin. Epist. 8, 7. adde Wolf. et Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 8, 16. 17, 36. Doering. ad Sat. 1, 7, 10. Orell. ad Od. 3, 11, 19. At exempla illa et alius generis sunt et hic locus habet, unde explicetur. — V. 1. *Veliae*, urbis Lucaniae (quae eadem *Helia* et *Elea*, ἡ Ἐλέα vel ἡ Τέλη vocata est) inter Paestum et Palinurum promontorium sitae ac per Eleaticos philosophos celebratae, hodie Castell-a-mare della Brucca, aliis Alento. Conf. *Cramer's* Ancient Italy. II. p. 272. ap. Walcken. II. p. 16. et *Münter:* „Velia in Lucanien." Alton. 1818. *Rasch.* Lexic. rei num. V. 2. p. 796—814. Locus erat saluber atque amoenus; ejus incolae Eleates, Velienses et Velini propter agrum non ita fertilem piscibus capiendis et sale indurandis imprimis operam navabant. Horatius hujus rei sine dubio haud nescius haec et talia per simulationem quandam videtur percontatus esse. Herod. 1, 167. Strab. 6, 1. p. 2. (Tchnz.) Plin. H. N. 3, 5. 7. Mel. 2, 4, 86. A. Gell. 10, 6. Cic. Epist. ad Div. 7, 20. coll. Forbig. ad Virg. Aen. 6, 366. Markl. ad Stat. Silv. 5, 3, 126. Orell. Inscr. 137. 3802. Onomast. Tull. II. p. 637. et Eckhel. D. N. I. 1. p. 157. — *Salerni*, insignis in agro Picentino oppidi ad mare siti et postero tempore schola Salernitana incluti (Graeci τὸ Σάλερνον Strab. 5, 4. p. 407. Ptolem. 3, 1.), hodie Salerno. Plin. H. N. 3, 5. 13, 3. Liv. 32, 29. 34, 45. Vell. Paterc. 1, 14. Val. Max. 6, 8, 5. Cic. Her. 4, 51, 64. coll. *Ant. Mazza:* Urbis Salernitanae hist. et antiquit. Neap. 1681., *Ventimiglia:* Mem. del Principato di Salerno. Nap. 1788., Comitis de *Stolberg* „Reise" etc. III. p. 148., *Kephalid.* „Reise" etc. II. p. 148. et *J. Baumann.*

---

möchten lieber eine spätere Zeit, das Jahr 734, annehmen, zu welcher Zeit das Vertrauen auf die Curart des *Antonius Musa* noch keinesweges geschwunden war." Diu sane stetit frigidae suus honor, qui quanquam interdum evanescere videbatur, subinde recentes nactus est auctores, qui uti Charmis ille (Plin. H. N. 29, 1.) frigida, etiam hibernis algoribus lavari persuadebant aegrosque in lacus mergebant. Conf. Senec. Epist. 53. 83. Plin. Epist. 3, 5, 11. Gesn. Chrestom. Plin. p. 9. et de re universa *Octav. Ferrarii* Diss. de Balneis. Helmst. 1720. p. 23., *Jo. Zach. Platneri* Opusc. II. (Lips. 1749) p. 119 sqq. Prolus. XV. *de Aqua font. salubriori* etc., *Oertelii* Diss. philol.-medic. *de Aquae frigidae usu Celsiano.* Monach. 1826. et *Fr. Lindemann: Pauca de usu Aquae frigidae* etc. Progr. schol. Zittav. 1838.

in „Morgenblatt“ 1831. p. 353. — V. 2. *qualis via*, i. e. „salebrosane an aspera, an aequa et plana.“ Piscat.

V. 3. *mihi Bajas Musa supervacuas* etc. Sententia: „Antonius Musa ab aquis calidis et sudatoriis Bajanis utpote mihi inutilibus*) me dehortatur. Qua quidem re me Bajanis quamvis immeritum (Quintil. Inst. 3, 7, 19.) facit invisum. Neque sine causa illi queruntur, contemni jam ac relinqui balnea sua, propterea quod ex illius medici praecepto aegroti aquas gelidas quaerant et coelum frigidius petant.“ Quod autem addit *per medium frigus* est, ut invidiam illam quasi repellat, quum et ipse eo anni tempore, quo aegroti balneis corpus demulcentibus uti consueverint (v. supra), gelida horrorem ciente perluendus sit. *Perluor* igitur de re, quae certo futura est; quapropter cum aliis cave intelligas praesentem frigidarum, ut *Gabinarum*, qui hic nullus est, usum. Num in his verbis, quod quidem suspicatur *Paldamus* (l. l. p. 9.), lenis insit irrisio furoris, quo Romani Antoniana medendi ratione usi sint, equidem dubitaverim. At dici vix potest, quam non in hoc loco sibi constent interpretes, ut *Lambinus*, *Cruquius*, *Dacerius*, *Haberfeldus*, quos refellere taedet. Recte *Sanadonus*: „in eo sum, ut perluar.“ Memoratu autem digna est Scholiastae Cruquii annotatio: „Antonius Musa aegritudine Augusti artem suam illustravit; nam quum dolore arthritico laboraret et ad summam maciem perductus esset, curante**)

---

*) Mire *Bothius* post v. *supervacuas* ex v. 25. intelligi jubet *scribit*, quum verbum proximum *facit* illam ellipsin supervacuam reddat, nisi cum *Düntzero* dicere mavis, illam ellipsin ex more praeceptorum medicorum repetendam videri. Idem explicat v. 5. *sane*, quod Schol. Cruq. pro „*valde* habet, ut Sall. *belli sane sciens*“: „Wirklich, im Ernste,“ quod non improbandum videtur.

**) Pro *Amilio* recte scripsisse videntur *Schmidius* et *Walckenaer*. *Aemilio*, nisi quis ex Plinio (19, 8. *Divus certe Augustus lactuca conservatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, quum prioris Camelii religio nimia eam negaret*) legi mavult: *Camelio*. Is enim erat Antonii Musae antecessor, non *Artorius*, quem Augusti medicum et in proelio Philippensi comitem (Plutarch. Brut. 41. Vell. Paterc. 2, 70. Val. Max. 1, 7, 1. 2. Lactant. Inst. 2, 7, 22. Tertull. de Anim. 46., eandem rem nomine sublato tradunt Suet. Octav. 91. Flor. 4, 7. Appian, B. C. 4, 110.) Plinio intrudere vult *Drumannus* IV. p. 287. At errare censendus est Vir summus. Artorium enim post Actiacam pugnam naufragio perisse testantur *Eusebius* in Chronic. (ed. Scal. Thes. temp. p. 154.) et *Patini* Commentarius in antiquum cenotaphium M. Artorii, medici Augusti Patav. 1689., typis repetitus in Polen. Thes. II. p. 1133 sqq. coll. Act. Erudit. 1690. p. 361. Si

Amilio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculis ejus velleribus muniret, hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarismis, Cicernisae aquae, quae est Atellae in domo Caesaris, et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret; ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties ex senatusconsulto accepit. Hic autem Musa Horatio jussit, ut lavacro frigido uteretur propter oculorum dolorem." Augustum frigida curatum testantur Suet. Aug. 81. coll. 59. Plin. H. N. 29, 1. coll. 19, 8. 25, 7. Dio Cass. 53, 30 sq. et e nostratibus *Rose* in Diss. de Augusto contraria medicina curato. Halae 1770. coll. *Sprengelii* „Geschichte der Arzneikunde" II. p. 32 sqq. et quae affert de *Antonio Musa* testimonia *Schillingius* in Quaest. de Cornel. Celsi vita. Lips. 1824. p. 51 sqq. coll. Burm. ad Anthol. lat. I. p. 303. *Heyn.* ad Virg. Catal. XIII. *Pauly* „Realencyclop." I. p. 573. et quem de Musae reliquiis collectis laudat Orellius *Fl. Caldani.* Bassani 1800. 8. Ad verba v. 2. *mihi Bajae* neglexisse videntur interpretes hos locos: Joseph. Antiq. J. 18, 7, 2. (Oberth.) λουτρά τε παρέχεται τὸ χωρίον θερμὰ γῆθεν ἀνύοντα, ἀγαθὰ ἐπί τε ἰάσει τοῖς χρωμένοις καὶ ἄλλως τῷ ἀνειμένῳ τῆς διαίτης συμφέροντα. Sidon. Apollin. Epist. 5, 4. *Caienses* [Cajenses, Calentes?! cfr. Heyn. obss. ad Tib. 3, 5, 3.] *nunc te Bajae et scabris cavernatim ructata pumicibus aqua sulphuris atque jecorosis ac phtisiscentibus languidis medicabilis piscina delectat* etc. Cassiod. Var. 9, 6. *Fornaces illis* (Bajanis) *non robora convecta succendunt, cessante flamma ibi perpetuus calor operatur: illi globi fumiferi nesciuntur, aura est purissima, quae ministrat vapores, sudores provocat dulciter anhelos, et tanto a communibus balneis salubrior invenitur, quantum ab humana industria celsior est natura* etc. De universa re fontium Bajanorum conf. Strab. 5, 2. p. 367. et 5, 4. p. 395. 97. 99. (Tchn.) Dio Cass. 48, 51.

Paldamus (p. 10) in illo Pliniano loco *Cassii* (cujus honorificentissimum testimonium vide ap. Celsum in praef. p. 18.) legendum censet, equidem in alterutra aut Plinii aut Scholiastae scriptura acquiescendum arbitror. Sed uter verum nomen dixerit, me fateor nescire. Plura de ea re disserui in „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1844. N. 74. p. 587 sqq. — De *Ant. Musae* „Epistola ad Agrippam de Herba Vettonica" cf. *C. E. Chr. Schneiderі* descriptio codicis vetustissimi in bibl. academ. asservati etc. Vratisl. 1839. una cum *Naumanni* Serap. 1840. N. 3. p. 45. et *Bähr.* „Gesch. der Röm. Lit." §. 332. N. 10. 11.

Flor. 1, 16. Plin. H. N. 31, 2. Solin. c. 2. Ovid. A. A. 1, 255 sqq. et de amoeno loci illius situ Wernsd. ad Poet. lat. min. V. p. 1377 sqq. Gesn. ad Plin. Epist. 9, 7, 2. Beckeri Gall. II. p. 53 sqq. Rupert. ad Tac. Ann. 14, 4. et annot. ad 1, 1, 83. p. 88.

V. 5. 6. *Sane murteta relinqui* etc. Bene *Bentlejus* cavet, ne quis aquas sulphuratas aut thermas naturales sentiat, quum sicca sudatoria instar Laconicorum intelligenda sint. Cels. 2, 17. *Siccus calor est et arenae calidae et laconici et clibani et quarundam naturalium sudationum, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, sicut super Bajas in myrtetis habemus.* Murtetorum idem meminit 3, 21. et Martialis 3, 58, 2. atque haud scio an eadem describant Vitruv. 2, 6. [*Ardores autem esse in his locis, etiam haec res potest indicare, quod in montibus Cumanorum et Bajanis sunt loca sudationibus excavata, in quibus vapor fervidus ab imo nascens ignis vehementia perforat eam terram, per eamque manando in his locis oritur, et ita sudationum egregias efficit utilitates*] et Seneca [Epist. 51. *Quid mihi cum istis calentibus stagnis: quid cum sudatoriis, in quae siccus vapor corpora exhausturus includitur?*]. Conf. Wernsd. ad Poet. lat. min. VI. p. 563. Koeler ad Senec. Qu. Nat. 3, 24. p. 489. et locos paulo ante v. 3. 4. laudatos.*) — V. 6. 7. *Sulphura* intelligunt aut thermas ipsas, quarum sulphure incalescunt aquae, aut sulphureos illos vapores, qui quum e terra effluunt hominibus aedificio inclusis sudorem excitant. Hoc praestat, et praeter alia vocabulo *que* adjecto indicatur. *Sulphura* autem *cessantem nervis morbum elidere dicta***) (in quo verbo qui ironiam sentiunt aut *Doctaque* legi malunt, ve-

*) De iis, quae hodie illic sunt cf. Comitis *de Stolberg* „Reise" III. p. 21., *Zellii* „Ferienschriften" I. p. 151. et *Sickler.* „Handbuch der alt. Geogr." I. p. 394. Mire Schol. Cruq. „*murteta*," ait, „quasi mortueta quibusdam dicuntur, quod illinc animae quoque mortuorum inferos petant" etc. Hoc dicit Acro, sed de Porphyrionis sententia „*myrteta* vulgo myrtarias dicunt." Recte *Torrentius:* „Spectat hoc autem ad amoenitatem, ut ad sanitatem id quod sequitur. Utroque autem nomine in pretio olim Bajae: et nunc quoque illae myrtis abundant. Sed et Plinius primo Circejis in Elpenoris tumulo visam myrtum tradit."

**) Minus accurate *Bauer* ad Sanct. Min. I. p. 132. *Dictaque* interpretatur *quae dicuntur*, ut *vir laudatus*, qui et nunc laudetur. Praesenti *Orellius* quoque adhaeret et Scholiasta Cruq. explicat: „quae putantur." At Horatius recte significat: „quae ante Antonium Mus. salubria, utilia uno ore dicta sunt, nunc non item."

reor ne nodum in scirpo quaerant) non per se indicant podagram, quam quidem sentit *Dacerius*, sed omnem morbum ex pituitoso humore contractum, chronicum, qui ut arthritis difficulter tollitur. Perperam alii *morb. cessant.* ab effectu, quia tardet et cessare cogat, dici opinantur. Hinc *Torrentius* arthritidem intelligit nervis incubantem, quae homines illa affectos desidiosos ac cessatores faciat?! De verbo *elidendi* Orellius comparat Cels. 2, 15. *Gestatio utilis iis, quibus lentae morborum reliquiae remanent neque aliter eliduntur.* Verbum seq. *ingemiscit*, quod mire interpretatur *Cruquius**), pluribus illustrat *Marklandus* ad Stat. Silv. 2, 5, 13.

V. 8. 9. *invidus aegris, Qui caput — et frigida rura.* In hoc loco recte constituendo observanda sunt tria. Primum significantur, id quod bene observarunt *Lambinus* et *Piscator*, frigidae illae perfusiones sive stillicidia, quibus partes corporis affectae, ut caput et stomachus, ita supponuntur, ut perfundantur et quasi rigentur. Cels. 4, 5. de stomachi resolutione: *hinc perfundi frigida, atque in eadem natare, canalibus ejusdem subjicere etiam stomachum ipsum, — — consistere in frigidis medicatisque fontibus, — — salutare est.* Id. 1, 9. *Aqua vero frigida infusa, praeterquam capiti, etiam stomacho prodest.* Conf. 1, 4. 5. Eandem rem tangit Strabo 5, 3. (p. 386. Tchn.) *Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ ὁ Ἀνίων δίεξεισι, καὶ τὰ Ἀλβούλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά.* Alii *caput* ad lavationes, *stomachum* ad potiones referunt. Deinde verbum *audendi* **) non indicat *Cruquio* auctore aegrorum incertam de virium

---

*) „*vid. gem. πρωσοπογραφικῶς.* An non ludit Musam et ipsam quoque multitudinem imperitam, quae unius Augusti frigida sanati gratia credit, eam quibusvis morbis propulsandis idoneam, auctore quoque Musa, qui quasi ex eodem lebete *φάρμακον* hauriat quibusvis corporis malis infirmitatibusque curandis aptum, non prius ratione habita pituitane sit, an bilis aegritudinis fomes et origo prima? Nam si contrariorum sint effecta contraria, quis infitiabitur ex defluxu frigido natam in nervis, seu verius articulorum ligaminibus inflammationem balneis calidis aquisque sulfuratis seu Baianis esse tollendam?"

**) Similem hujus verbi significationem enodavimus 2, 40. p. 167. Inde judicabis de interpretatione *Vossii*: „Welcher das Haupt und die Brust *tollkühn* — Unterstellt;" *Passovii:* „Welcher das Haupt und den Magen (?) *bedachtlos* unter die Quellen Clusiums stellt;" *Merkelii:* „die *kook* darbieten Clusinischen Quellen Magen und Haupt." De *stomacho* pro exteriore parte et ipso ventre posito cf. Barth. Adv. 6, 17.

suarum reparatione (?!) conditionem, neque vim prope intolerabilem perfusione illa partibus corporis male affectis illatam, sed eorum notat agendi rationem, qui novae medendi rationi obtemperantes Bajanis thermis famae celebritate quamvis insignibus frigidas anteponere non dubitant. Tum exempli causa duo jam ponuntur loca illis lavationibus celebrata indeque ab aegris cum invidia Bajanorum petita, *Clusium* et *Gabii*, ut, qui in uno aut altero oppido Horatium ipsum tum fuisse ajunt, errore capti videantur. Si fides *Acronis* scholio habenda est: „Clusinae et Gabinae aquae frigidae sunt," cadit *Torrentii* calidum de balneis Caeretanis Straboni (5, 2. p. 356.) bene notis commentum, quo illa *fontes Clusinos* ob urbis propinquitatem appellari potuisse sibi persuadet. Etenim *Clusinae* quidem aquae, quod ipse *Torrentius* concedit, medicatae fuisse non videntur. Conf. Heyn. ad Tib. 3, 5, 1. et Becker. Gall. II. p. 57. Quapropter quum *Fea* „aquas sulphureas esse hodieque exstare" dicit, dubii haeremus, num utrumque locum significarit. Et ut significarit, probabilem dicemus *Lindemanni* (p. 4.) suspicionem, qua Horatium balnea Cassiana, quae hodie (bagni di St. Cassiano) in vicinia urbis *Chiusi* sint, intellexisse arbitratur. *Clusium* autem, Etruriae oppidum, quod spatio tridui a Roma distabat, Porsennae olim regiam ejusque labyrintho et sepulcro inclutam fuisse ex Varrone narrat Plinius (H. N. 36, 13.). Cf. ibid. 3, 5. Gesn. Chrestom. p. 374. et 1004. Strab. 5, 2. p. 366. Heins. ad Sil. Ital. 8, 463. Rupert. ad Liv. 2, 9, 1. Forbig. ad Virg. Aen. 10, 167. Goël Ross. in Giornal. Arcad. 1819. laudatus a Sickl. I. p. 317. — De *Gabiis*, oppidulo ad viam Praenestinam sito et ab Urbe XII. M. P. distante vid. quos laudavimus ad 11, 7. Meritoria quidem balnea testatur Juven. 7, 3. *Balneum Gabiis, Romae conducere furnum.* *) *Aquae Gabiae* [lege Gabinae] mentionem facit Porphyrion ad 11, 7.; cf. Forbig. ad Virg. Aen. 7, 682. et Strab. l. supra allato. De musivo quodam cellae vel frigidariae vel tepidariae nostra aetate illic reperto vid. „Allgem. Lit. Zeit. Intelligbl." N. 30. p. 249. Hal. 1837. et de lacu Gabino, ad quem balnea constituta

*) Hic locus in memoriam nobis revocat 11, 13. *furnos et balnea laudat* i. e. pauperum frigore correptorum morem ad pistorum furnos vel in balneis sese calefaciendi. Eum apprime illustrat Alciphr. 3, 42, 16. *καταλήψομαι τὰς ἐγγύθεν καμίνους καὶ τῷ πυρὶ ὁ δύστηνος θάλψομαι.* Conf. 1, 23, 13. *δραμεῖν εἰς τοὺς θόλους ἢ τὰς καμίνους τῶν βαλανείων*, ad quem locum Bergler laudat Aristoph. Plut. 953. et Schol. ad 535. Eustath. ad Hom. Od. p. 672. lin. 30. ed. Bas.

fuisse nonnulli sibi persuadent quique hodie exaruisse dicitur, Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw.“ 1840. p. 368. coll. Sickl. I. p. 354. et 375. Hujus oppiduli *loca* ad mitissimum Bajarum coelum fortasse propter montes vel Tusculanos vel Sabinos adjacentes *frigida* vocantur, aut verba illa per se indicant aliam quandam terram frigidiorem, ut Sabinam aeque frigidis fontibus uberrimam; Koeler ad Senec. Nat. Qu. 3, 25, 7. Prior ratio praestat.*)

V. 10. 11. *Mutandus locus est et diversoria nota Praeteragendus equus.* Jam Hor. se iter facientem fingit et ita, ut ultra Bajas, i. e. in illas urbes maritimas, v. 1, 2., pergendum sit. Sententiam tam perspicuam denuo turbant interpretes, ut *Dacerius*, qui vel Clusium vel Gabios mutatos utpote loca Poetae hiberno praesertim tempore parum commoda censuit, ut *Gesnerus* (cui *Hochederum* assentiri miror), qui equum dextrorsus ad Cumas et Bajas nitentem *laeva habena* ad *Gabios* (?) reflexum dicit, ut *Haberfeldus*, qui, quum quae hic narrantur non in ipsa via magnam jam partem emensa vidisset facta esse, eundem equum Baias tendentem Clusium sinistrorsus ab equite stomachoso deflexum vidit. *Diversoria nota* igitur *praeteragendus equus* est, i. e. „equus ultra diversoria Bajis vicina et ipsi cognita agendus,“ non, ut alii explicant: „antiqua mutanda hospitia, urgendus equus est, ut ultra ire pergat.“ Qui huic interpretationi a *Porphyrione* praemunitae, sed a *Scholiasta Cruquii***) jure derelictae patrocinantur, ii vereor ne plus ipso Horatio sapere velint. Etenim *diversoria nota* aut ipsae intelliguntur *Bajae* (Schol. Cruq. et Weber), aut eae mansiones, quae, qua Roma proficiscenti et Campaniam adeunti via Appia ad pontem Campanum in duas scinditur, in via altera dextrorsus *Cumas* et *Bajas* ducente sitae

*) A vero abest *Haberfeldi* horum verborum interpretatio: „Ausser den kalten Bädern empfahl A. M. auch eine erfrischende Diaet und den Aufenthalt in Gegenden, wo eine frische Luft war, wie die zu Gabii.“ Similem errorem erravit *Torrentius*, qui, quum non ullas Gabiis memorabiles aquas se invenisse dicit, hoc Horatium addidisse opinatus est, quia Antonius non ψυχρολουσίας tantum, sed omnia frigida, etiam victus et coeli ratione commendasset ob eamque causam aegros Clusium et Gabios ablegasset. Particulae autem *que — et* uno vel aequalitatis vel paritatis vinculo duas notiones jungunt ut Od. 2, 20, 22. 3, 2, 5. 4, 13, 4. Epist. 1, 7, 8. 58. 11, 9. 14, 27. 28. al.

**) Is *praeter* enallagen dicit „pro praeter diversoria nota, i. e. praeter Bajas.“ Contra *Porphyrion*: „σύλληψις, i. e. mutanda.“ At *praeterugere* aliquid ut *circumvolitare thyma* 3, 21. ubi vide p. 194.

sunt. In illas utpote notas tendit equus ille naturali quodam impetu et consuetudine ut videtur diuturna ductus, quapropter eum non sine hilari joco praeterageudum ac sinistrorsus flectendum dicit Poeta. Recte hoc intellexit *Orellius* cum multis aliis in ed. 2. laudatis. Sed ecce acriter contra optimum interpretem surrexit *Düntzer*, qui „den Badeort muss er ändern, ja auch die bekannten Wirthshäuser" interpretatus et parta quasi victoria elatus mire interrogat: „Wie aber kommt es denn, dass Horaz jetzt auf dem ganzen Wege bis Capua nicht einkehrt? Wer hat ihm denn eine solche Busse aufgelegt, die kein Courier aushalten würde? Wesshalb meidet er denn jetzt diese diversoria nota? Man antworte mir!" etc. Facile erit responsum, si Poetam quae per se intelligerentur lectori ut minima mansa in os ingerere noluisse tibi persuaseris. Neque enim id egit prudens Horatius, ut *diversoria* (C. Passov. N. 237.) hoc illove tempore et loco indicaret, sed ut equum notis vestigiis insistentem loquaciter quasi describeret. Sed talia fugerunt quosdam interpretes, qui hic Poetam non tam explanarunt, quam lacerarunt. Transeant cum ceteris!

V. 11—13. *Quo tendis? Non mihi Cumas Est iter aut Bajas* etc. equitis verba sunt equum dextrorsus iterum alta voce alloquentis stomachoseque frena ad sinistram flectentis, „verum," ut ait, „equus non equitis verba, sed habenas audit." Similiter Virg. Ge. 1, 514 (ib. Heyn. et Forbig.) *neque audit currus habenas.* Claud. XVII, 187. *Desidis aurigae non audit verbera currus.* Diog. Laert. 2, 79. *Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων.* Inde illud ap. Lucian. Quomodo Hist. conscr. oport. 45 (ibiq. Herm. p. 278). *πιστέον τῷ χαλινῷ.* Ad illam similitudinem Poetae animo obversatam non minus facit poetarum mos, quo ad Homeri exemplum heroas equos suos alloquentes inducunt, vid. Drak. ad Sil. Ital. 4, 266. Perperam igitur *Torrentius* et *Rappoltus* illa verba a noti diversorii vel hospite vel caupone dicta fingunt, cui iratus Bajis, quod videlicet nocentes deprehensae sint, respondeat eques: *Non — aut Bajas* — ad laevam interim equum detorquens. Sed et de vulgata horum versuum interpretatione in diversas sententias *) discedunt

*) Aliorum sententias vide, si tanti est, ap. *Düntzerum* p. 243 sq., qui ipse sic: „So spreche ich, indem ich zugleich das Pferd ziehe; dieses aber hört, vernimmt es in seinem Maule." Improbat hanc interpretationem *Orellius*, qui „de equis freno moderandis, si velimus eos nobis obedire

viri docti. At res in promptu est. Tecte indicat urbanissimus Poeta, se utpote Bajanis deliciis adsuetum et ipsum equum Bajas quam Veliam aut Salernum tendere maluisse, sed ut se medici inhibuerit consilium, ita equum retractum esse equitis frenis; quid igitur esse, quod vicus Bajanus ipsi succensere pergeret? Ceterum observa, Baias Roma proficiscentibus per Cumas iter fuisse; hinc *janua Bajarum* Juv. 3, 4 (ibiq. Rupert. et Heinr.). Justin. Mart. Cohort. ad Graecos 37 (p. 35. A). *τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν ἔν τινι Κουμᾷ οὕτω καλουμένῃ πόλει, ἔξ σημείοις διεστώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει.* Adde Gierig. ad Ovid. Met. 14, 101 sqq. et Vet. Roman. Itinerar. ed. Wesseling. p. 123.

V. 14—15. *Major utrum — par est.* Jam percontatur de frumenti annona aliisque rebus ad vivendum necessariis, neque tamen amore quodam parsimoniae ductus, sed ut, quo loco magis ingenio indulgere possit, certior fiat. In verbo *populus* v. 14. lyricam hyperbolen, ut *Hochedero* *) visum est, sentire noli; frequentissime enim, ut observat *Orellius*, verbum illud de municipiorum incolis in Inscr. ut 113. 124. 126. 3847. usurpatur. — V. 15. *Collectosne bibant — Jugis aquae. J. Merkel:* „Trinkt man sprudelnde Quellen mit nimmer versiegendem Wasser? Oder gesammelten Regen?“ *Scheller:* „Ob den gesammelten Regen sie trinken, ob laufende Brunnen Nimmer versiegend?“ Quum Poeta de qualitate aquae (quod nemini, qui quae in Satiris 1, 5, 28. dicuntur reputa-

---

viamque nobis placitam inire“ recte cogitat. Nihil autem agunt qui pro *equi equis* scribi malunt. Cf. *Schmid. Orell.* ad h. l. *Fea* ad Epist. 2, 1, 187. et *Bach.* in Zimm. Z. 1834. p. 1041. Neque audiendus est *Marcilius*, cui Hor. ludere voluisse videtur ad *aureas*, *oreas*, ap. Fest. p. 8. 310 (Lindem.). De rariore Singularis forma v. *habena*, cujus ratio hic lectori intelligenti patet, cf. Voss. Arist. I. p. 494. C. Schneid. Formenl. p. 414. Doederl. Syn. VI. p. 137. *Laeva* dicitur praegnanti quem supra posuimus sensu, alias enim illud Epitheton in tali re suam explicationem habet, de qua conf. Barth. ad Stat. Silv. 1, 1, 37. et Drak. ad Sil. It. 4, 209.

*) Dum haec scribo, mihi affertur lugubris de Viri doctissimi obitu nuntius. Quam bene *Hocheder* et *Weichertus*, quem et ipsum praematura morte ereptum doleo, de Horatio meriti sint, non opus est dicere. Plura adderem de utriusque viri mihi, dum in vivis erat, amicissimi laudibus, nisi id importunius hoc loco foret. Utrumque igitur me intimo pectore maerere profiteor. Laetabuntur de talium virorum obitu credo ii solum, qui quodam novitatis pruritu antiqua quaeque atque excelsa prementes sua extulisse volunt. Exempla — quoniam invidiosa sunt — non afferam.

verit, mirum videbitur) interrogat, ei non tam aqua cisternina et fontana, quo quaeque est discrimine, cordi fuisse videtur quam e ratione contrariorum *aqua cisternina* et *fontana rivis mobilibus* profluens, *) „fliessendes Quellwasser.“ Ita *jugis aqua* fonti incluso sive aquae puteali contraria videtur esse atque haud scio an idem significarit glossema ap. Fest. p. 77. N. 64: *juges aquas perpetuo fluentes dixerunt.* Etenim, ut ait Plinius H. N. 31, 3. *utiliores quae profluunt existimantes: cursu enim procursuque extenuari atque proficere.* Varr. R. R. 1, 11. *Primum aqua, quae ibi sit nata; secundum, quae influat perennis. Si omnino aqua non est viva, cisternae faciendae sunt.* Similiter aqua ap. Colum. R. R. 1, 5. *in pluvialem, fluentem, putealem* distinguitur, nisi quod is *coelestem*, ut Palladius R. R. 1, 17., salubritati corporum accommodatissimam et potui probatissimam habet. Ceterum *puteos perennes* ratione habita aquae pluvialis cisternis collectae sensimque exhaustae dici quis est, qui non videat? Sic Liv. 4, 30, 7. *coelestes aquae* opponuntur *perennibus amnibus.* Idem 42, 54, 11. *fontes perennium aquarum* dixit, Colum. R. R. 1, 5. *fons perennis*, Tac. Hist. 5, 12. *fons perennis aquae.* Quapropter non erat, quod *Lambinus puteis perennibus* addere *jugis aquae* supervacuum diceret, ne quid dicam de abundantia quadam sermonis veteribus scriptoribus usitatissima et a *Bentlejo* exemplis solerter illustrata, si quis forte aquam putealem, quae nunquam deficiat, sed semper scaturiat, significari mavult. **) Negari enim nequit, quod interpretes non satis observarunt, *jugem aquam* ut *perennem, liquidam* [Unger. Parad. Theb. p. 189] modo cisterninae, modo puteali opponi. Cic. N. D. 2, 13, 31. *Etiamne futurum esse terrae motum aquae jugis colore praesentiunt?* Id. 1, 50, 112. *quum vidisset haustam aquam de jugi puteo.* Sall. Jug. 89, 6. *Capsenses una modo atque ea intra oppidum, jugi aqua, cetera pluvia utebantur.* Horatius ipse Sat. 2, 6, 2. *et tecto vicinus jugis aquae fons* fontem profluen-

*) De *dulci aqua* salsae, non acidae opposita cf. Reines. V. L. 3, 4. Athenae. 2, 5. p. 42 sqq. (I. p. 160 Schwgh.) Virg. Ecl. 5, 47. Ge. 4, 61. Aen. 1, 167.

**) *Orellius* parum accurate distinxit, quum diceret: „Volo aquam fontanam, non pluviam in cisternis collectam, et quidem puteos perennes, qui semper aquam praebeant.“ Hac interpretatione tautologiam, de qua sollicitus esse non debebat, sublatam opinatur. Recte autem docet, nullum librarium verbum *jugis* minus notum notissimo *dulcis* substiturum fuisse.

tem, non putealem intellexit. Inde *) Hesiodus ap. Athenae. 2, 4. p. 41. Cas. (Opp. et D. 595) *Κρήνης ἀενάου καὶ ἀκοφόνιτου, ἣ δ'ἀθόλωτος.* M. Antonin. 8, 51. *Πῶς οὖν πηγὴν ἀένναον ἕξεις καὶ μὴ φρέαρ?* Clem. Rom. Epist. ad Corinth. 1, 20. (p. 66. ed. Hef.) *ἀένναοί τε πηγαὶ — — δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς.* Conf. Kuinoel. ad Evang. Jo. 4, 10. 14. Moser. ad Cic. de Rep. 2, 5. p. 214. Doederl. Syn. I. p. 5—8. Hildebr. ad Apul. Met. 8, 22. p. 715. Misc. Obss. VI. p. 564. et de aqua cisternina adde Tac. Hist. 5, 12. *cisternas servandis imbribus.* Senec. Epist. 86. Plin. H. N. 36, 23. Kuin. ad Ev. Matth. 12, 11. Luc. 14, 5. coll. Orell. Inscr. 3845.

V. 16. *nam vina nihil moror istius orae.* Non, uti *Lambinus* interpretatur: „non desidero," sed de vinis istis quaerere non opus habeo, ea non curo, quia, ut observat Schol. Cruq., „non placent" et Porphyrio, „non patior;" Sat. 1, 4, 13. (coll. Ried. ad Epist. 2, 1, 264. Jahn. ad Pers. 1, 111. Bach. l. l. p. 1042) neque, ut alii, „quia bona ibi me inventurum certo scio." At profecto nemo fuit scriptor, qui illius orae vina in nobilium numero posuerit; Athenaeus (1, 21. p. 27. Cas.) cum multis aliis tantummodo Ulbanum circa Cumas, Plinius (H. N. 14, 6. coll. 14, 2. 3. 23, 1.) imprimis laudat Surrentinum (Heind. ad Sat. 2, 4, 55. Gierig. ad Ovid. Met. 15, 710. et Schol. ad Pers. 3, 92.), Velinum et Salerninum neuter novit neque Columella (R. R. 3, 1—3. coll. Becker. ad Gall. II. p. 172 sqq.). Ex quo satis efficitur, quantum a vero discedant, qui (ut Wetz. Zeun. Hocked. et Lit. Zeit. Lips. 1830. p. 656) in illa ora generosum vinum fuisse pro comperto habent; ne Gesneriana quidem valebit ratio, qua Horatius se dicat novisse illa Campana, Massica, Caecuba, Falerna, quibus rure suo facile careat, at quum ad mare descenderit, jucunde utatur. Sententia potius est: „Vilia illius orae vina, qualia in agro meo Sabino frugali utens vita non fastidio ac recuso, cum melioribus et optimis, quibus animus invalescat atque hilarescat, simul Veliam aut Salernum veni, commutare in animo est." Dubito quoque, num Poeta, quod nonnulli sibi persuadent, de vinis melioribus secum apportandis cogitaverit.

V. 17. 18. *Rure meo — requiro.* Consuetudinem sermonis domestici neglexisse ii censendi sunt, qui illud *quidvis*, quod latius

*) Athenaei locus praeterisse videtur *Göttlingium*, quem virum doctissimum hic honoris causa nomino.

valet, ut 5, 6., quanquam de vino imprimis hic agi constat, in definitam artamque verbi *quodvis* notionem mutaverunt. Conf. Bentl. et Heind. ad Sat. 2, 3, 127. Eleganter *J. Merkel:* „Hier auf meinem Sabinum vertrag ich Alles und Jedes.“ In majus autem rem extulit *Doeringius*, quum explicaret: „In villa mea didici tolerare vitam vino et quibusvis aliis rebus carentem; modo mihi e perennibus jugis aquae fontibus bibere liceat.“?! Verum vidit *C. Passovius* N. 232. Communis quoque consuetudinis sunt verba *perferre patique*, ut 16, 74. et Cic. Tusc. 2, 7, 18. Conf. Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 1, 35. Vavass. Antib. p. 530 et Doederl. Syn. IV. p. 261. — V. 18. Quodsi *N. Heinsius* (Adv. 3, 13. p. 493) verbis *Ad mare* Calabriam intelligi vult, in luce clara (v. 21.) caecutit; neque probabilis *Marcilii* ratio est, qua is vinum *generosum* et *lene* transmarinum et vetus esse ait; de hoc facile consentient omnes, de illo non item. *Generosum* enim quodlibet vinum interiore nota dicitur, sive Italicum est, sive ex aliis terris importatum, *lene* autem vetustate delenitum, non asperum sive *languidum* Od. 3, 21, 8., *molle* Od. 1, 7, 19., *vetustate edentulum* Plaut. Poen. 3, 3, 87. Vid. Peerlkamp. ad Od. 3, 29, 2. Jahn. ad Pers. 3, 93. coll. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 3, 1, 50. De v. *generosum* cf. Ovid. Met. 4, 764. *generosi munere Bacchi* coll. 15, 710. Rem. Am. 567. *generosae fertilis uvae Vinea.* Tib. 3, 6, 5. *madeant generoso pocula Baccho.* Colum. R. R. 3, 2. *generosus vini sapor — generositas vini.*

V. 19—21. *Quod curas abigat — commendet amicae.* Poeta ut alias in laudes vini multa cum hilaritate excurrit. Locis in hanc rem ad 5, 16—19. indicatis adde Athenae. 2, 1. p. 36 sqq. (2, 2. p. 184 sqq. Schwgh.) 5, 27. p. 180. (5, 8. p. 214 sqq.) Munck. ad Albric. 19. p. 321. (Mythogr. lat. ed. Amstel. 1681) et Lübk. ad Od. 3, 21. p. 486 sq. Hos versus autem ob oculos habuit auctor ille Ecbas. Captiv. 730. et 736. *Ad mensam vado, perfortia vina requiro, — Quod curas abigit, quod linguae verba ministrat.* Ad v. *spe divite Orellius* comparat. Thucyd. 5, 103. *ἐλπίδα δάπανον φύσει* et Sil. Ital. 3, 512. *promissis ditibus.* Contrariae fere sunt *leves spes* 5, 8. et Pind. Fr. inc. 131. *ἐλπίδες ἐγρηγοράτων ἐνύπνια.* Alciphr. 1, 21, 1. *Ἀνεμιαίους ἐλπίδας ἔσχον.* Verba *Quod me Lucanae — amicae* nihil aliud quam *crateram Veneris sodalem* (Od. 3, 18, 6) jocose describunt et illud Aristophanis ap. Athenae. 10, 12. p. 444 Cas. *Ἡδύς τε πίνειν οἶνος Ἀφροδίτης γάλα*, cui sen-

tentiae explanandae additur: *Ὃν πολὺν ἀπῶντες ἔνιοι παρανόμων ἀφροδισίων ὄρεξιν λαμβάνουσιν.* Adde ibid. Crit. in Elegiis 10, 9. p. 432. Isid. Orig. 8, 11. p. 1026. Gothofr. et Hildebr. ad Apul. Met. 2, 11. p. 101. Tecte igitur describitur Graecorum illud *ἐνεργεῖν ἐρωτικόν τι* (Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. 17. II. p. 296. Bip.); similiter locum Porphyrione et Schol. Cruq. auctoribus *Orellius* explicat: „quod vires praestet in venerem et propter hoc gratum me reddat *ἑταίρᾳ*, ut si juvenis etiamnunc essem;“ contra *Düntzer* reviviscentem quasi juvenilem vigorem *) summo cum decore videt descriptum. Nolo contradicere. Ridiculam autem rem *Walckenaer* hujuscemodi (II. p. 19) proponit: „Horace, né sur la limite de la Lucanie et de l'Apulie, fait ici allusion à sa première aventure amoureuse, qui eut lieu probablement avec quelque paysanne de la Lucanie, pendant un de ses séjours sur les biens paternels; il se plaît à rappeler ici une de ces circonstances de la vie dont on s'efforcerait en vain d'effacer le souvenir.“ De v. *amicae* cf. annot. ad 1, 38. Heind. ad Sat. 1, 5, 15. Hildebr. ad Apul. Met. 5, 28. p. 379.

V. 22 — 25. *Tractus uter — par est.* De bonis rebus porro quaerit jocosus Poeta, qua quidem re personam helluonis vel certe hominis subtilissimi palati simulate induit. Commemorat autem *lepores* et *apros*, quos in deliciis apud veteres fuisse constat, de qua re disputant G. J. Voss. Theol. gent. 3, 66. Nonn. de Re Cibar. 2, 8. 9. Lister. ap. Apic. 8, 8. et 8, 1. coll. Heind. ad Sat. 2, 2, 92. et Becker. ad Gall. II. p. 186. Ut Horatius hic et Sat. 2, 4, 41—44 utrumque animal jungit, ita junctim commemorant Juv. 11, 138. Lucian. Epist. Saturn. 28. Conv. 22. et de Histor. conscrib. 20 (ibiq. Herm. p. 135). Athenae. 9, 14. p. 399 sqq. (9, 61. p. 477. Schwgh.) Quae res, quamvis parva videatur hominibus emunctae naris, non minus hunc locum illustrat, quam illud Aristophanis (Vesp. 729): *ζῆν ἐν πᾶσι λαγῴοις*, et Juvenalis 1, 141: *Ponit apros, animal propter convivia natum*, et Martialis 13, 92, 2: *Inter quadrupedes mattea prima lepus.* Praeterea a Romanis *Lucani* apri imprimis magni aestimabantur, cf. Heind. ad Sat. 2, 3, 234. 8, 6. — *educet apros*, ut Tib. 1, 1, 13. *pomum novus edu-*

*) p. 246. „Durch das *commendare* wird nur das Wiederaufleben der frischen, jugendlichen Beweglichkeit und Feurigkeit angedeutet, die ihm (1, 7, 26.) das Alter geraubt hat.“ De v. *commend.* cf. Lamb. et Bremi ad Nep. Dion. 1, 2.

cat annus. Ovid. Met. 8, 832. *quod educat aër.* Ibid. 15, 97. *quas* (herbas) *humus educat.* Id. ex Pont. 1, 3, 51. Mart. 13, 20, 1. Auson. Epist. 9, 19. Plin. H. N. 17, 2. — V. 23. *Ultra magis piscis.* Hos in magno pretio et apud Graecos et Romanos fuisse propter dissensum aliquot interpretum ad 12, 21. p. 151. indicavimus. Inde Lucian. Saturn. 28. ὑμεῖς δὲ ἰχθύων μὲν ἄγευστοι καὶ ἄσιτοι de iis, qui paulo ante (21) κάρδαμον ἢ θύμον ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντες dicuntur. *) Conf. Nonn. l. l. 3, 4. — *echinos aequora celent.* De hoc delicatissimo edulio vid. Athenae. 3, 12. p. 91. Cas. (41. p. 355 Schwgh.) Enn. ap. Apul. Apol. p. 49. Cas. Burm. ad Petron. 69. p. 343. Gesn. ad Plin. Epist. 1, 15, 3. Heind. ad Sat. 2, 4, 33. et Nonn. 3, 38.

V. 24. *Pinguis.* Nimium huic verbo tribuunt, qui Horatium frigidarum usu macrum vel decrepitum fingunt factum esse, quum sententia sit, „se foris vivendo cutem curare velle, ut bene saginatus, nitidus et rebus lautis perfunctus omnibus domum redire possit.“ Similiter 4, 15. 16. de cultu sui corporis jocatur. **) *Phaeacum* autem vitam delicatam in ore omnium fuisse testantur praeter locos ad 2, 28. p. 156. laudatos Aelian. V. H. 7, 2. Max. Tyr. Diss. 28, 1. 32, 9. (ed. Dübn.) et Basil. Magn. Cohort. 9. p. 16. ed. Hess. Quapropter angustior videbitur *Doeringii* explicatio ibidem notata: „similis Phaeacum regi, Alcinoo“ etc. — V. 25. *accredere.* Hoc verbum, quod ap. Plaut. Asin. 3, 3, 37. 5, 2, 4. Lucret. 3, 869. Cic. ad Attic. 6, 2. Nep. Dat. 3, 4. (ibiq. Bremi) legitur, hic non sine quadam festivitatis fidem Valae indubitatam testantis notione est. Similiter *adservire* ap. Cic. Tusc. 2, 24, 56. (ibiq. Klotz), *administer* ap. Sall. Jug. 29, 2. (ib. Kritz.). Ceterum Acro: „hic versus principia epistolae concludit.“ Quapropter recte in sqq. *fabulam de Menio* (de *Maevio* Sch. Cruq.) *subjectam* dicit.

---

*) Idem Luciani locus veram testatur explicationem a nobis illo loco propositam. *Orellius* in secunda quoque editione in suo errore permansit.

**) *Pinguem* se ibi propter corpulentiam dixisse suspicati sumus p. 239., neque incommode *Cuperus* (Obss. 1, 5. p. 30), quum eam corporis constitutionem, quam Graeci σαρκὸς σύστασιν vocant, intellexisset, hanc rem ab Augusto in quadam ad Horatium epistola: *sed si tibi statura deest, corpusculum non deest*, significatam vidit. Conf. *H. Stephan.* in Diatr. p. 68., *Pflugradtii* Diss. de Philos. Horat. Stoic. p. XV. *Weber* in Jahn. et Klotz. „Archiv“ 1843. IX. 2. p. 294. coll. Heind. ad Sat. 2, 3, 308. Dillenburg. (Vit. Hor.) p. 16. 17.

V. 26. *Maenius ut* — In hac lepidissima de Maenio narratiuncula Horatius suam sequitur consuetudinem (de qua vide ad 6, 56. p. 332), acute dictis vel sine ullo saepe particularum vinculo annectendi quandam historiam. Quod quum non observassent complures interpretes, misere in duas diviserunt hanc Epistolam unam. Narratiuncula autem ita comparata est, ut sententiam v. 17 — 24. indicatam exemplo illius Maenii et explanet et comprobet. Dicit igitur jocose Poeta, „se aeque mensae dapsili et frugali, illi quidem in rerum bonarum copia, huic in penuria aptum esse atque accommodatum et ita, ut domi Stoicus sit, foris Epicureus evadat.“ Hunc sententiarum ordinem contra aliter sentientes accurate olim enodavit *Marcilius*. De *Maenio*, Lucilii aequali et notissimo bonorum decoctore et scurra dixerunt Scholiastae ad Sat. 1, 3, 21. et Weichert. Poet. lat. Reliq. p. 321. 421.; de quo quum hic addat Acro: „Maenius hic Pantolabus dictus est ab eo, quod quicquid afferebatur, acciperet“ etc., non inscite *C. Frankius* (Fast. Hor. p. 84) eundem etiam Sat. 1, 8, 11. et 2, 1, 22. notatum esse opinatur. Idem recte vidit, *Maenium* Horatii aetate vixisse et ejus nomen pro quovis homine prodigo θετικῶς positum videri. — *rebus mat. et paternis Fortiter absumptis.* Ita Juv. 11, 39. *aere paterno ac Rebus mersis in ventrem* coll. 8, 185. Terent. Eun. 2, 2, 4. *patris qui abligurierat bona.* Sall. Cat. 14, 2. *ventre bona patria laceraverat.* Quintil. Inst. 6, 3, 44. *quum Brutus paterna emancuparet praedia, turpis habebatur,* coll. 3, 11, 13. Inc. Declam. in M. Tull. 7, 31. *patrimonio non comeso, sed devorato.* Apul. Apol. p. 74. (Casaub.) *nam patrimonium omne abligurivit.* Anth. Lat. 4, 9. (N. 1151. ed. Meyer.) *Qui patrias consumpsit opes ventrique dicavit.* Conf. Zeun. ad Macrob. Sat. 2, 9. p. 381. Alexis ap. Athenae. 4, 18. (p. 165. Cas.) *Διόδωρος ὑπλτριπτος ἐν ἔτεσιν δύο σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν· οὕτω ἰταμῶς ἅπαντα κατεμασήσατο.* Menander ibid. 4, 18. (p. 166) *Ὡς δῆτ' ἐχρῆν, εἴ τις πατρῴαν παραλαβὼν γῆν καταφάγοι, πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς.* Anaxandrides ibid. 4, 19. (p. 166) *πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὥςπερ Πολύτευκτος ὁ καλός;* etc. Alciphr. 1, 21, 3. 4. 3, 61, 12. et 3, 65, 11. 12. Nota autem summae turpitudinis in illis exemplis (Sat. 1, 2, 7 sqq. 2, 3, 224 sqq. 7, 110 sq.) conspicua adjecto verbo *Fortiter* (i. e. impigre, strenue Od. 2, 16, 17.) in risum dissolvitur. Ita Eubulus in Europa ap. Athenae. 10, 4. p. 417. *Κτίζε Βοιωτῶν πόλιν, ἀνδρῶν ἀρί-*

σιων ἐσθίειν δ' ἡμέρας. Aristot. Eth. 3, 9. *ἔνιοι — — πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν.* Pers. 6, 22. *hic bona dente Grandia magnanimus peragit puer.* In verbo illo enucleando multus est *Lambinus*, quanquam claudicat ipsius interpretatio: „qui rem suam dissipat et perdit, se ipsum perdit et interimit" etc., neque ironiam satis sensit *Zeunius*, quum „sine ullo paupertatis metu" explicaret. Similiter enim *fortiter amare, potare* et *fortiter facere* *) dicitur, quae quis toto animo peragit; alia contulit *Torrentius*. *Maenius* igitur *urbanus coepit haberi*, i. e. *ἀστεῖος, εὐτράπελος*, homo jocosus, argutus, urbana elegantia tinctus indeque circulis patronorum commendabilis. Heind. ad Sat. 1, 4, 90. interpp. ad Plin. Epist. 8, 6, 3. Ernest. Clav. Cic. s. v. Inde Plaut. Most. 1, 1, 14. *Tu urbanus vero scurra, deliciae popli.* Trin. 1, 2, 162. Catull. 22, 2. *Homo est venustus et dicax et urbanus — — — qui modo scurra, Aut si quid hac re tritius videbatur.* Mart. 1, 42, 1. 2. *Urbanus tibi, Caecili, videris. Non es, crede mihi. Quid ergo? verna es.* Arnob. VI. p. 206. *urbanum scurrulam — — revocaret ad seria.*

V. 28. *Scurra vagus* etc. „Egregia parasiti adumbratio, coloribus Graecorum poetarum, maxime comicorum, interstincta." *Mitscherl.* in Racem. Ven. fasc. IV. typis repetit. in Seebod. „Neu. Archiv." 1830. N. 47. Verbis illis autem et sqq. non simpliciter describitur *παράσιτος*, cui opponitur *αὐτόσιτος* (Athenae. 2, 8. p. 47. coll. 6, 6. p. 234 sqq. 6, 28. p. 404 sqq. Schwgh. Lucian. de Parasit. 8 sqq. Plaut. Captiv. 1, 1, 7 sqq. 3, 1, 9. Curc. 2, 3, 30 sqq. et 88 sqq. Menaech. 1, 1. Trin. 1, 2, 162. Phaedr. 5, 5, 8 sqq. Weichert. Lectt. Ven. p. 21. O. Jahn. ad Pers. p. LXXXV. et p. 87.), neque homo propria domo carens, sed qui *certus conviva* (7, 75) apud unum aliquem non fuit, ut Mart. 2, 14. 5, 44. *Praesepe* non sine quadam edacitatis notione dicitur, ut Plaut. Curc. 2, 1, 13. (ibiq. Taubm.) *Tormento non retineri potuit ferreo, Quin reciperet se huc eum ad praesepim suam.* Dubito autem de loco Ciceronis in Pis. 18, 42. *Verum audis in praesepibus: audis in stupris: audis in vino et cibo.* Eurip. Eurysth. Fr. 6. *ἦν τις οἴκων*

*) De *abeundi* verbo *Schmidius* comparat Od. 2, 14, 25. Terent. Heaut. 3, 1, 49. Graeci eadem sententia *ἀπαθῆ* dicunt, de quo verbo cf. Gesn. ad Lucian. de Luct. 17. VII. p. 502. Bip. et Wagn. ad Alciphr. 3, 34, 2. p. 111.

πλουσίαν ἔχει φάτνην. Sic Albius quidam ap. Suid. (s. v.) τὸν Ἀντώνιον θεραπεύων καὶ ὑπαικάλλων ἅμα φάτνην. Menandr. ap. Aelian. H. A. 9, 6. Epictet. Diss. 4, 1, 35. Cf. Horreus in Misc. critt. libr. II. (Mitsch. l. l.)

V. 29. 30. *Impransus non qui civem dinosceret hoste*, i. e. ἄδειπνος (Acr. ad Sat. 2, 2, 7. Heind. ad 2, 3, 257. Wüstem. ad 2, 3, 245), qui maledico dente homines carperet, in quam rem *Doeringius* apte comparat Theocr. 15, 147. Χώνῃ ὄξος ἅπαν, πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτίνθῃς, et *Schmidius* Epod. 6, 9. 10., adde vetus adagium ap. Plaut. in Amphitr. suppos. p. 83. ed. Taubm. *Fames et mora Bilem in nasum conciunt. Impransus* igitur ut *invocatus* Plaut. Capt. 1, 1, 2. Cic. Epist. ad Div. 8, 8, 4. et Apul. Flor. p. 243. *Qui nihil habet afferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.* Quapropter cave obsecundes *Marcilio* et *Waddelio* (p. 75.), qui *bene pransus* interpretari malunt. Hic non debebat rem dissimilem Sat. 1, 4, 88., ille Plaut. Captiv. 1, 1, 17—19. conferre; quid, quod et alii hac hominis fame infesti descriptione offensi sunt. At bonus ille Maenius ex eo genere hominum joculariter fingitur esse, qui, si qua aura reflans suos ad lautas mensas retardat vel rejicit cursus, animis exasperantur et feris similes alta voce praedatum eunt neque prius leniuntur quam offam rapuerint et latrantem stomachum placarint. Haec est in figura hominis feritas, quae fame urgente *ipsum amicum ab inimico* non internoscit. Sic haec verba intelligi malo quam cum *Cruquio* (auctore ejus Scholiasta), *Orellio*, *Düntzero*, aliis sentire: „civem a peregrino vel extraneo." Etenim prior illa verbi notio, de qua disputat *Beier* ad Cic. de Offic. 1, 12, 37. et p. 346. jam pridem immutata erat. Est locutio Plautina in Trin. 1, 2, 65. *Hostisne an civis comedis, parvi pendere.* Liv. 10, 36, 8. (coll. 5, 8, 11.) *elige, cum cive an hoste pugnare malis.**) — V. 30. *Quaelibet fingere saevus*, i. e. „qui hac feritate concitus cuilibet opprobria omnis generis affingeret." Ita Sall. Jug. 44, 5. *quaecumque dici aut fingi queunt*

---

*) Non male *Vossius:* „Der ungesättigt nicht den Landsmann schied von dem Erbfeind," elegantius *J. Merkel:* „Der bei nüchternem Magen den Feind nicht schied von dem Freunde;" similiter *Wielandius*, *Scheller* et *Günther*. Contra *C. Passovius:* „Der, so das Essen gebrach, nicht schied vom Bürger den Fremdling." *Hostem* interdum pro inimico quasi esse haec exempla sufficiant: Cic. in Verr. 5, 66, 169. *nomini, generi, juri civium*

ignaviae luxuriaeque probra. Ovid. Her. 12, 177. *In faciem moresque meos nova crimina fingas.* Cic. in Verr. 1, 5, 15. *magis timendum, ne multa crimina praetermittere, quam ne qua in istum fingere existimer.* Ammian. Marcell. 17, 11. *Legimus in veteres quoque magnificos duces vitia criminaque finxisse malignitatem.* Tac. Ann. 3, 12, 3. *Saevus* autem, ut 2, 1, 148. *saevus jocus*, qui in rabiem versus probos dente cruento laesisse dicitur. Conf. Schmid. ad 2, 2, 21. Qua re cadet illa vel scriptura *certus*, *) vel opinio *suetus*, i. e. consuetus. Atque Poetam ipsum emendasse ii censendi sunt, qui verbum vel *figendi* vel *fundendi* **) praeferendum opinantur. Pariter errant ii, qui ut *Düntzer opprobria fingere* ea sententia, qua *carmina, versus fingi* dicantur, intelligi jubent. Nota autem ex ipso Cicerone (pr. Muren. 6, 13.) scurrarum *convicia* sunt; inde Euripides in Menalippa vincta ap. Athenae. 14, 1. (p. 613. Cas. p. 223. Schwgh.) *Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὗ-*

---

hostis. Id. ad Div. 3, 10, 34. *etiamsi tibi, cui tum amicissimus, hostis essem.* Sall. Jug. 10, 5. (ib. Kritz. et Fabr.) *si tuis hostis fueris*; coll. Doederl. Syn. IV. p. 395. Verbo *dinoscendi* (2, 2, 44) primus usus esse videtur Horatius, quod recte observavit *Gruber* ad Tac. Germ. 20, 2.; de vario ejus usu cf. *Hauthal.* ad Pers. p. 396.

*) De constructione *fingere saevus* paulo liberiore, quo offensi videntur complures, vide quos laudat *Schmidius* ad 2, 27. coll. Lamb. ad Od. 4, 8, 8. Lübk. ad Od. 3, 7. p. 412. Hauth. ad Pers. p. 156. Jahn. ad Pers. prol. 11. p. 77.

**) *Schrader* l. l. ingeniosius quam verius dicit, scurrarum non tam esse *fingere* quam *dicere* et ita *fundere* opprobria; in quam rem laudat Senec. Med. 114. Ovid. Met. 13, 306. Tac. Ann. 6, 42. Hor. Epist. 2, 1, 145., ubi *saevus* aeque congruenter his verbis, *oppr. fundere saevus*, legi ait. At quis est, qui Maenium opprobria ficta item in homines contulisse neget? Nostrates in simili re dicunt: „Jemandem Schimpf und Schande anhängen." Acute *Hocheder:* „Das Wort *fingere* legt ihm eine gewisse Genialität zu." Recte quidem, etenim in verbo *fundendi* tantum copia conviciorum subito impetu jacta, in v. *fingendi* fere sola actio oblique tangendi spectatur. *Düntzeri* autem explicatio consuetudini adversatur, quae in talibus dictionibus notionem peculiarem *vana, non aequa, non recta excogitandi* fere retinet. Confer igitur cum exemplis supra positis Burm. ad Val. Fl. 1, 39. 5, 534. Broukh. ad Prop. 1, 18, 26. Burm. ad 1, 12, 1. Oudend. ad Apul. Met. VIII. p. 579. Fabr. ad Sall. Jug. 14, 20. Sic Hor. Sat. I, 3, 62. *fictum astutumque* junxit et eadem sententia Livius 22, 12, 12. *affingens vicina virtutibus vitia* dixit. Atque haud scio an a partibus *Schraderi* stet *Vossius:* „Grimmvoll alles auf alle mit höhnischer Lache zu schleudern."

νεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους. Ἐγὼ δέ πως μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα.

V. 31. 32. *Pernicies — donabat avaro.* Jam ipsa luculenter describitur Maenii voracitas; quapropter Hor. verborum compositionem ab antegressa sapienter sejunxit, quod quum quidam interpretes non sensissent, verum a falso (*donabat — ret*) non distinxerunt. Hominis autem ingluvies ridicule audit *Pernicies macelli,* ut Terent. Ad. 2, 1, 34. *pernicies communis adolescentium;* Eun. 1, 1, 34. (Ruhnk.) *Thais fundi nostri calamitas.* Cic. in Verr. 1, 1, 2. *adduxi — — labem atque perniciem provinciae Siciliae.* Ibid. 1, 38, 96. *Te tanquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque pervasisse demonstro.* Ibid. 2, 37, 91. Id. in Catil. 2, 1. *tantam pestem evomuerit.* Theocrit. 15, 18. *φθόρος ἀργυρίω.* Conf. de hac consuetudine dicendi et ap. Lat. et Graecos Gronov. Obss. 3, 9. Hildebr. ad Apul. Met. 5, 12. p. 338. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. v. 18. p. 310. Jacob ad Lucian. Alexand. 11. p. 27. Imprimis *macelli tempestate* turbinis instar macellum auferente Graecorum more insignis scurrae omnia devorantis edacitas significatur. Ita Alexis in Demetrio ap. Athenae. 8, 4. p. 338. Cas. *Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε Βορρᾶς ἢ Νότος ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρός, ἰχθῦς οὐκ ἐνῆν οὐδενὶ φαγεῖν. νῦν δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασι τούτοις Φάϋλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος· ἐπὰν γὰρ ἐκνεφίας καταιγίσας τύχῃ εἰς τὴν ἀγοράν, τοὔψον πριάμενος οἴχεται φέρων ἅπαν.* [Quem locum primus comparavit Rutgers. in Venus. Lectt. p. 433. cum aliis multis attulit *Mitscherlichius* l. l.] Idem in Pharmacop. ap. Athenae. l. l. p. 340. *ἀγορανομήσεις, ἂν θεοὶ θέλωσι, σύ, ἵνα Καλλιμέδοντ' εἰς τοὔψον, εἰ φιλεῖς ἐμέ, πάσῃς καταιγίζοντα δι' ὅλης ἡμέρας.* Idem in Parasit. ap. Grot. in Exc. p. 583. *χειμὼν ὁ μειραχίσκος ἐστὶ τοῖς φίλοις.* Ita Clodius ap. Cic. pr. dom. 53. vocatur *procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque otii* et Romanus martyr ap. Prudent. Perist. 10, 78. *ventilator urbis et vulgi levis Procella. Orellius* praeterea laudat Plaut. Captiv. 4, 3, 3. Nov. ed. Both. p. 44. Caecil. Stat. ibid. p. 130. — *barathrumque macelli,* i. e. vorago, ut *vorago patrimonii* ap. Cic. pr. Sext. 52, 111. et *profunda vorago* ap. Liv. 29, 17, 13. Ita Plaut. Curc. 1, 2, 29. *at jam bibes — effunde hoc in barathrum.* Sidon. Apollin. Carm. 5, 324. *post quina Vitelli Millia famosi ventris damnata barathro;* in sententiam Ovid. Met. 8, 843 sq. Juv. 11, 40 sq. (ibip. Rupert.) Phaedr. 4, 5, 9. (ib. Burm.). *Mitscherlichius* comparat Aristoph. Equit. 247., ubi poeta Cleo-

nem appellat *φάραγγα καὶ Χαρύβδιν ἁρπαγῆς* et Diog. Laert. 6, 51., ubi Diogenes ventrem *Χαρύβδιν τοῦ βιοῦ* dicit. Eadem *barathri* similitudo Sat. 2, 3, 166., quem locum eodem *Mitscherlichio* auctore *Orellius* rectius interpretatur quam *Heindorfius*. In *macello* autem delicata obsonia vendita esse testantur Varr. L. L. 4, 32. (5, 145. ed. Muell.) Plaut. Aul. 2, 8, 3 sqq. Terent. Eun. 2, 2, 24. ab *Heindorfio* ad Sat. 2, 3, 229. laudati, quibus adde Rupert. ad Juv. 11, 10. Heinr. ad 5, 94. Casaub. ad Suet. Caes. 26. interpp. ad Senec. Epist. 77, 14. De *barathro* ipso cf. Wagn. ad Alciphr. 3, 52, 17.

V. 32. *Quicquid quaesierat — avaro* i. e. *γαστρὶ χαριζόμενος, κοιλιοδαίμων* (Athenae. 7, 5. 3, 21.) *ventri avaro*, avido (A. P. 324) omne quod quocumque modo *quaesierat*, acquisiverat (Doer. ad 7, 59. Bünem. ad Lactant. de Mort. Persec. 18, 3. Cort. et Kritz. ad Sall. Jug. 3, 3.) *donabat*, amico animo ingerebat. Ita Diphilus in Parasito ap. Athenae. 10, 5. (p. 422) *Ταλαιπωρότερον οὐδέν ἐστι γὰρ τῆς γαστρός, εἰς ἣν πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις, ἀλλ' οὐχ' ἕτερον ἀγγεῖον.* Alciphr. 3, 34, 14. *τὴν ἀπλήρωτον γαστέρα ἐμπλῆσαι.* Id. 3, 6, 10. *οὔτε τῆς μιαρᾶς καὶ ἀδηφάγου γαστρὸς κρατεῖν.* Conf. Hom. Od. 7, 216—221. 17, 473. 18, 54. Neque absimilis jocus ap. Plaut. (Captiv. 4, 2, 85.) est, ubi parasitus: *Proin tu deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.* Inde ejusmodi homines in gulae deliciis summum bonum ponentes (6, 56 sqq.) *natos abdomini suo* (Terent. Eun. 3, 2, 7. Cic. in Pis. 17, 41.), *ventri deditos* (Sall. Cat. 2, 8. ibiq. Cort.), *ventres* (Lucil. 4, 9.) *) dixere.

*) Quum antiqui Romani homines frugi essent, fieri non potuit, quin scriptores rerum honestarum studiosi homines praesertim *gula profunda*, qui luxuria in dies crescente ab antiqua virtute longissime discesserant, omnimodo notarent. Inde *lurcones, comedones, gurgites* (Lucil. 4, 9. 1. Macrob. Sat. 2, 9.), *glutones, gluviae, ingluvies* (Hauth. ad Pers. 5, 112. Laurenberg. Antiq. p. 198. Fest. p. 466.), *helluones* (A. Gell. 7, 16.), *glumiae* (Cic. de Fin. 2, 8, 24.), *mandones, phagones, edones* (Victor. Var. Lectt. 16, 9), *balatrones* (Varr. R. R. 2, 5.). Talis, qualis hic describitur, ap. Caecil. Stat. (Both. p. 130) *depopulare macellum*, ap. Cic. de Or. 2, 66, 265. *pecuniam in ventre abstulisse*, itemque 3, 41, 163. *Charybdis bonorum, Syrtis patrimonii, Charybdis vorax* (Phil. 2, 27. Dio Cass. 45, 28.), ap. Apul. (Apol. p. 92. Cas.) *omnia degulator in ventrem condidisse*, apud Sidon. Apollin. in Epist. 9, 6. *bonuscula avita paternaque tanquam domestica Charybdis obligurisse* dicitur. Alia talia ad significandam hominum vel eda-

V. 33—35. *Hic ubi — esset.* Jam duplex divitum vel regum scurram istum pascentium ponitur genus, unum eorum, qui ipsi (ut ille Apicius ap. Senec. ad Helv. 10. coll. Rupert. ad Juv. 3, 23.) edacitatis luxuriaeque fuerint amatores, alterum eorum, qui quidem sobrii, at ne ipsos procax Maenii lingua laederet metuentes hominis os cibis offercire maluerint. Contra alii, ut *Lambinus*, *Doeringius*, *Schmidius*, *Orellius nequitiae fautores* ipsius Maenii, utpote hominis nequam, vel scurrilitatis fautores intelligunt. Addit *Lambinus*, „divites plerumque nequissimis hominibus potius quam viris bonis benigne facere.“ Ad hanc interpretationem facere videtur Cic. Phil. 2, 27, 67. *apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur.* At *nequitia* frugalitati fere opponitur, cf. Gell. 7, 11. Cic. de Fin. 2, 8, 25. Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 8. Orell. ad Hor. Sat. 2, 2, 131. 3, 94. et Heind. ad Sat. 2, 3, 244, qui ibi laudat *Burmannum* ad Petron. 55. p. 270. *nequitiam* propriam vocem nepotinis sumptibus et luxuriosae prodigalitati recte dicentem. Inde assensum denego et *Gesnero*, qui *neq. faut.* eos intelligit, quibus placeant maledicta et *Baxtero*, qui *timidos* *) non generosos sentit; „nam meticulosi sunt,“ ut ait, „avari.“ Ille igitur Maenius si *foris* aucupium suum parum procedere viderat (Plaut. Captiv. 1, 1, 15. Pompon. Bon. in Majal. 3. p. 111. Both.), *domi* ingentem vilissimorum ciborum copiam

---

citatem vel bibacitatem de Graecis et Latinis observarunt Casaub. ad Theophr. Char. 5. p. 67. F. et ad Suet. Vitell. 13. Perizon. ad Aelian. V. H. 1, 28. Göttling. ad Hesiod. Theog. 26. Koeler ad Senec. Qu. Nat. 1. praef. 3. p. 262. Donat. ad Terent. Phorm. 5, 7, 95. Hildebr. ad Apul. 4. p. 251. 229. 269. Hammond. et Cleric. ad Paul. Epist. ad Tit. 1, 12. Cuper. Obss. 3, 10. coll. Bentl. ad Sat. 2, 3, 166. et interpp. ad Sat. 2, 3, 224 sqq. Wagn. ad Alciphr. 3, 6. II. p. 30.

*) *Timidos* alii quoque, ut *Cruquius*, *Desprezius* avaros, i. e. qui timeant uti, volunt esse. Recte autem illorum uterque: „*neq. faut.* luxuriosis sui similibus;“ *Ascensius*: „gulosis nepotibus;“ *Britannicus*: „ipsis luxuriosis ac per hoc prodigis.“ *Mitscherlich.* confert ad prius verbum Eupolis parodiam Hom. (Grot. Exc. p. 504.) *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἵασιν.* Ab horum interpretatione alii ita discedunt, ut eos divites intelligant, qui Maenii parasiticam artem luxuriosamque vitam joci causa fovere et alere soliti sint. Quid, quod reperiuntur, qui *neq. faut.* et *timidos* pro iisdem hominibus habeant, qui linguae aculeos veriti in omni intemperantia istum hominem detinere voluerint. Ita *Sanadonus* ac *Dorighello.* Paulo aliter *Rodellius*: „qui hanc illius nequitiam sic alebant, ut timerent ne sibi quod donabant deesset.“ *Dillenburger* Genitivum etiam cum *timidis* ut A. P. 28. Ovid. Met. 5, 100. conjungi jubet. Ut nos *Günther*: „Stopfte den hungri-

devorabat, quae *tribus ursis satis esset.* Ita Antiphanes ap. Athenae. 3, 86. (p. 127. Cas.) καταβεβρωκὼς σιτία ἴσως ἐλεφάντων τεττάρων. Parum igitur hanc jocosam veritatis superlationem sensit *Cruquius*, quum suspicaretur: „Quid, si notet *Ursinam* gentem?“ Ad notionem autem vilitatis intendendam Poeta interposito Epitheto utramque rem et *omasum* et *agninam* conjunxit, ut C. S. 31. *aquae salubres et Jovis aurae.* Vid. Excurs. ad Epist. 7. p. 402. et Wüstem. ad Sat. 1, 3, 130. Hujus vilitatem testantur Taubm. ad Plaut. Captiv. 4, 2, 39. Voss. ad Virg. Ecl. 1, 19., de illius viliore pretio dubitari posset, nisi Poeta ipse rem digito monstrasset, quippe quem illud in priscorum deliciis olim habitum esse non fugeret. Vid. Plin. H. N. 8, 45. Naev. in Erular. 1. p. 151. Klussm. *) Dioxipp. ap. Athenae. 3, 21. p. 100. Alexis ibid. 2, 10. f. p. 190. Cas. Utrumque autem cibum tum usquequaque obvium indeque a gulae proceribus contemptum etiam ob eam causam commemorat, quod is ad explendos hominum **) voracium (quorum exempla habes ap. Athenae. 10, 1—4. = 1—12. Schwgh.) ventres accommodatissimus visus est. Quapropter non assentior *Bothio*, quum *omasum vile* fame enecti bovis nulliusque pretii fuisse censet. *Patinas* autem *coenare omasi* dicitur ut *fercula coenare* ap. Juv. 1, 94., ubi *Ruperti* hunc locum contulit. Sic *patina piscium, olerum et pomorum* etc. ap. Apic. 4, 2., ubi vide Lister. p. 125. coll. Barth. Adv. p. 1799. *Hochederi* autem explicationem, qua Maenius patinas ipsas dentibus invasisse creditur, in hoc superlate dicendi genere mirari non debebat *Düntzer*; similia enim leguntur apud Athenae. 4, 20. p. 169. et 3, 24. p. 107. coll. Becker. Gall. II. p. 183. N. 14.

---

gen Leib kein Prasser seines Gelichters, kein gutmüthiger Narr.“ Contra *Voss.*: „Hatte nun dieser einmal Spassfrohen und Furchtsamen nichts oder zu wenig entwandt.“ *Scheller*: „Hatt' er einmal von Gönnern der Schwänk' und Furchtsamen gar nichts — erwischt.“ Similiter *J. Merkel*, sed *Passov.*: „Auswurfes Beschützern.“

*) Οἷον δ' ἐπιθυμεῖ βρωμάτων, ὡς μουσικῶν; ἥνστρα, μήτρας, χόλικας.

**) *Omasum*, intestinum bubulum, etiam Sat. 2, 5, 40. ad Furii illius voracitatem indicandam commemorari recte arbitratur *Weichertus* in Poet. lat. Reliq. p. 344. assentientibus *Orellio* et *Wüstemanno*. *Stuckii* autem (Antiq. Conviv. 2, 8. p. 260.) opinio, *omasum* agninum pro vili et plebejo cibo esse positum, bubulum in deliciis mensarum fuisse, ex mala hujus loci vel scriptura vel interpretatione orta videtur. De vocabulo *agninae* absolute posito dixerunt *Fea* et *Schmidius*.

V. 36. 37. *Scilicet ut — correctus Bestius.* Jam id agit Poeta, ut Maenium temporibus servientem, uti infra semetipsum, describat. Hoc si observaveris, de vera scriptura non poteris dubitare. Maenius igitur, quoniam temporum ratio fert, ex prodigo illo et homine nequam jam mutatur et reformatur in Bestium, hominem illum sordidum et severum nequitiae, ut is quidem videtur, castigatorem ita, ut impraesentiarum cibo vili contentus nepotes conviciis laceret ac quovis supplicio dignos clamet. Vides igitur, quam commode Maenius suam nepotis ac luxuriosi personam deposuerit, Bestii parci ac severi induerit. Neque eum cum aliquot interpretibus *correctum*, *σωφρονισθέντα*, dices, ut si jam se ipsum cognoverit prodigum et ad meliorem frugem redierit, sed potius eum *μεταθέμενον* habebis, Dionysio Heracleotae similem, qui palam exuto virtutis indumento sumptaque floribus variegata veste, quum jam senex deserta Stoae doctrina in Epicuri castra se conjecisset, *μεταθέμενος καλούμενος ἥχαιρε*, ut ait Athenaeus 7, 6. p. 281. d. p. 25. Schwgh. Neque absurde hunc Maenium cum illo Thrasycle (ap. Lucian. in Timon. 54 sq.) comparabis. Is enim quum mane meram virtutem locutus esset, vitamque parvo contentam laudasset, ad coenam vocatus damnose bibere et nequiter edere non dubitavit. Sic fit, ut cum temporibus mutentur homines ipsi, quanquam saepenumero inviti; id quod testatur Maenius *) *correctus Bestius.* De *Bestio* ipso Schol. Cruq.: „*Bestius* nomen parcissimi cujusdam Romani“ et Schol. Pers. ad 6, 37.: „*Bestius* philosophos bestiarum more ferocibus animis culpat *avarus* eo, quod ipsi praecipiant largiendum esse amicis egentibus.“ *Weichertus* (Poet. Lat. Reliq. p. 420 sq.) jure suspicatur, Bestium a Lucilio aliisve aut ob antiquam frugalitatem et parsimoniam aut propter nimiam severitatem, qua in nepotes declamasset, fuisse notatum et hic ab Horatio communiter pro severo aut parco homine poni. Quicquid est, optimo jure in posterum ex Horatio eliminabis Bentleji *Bestium correctorem* utpote et scripturae auctoritate destitutum neque sententiarum ordini satis aptum. Quid enim facias cum uno et solo nequitiae correctore? Quidni totum

*) *Correctus*, ut simili acumine *recoctus scriba ex quinqueviro* Sat. 2, 5, 55., hic quidem notione animi necessitate quadam urgente in alteram partem conversi. Huc accedit, quod verbum *corrigendi* pariter de factis ac de dictis dicitur, cf. Burm. ad Ovid. Fast. 5, 311. Cort. ad Sallust. Jug. 3, 2. Doederl. Syn. V. p. 320. Mire autem sententiae vim, quam quidem nos volumus esse, auget particula *scilicet*, de qua diximus ad 9, 3.

respiciamus hominem et sententiae acumen? At veram hic vidisse *Talbotium* et *Dünzerum* et ipsis et nobis gratulamur. *Bentleji* autem ratio: *Bestius corrector* ut *Achilles alter, Cato tertius* non tam propter veritatis sese ipsa commendantis vim (Sat. 2, 7, 40 sq.), quam propter elegantiam sermonis multorum principum virorum tulit assensum, ut *Ruhnkenii* ad Vell. Paterc. 2, 18., *Heinrichii* ad Juv. 14, 86., *Freundii* in Lexic. lat. v. *corrector*, *O. Jahnii* ad Pers. 6, 37. Quum diversitas sententiarum, quibus hic locus paene opprimitur, tam magna sit, eas quae genera, non quae partes efficiunt, indicasse satis erit. Qui scripturam *correctus. Maenius* etc. tuentur, fere sic explicant: „Maenius vili cibo expletus domi, *correctus* et agnoscens naturam haud egere lautioribus alimentis, luxuriam ipse ultro damnans ajebat, luxuriosos esse disperdendos; vel *correctus*, eruditus propria experientia et egestate, quam sibi per luxuriosam vitam conflaverat;" qui *correptus Bestius. Idem* etc. legunt, sic: „Bestius avarus a Maenio luxurioso sordidae parcitatis accusatus et acriter *correptus*, ira et indignatione dicebat, *urendos nepotum ventres lamna candente;*" sed conf. Torr.; qui *correctus Bestius. Idem* etc., cum *Cruquio* fere in hunc modum: „Maenius vorax forte incidit in Bestium, cujus avaritiam sordesque ita impotenter est insectatus, ut ira Bestius accensus ejusmodi ventres dixerit lamina potius urendos candente quam in vita tolerandos." Contra disputat *Rappoltus* p. 745. Honoris causa addo *Feae* et *Hochederi* explicationes, quorum ille: „*correptus. Bestius id.*, i. e. objurgatus, reprehensus. Idem homo bestiae similis etc.," hic: „*correctus. Bestius id.*, i. e. emendatus vitamque priorem ipse damnans. Idem." Cetera ut *Fea.**) — Verba autem *ventres lamna cand. nepot. urendos* illustrant Cic. Verr. 5, 63, 163. *Quid quum*

---

*) Similiter *Marcilius*, qui comparavit Sat. 2, 3, 257. et Bestium pro Maenio, i. e. homine belluto (beluato?) dici opinatus est. Quid, quod jam *Brittannicus* in *Bestio* stultitiam hominis notatam vidit. Qui res minutas diligentiae nimium sollicitae non putant, eorum me confido initurum esse gratiam, si quae *Ferdinandus Hauthalius*, Vir doctrina multiplici excellens suoque in me studio insignis, quem de scriptura loci consulueram, ad me perhumaniter scripsit, cum ipsis communioavero. Is inter alia haecce: „*Corrector* habe ich nirgends als *reine* Lesart gefunden, nur 1 cod. ms. des XII. Jahrhunderts, und zwar der Pariser Reg. 8213 (= O. 13. bei Vanderbourg und Pottier) hat über *correctus* die Variante als Verbesserungsversuch der 1. Hand „*vel corrector.*" Und dies ist wahrscheinlich der anti-

ignes candentesque laminae ceteriqua cruciatus admovebantur? Prop. 4, 7, 43. *Lygdamus uratur, candescat lamina vernae*, ad quem loc. vid. Burm. et ad 3, 4, 39. Juv. 14, 22. (ib. Rup.) *Uritur ardenti duo propter lintea ferro.* Val. Max. 6, 8, 1. *Servus laceratur verberibus eculeoque impositus candentibus etiam laminis ustus.* Senec. Epist. 78. *plus est flamma et eculeus et lamina.* Prudent. Perist. 5, 207. *Igni, grabbato et laminis Exerceatur quaestio;* ubi *Chamillardus:* „Ferreae velut crustae erant, quae candefactae admovebantur noxiorum corpori.“ Quintil. Declam. IX. p. 156. (ed. Bas. 1563). *Fremebant ubique omnia apparatu mortis, hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas* etc.

---

quissimus des Lambin, dessen Bericht p. 319. ed. a. 1604 sehr unbefriedigend ist. Dieser *corrector* scheint mir ein sehr werthloser Einfall, so sehr ihn Bentley empfiehlt und so viel er auch Freunde gefunden hat. Denn wie soll der hab- und fresssüchtige Maenius dazu kommen, als ein *sittenrichtender* Bestius aufgeführt zu werden? Als Fresser des Schlechtesten steht er hier seinem Bestius und den schlemmenden feinschmeckenden Nepoten gegenüber; sollte er aber als Sittenrichter aufgeführt werden als der *urgens Bestius* des Persius, aus welchem der *corrector* erst entstanden ist, so musste das wohl durch eine Partikel vermittelt werden, zumal da *corrector* nicht als stehendes Prädicat des Bestius bekannt ist, oder es musste gar das Nomen propr. Bestius ganz ausfallen, so dass es nur hiesse: „als ein Sittenrichter.“ Anders aber ist es, wenn das Participium steht: „so dass er, *der Bestius Gescholtene* (d. i., da man ihn eben mit B. verglich, so viel als: „gleich Bestius,“ nicht gleichwohl: „ein — zweiter — *gescholtener* Bestius“ — vgl. Plum zu Persius p. 519) auf die schlemmenden Nepoten loszog.“ — — — Ein Bestius war Maenius wohl, aber kein *correctus* Bestius, man nehme Bestius individuell oder appellativisch wie *Fea* und *Plum.* Gehörts aber zum Folgenden, so könnte wohl so interpungirt werden: — —. *Correctus Bestius, idem, Quicquid* etc. Aber *correctus* bedeutet nicht soviel als ein *bekehrter*, anders gewordener, und dann wäre *corruptus* besser. *Correctus* hat allerdings die mehrsten mss. für sich, aber nicht ausschliesslich die besten. Bentley's Urtheil „plures et meliores“ ist nicht ganz wahr. So haben von den Parisern die 2 preiswürdigen E u. φ (3. 6. Pott.) *correptus* rein und so nicht wenige jüngere aus guten Quellen und die alten Drucke, ausgenommen die Cad. u. Ald. Mir scheint *correptus* die Urlesart zu sein; auch die ältesten Scholien in den Pariser Cod. B. φ. erklären v. 36. u. 37. so: „in tantum ut malediceretur a suis fautoribus.“ *Corripere* ist auch der ganz eigentliche Ausdruck für *schelten.* Der alte Pariser B (2) u. der Harlejamsche 7534 aus dem XII. Jahrh. zeigen von der ersten Hand ein c̲ über dem p, ohne Punct unter diesem, so dass c̲ nicht vom Corrector, sondern von einem Glossator herrührt.“ Haec hactenus. Judicet lector, cui quicquam tacere noluimus.

Alia talia suppeditant Dausq. ad Sil. Ital. 1, 171. (Comment. p. 21.) Taubm. ad Plaut. Asin. 3, 2, 4. coll. Menaech. 1, 1, 9. Broukh. ad Tib. 1, 10, 21. Diss. ad 1, 5, 5. Ge. Fabric. in Poet. Christ. Comment. p. 77. Weitz. ad Prudent. Perist. 14 (10), 760. 486. 2 (5), 62. contr. Symmach. 1, 438. Jan. Gebhard. Crepund. 1, 15. p. 393. Neque tamen huc pertinent Sat. 2, 7, 58. et Prop. 1, 1, 27., quem utrumque locum alii contulerunt. Maxime autem huc facit Galen. de Hippocr. et Plat. Dogm. 6. extr. V. p. 584. ed. Kühn. (quem locum *Marcilius* aperuit), *οὕτω γοῦν εἰώθασι καὶ νῦν ποιεῖν οἱ τοὺς ἁμαρτάνοντας οἰκέτας καταδικάζοντες, τῶν μὲν ἀποδιδρασκόντων τὰ σκέλη καίοντές τε καὶ κατασχάζοντες καὶ παίοντες, τῶν δὲ κλεπτόντων τὰς χεῖρας, ὥσπερ γε καὶ τῶν γαστριμάργων τὴν γαστέρα, καὶ τῶν φλυαρούντων τὴν γλῶτταν.*

V. 38. — *Idem Quicquid erat nactus praedae majoris*, intellige apud *nequitiae fautores et timidos*, quibus antea *nil Aut paulum abstulerat*, inde *nactus*, i. e. si ei contigerat, ut — —; de sententia aliorum „cibos lautiores quolibet quaestu sibi comparatos.“ De delicatioribus cibis nemo erit qui dubitet; at quum scurrarum sit, domi vilem cibum vel rodere vel devorare, praestat prior ratio. Plaut. Captiv. 1, 1, 15 sqq. *Praeda* igitur *major* similiter contraria est, ut ap. Athenae. 10, 4. p. 416. *παμφάγος* Alcman, qualem se ipse profitetur, *οὔ τι γὰρ οὐ τετυγμένον ἴσθει· ἀλλὰ τὰ κοῖνα γάρ, ὥσπερ ὁ δᾶμος, ζατενέει.* In dictione autem hyperbolica *omne Verterat in fumum et cinerem* nil nisi absumptionem vel decoctoris notionem videbis, vid. Diss. ad Tib. 1, 9, 11. interpp. ad Ovid. Trist. 5, 12, 68. Ita Poeta *Cruquio* ad vim decoctionis, unde decoctores dicti sint obliguritores, *δαπανάται*, allusisse, *Scaligero* Graecorum *κατασκοδεῖν* expressisse, *Lambino* et *Torrentio* illud sacrificii genus (Pontan. ad Macrob. Sat. 2, 2. p. 348. ed. Z.), quod propter viam Herculi fieret, in quo id, quod ex epulis superesset, igni consumeretur, significasse visus est. — V. 39. *Non hercule miror, Ajebat.* Maenius igitur si quadam penuria mensarum conquisitis epulis exstructarum premeretur, nepotes mirabatur ac castigabat vili victu domi contentus, at ubi lautiores cibos alicubi nactus exquisito sapore affectus erat, longe aliter sentiebat, ut ex *Bestio correcto* ad suam Maenii decoctoris naturam denuo rediret. *Naturam* enim *expellas furca, tamen usque recurret* et *φύσις δέ μιν ἔμπαλιν ἦγεν Ἡδονοπλήξ*, ut ait Anaxarchus ap. Plutarch. in Symp. 7, 5. Vides igitur, lector humanissime, quemadmodum omnia

in scripturam v. 87. receptam, quam „ridiculam“ vocat *Orellius*, bene conveniant, ut qui eam spernat cucurbitae lippire censendus sit.*) — V. 40. *qui comedunt bona.* Ita Cic. Ep. ad Div. 9, 20, 9. *ne ego te tacente (jacente) bona tua comedim* (Victor. V. L. 6, 19). Id. pr. Sext. 51, 110. *non fuit popularis, ut bona solus comesset.* Juv. 1, 33. (ib. Heinr.) *comesa nobilitate.* Senec. Epist. 122. *Multi bona comedunt, multi amicas habent.* Petron. 44 (ib. Burm.) *jam pannos meos comedi.* Hom. Od. 13, 419. *βίοτον δὲ οἱ ἄλλοι ἔδουσι.* Alexis ap. Athenae. 14, 20. p. 654. Cas. *καταφαγεῖν αὐτὸς τοσοῦτ' ἀργύριον.* Menand. ib. 4, 18. *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καθὼς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους ἁπαξάπαντας, οὐ γὰρ τὴν γῆν μόνην.* Ibid. 8, 7. *Τοῦ δ'αὐτοῦ καὶ τὸν ἀγρὸν καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν* etc. Tales homines, qui festive hic describuntur, proprie *comedones, comedi* vocati sunt; Fest. p. 44. Exemplis supra v. 27. allatis adde Schm. ad h. l. Cort. ad Cic. Ep. ad Div. 9, 18, 6. 11, 21, 4. Vulp. et Doer. ad Catull. 29, 23. Valcken. ad Eurip. Hippol. 626. Kuinoel. ad Ev. Luc. 15, 30.**)

V. 41. *obeso Nil melius turdo.* Recte *Lambinus:* „Turdum et vulvam exempli causa posuit ut escas et gratissimas et lautissimas.“ De v. *obeso* idem laudat Gell. 19, 7. Ita Mart. 13, 92. *Inter aves turdus, si quis me judice certet — mattea prima.* Conf. Wüstem. ad Sat. 2, 5, 10. interpp. ad Athenae. 2, 23. 24. p. 65. Cas. (p. 249. Schwgh.) Humelberg. ad Apic. 4, 2. p. 120. Heins. ad Petron. 65. p. 323. (Burm.) O. Jahn. ad Pers. 6, 24. coll. Becker. ad Gall. I. p. 299. et Voss. Theol. gentil. 3, 92. — *volva ampla.* Intelligitur e triplici genere vulvarum vel ejectitia vel porcaria, quae utraque divitum in deliciis fuit, perperam alii, ut *Ascensius*, mammam porcinam cum lacte avulsam significari volunt; at hoc est sumen, *ὑπογάστριον*, quod saepe cum vulva, *μήτρᾳ*, confuderunt viri docti. Conf. Herm. ad Lucian. de Hist. conscrib. 56. p. 328.

---

*) Nota constantem posituram *Non hercule, non hercle, neque, nemo hercule, mehercule,* quam qui hodie scribunt fere negligunt. Ita Sat. 2, 7, 72. *Neque ego, hercule, fur.* Pers. 1, 2. *Nemo hercule! nemo.* Plaut. Asin. 2, 4, 44. *Non hercle te provideram.* Terent. Andr. 1, 2, 23. *Non hercle intellego.* Id. 4, 5, 36. Cic. de Or. 2, 42, 180. Id. in Epist. ad Div. 5, 16, 5. (15, 5.) 7, 32, 10. 8, 2, 2. 16, 4. al.

**) Ad eandem elegantiam nonnulli referunt Sat. 2, 3, 122. *ebibat heres,* neque male, ita Graeci quoque, ut Alciphr. 3, 33, 6. *παρθένιον δὲ ἡ ὑπόπωρος — — ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα.*

Rupert. ad Juv. 11, 138. Ita Antiphanes ap. Athenae. 8, 21. p. 100. *Μήτραν τινὲς πωλοῦσιν, ἥδιστον κρέας. Μήτρας ὁ Χῖος ἐστι τῷ δήμῳ φίλος.* Similia Hipparchi, Sopat. et Archestrati ibid. 21. et 22. p. 101 sqq. et omnino 3, 17. p. 96 sq. Alciphr. 1, 20, 1. *Σφόνδυλα πεπόνθαμεν· τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ — παρῆκτο* etc. Mart. 13, 56. *Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva capit.* Plin. H. N. 11, 37. *Vulva ejecto partu melior quam edito; ejectitia vocatur illa, haec porcaria.* *) Ibid. 8, 51. Rupert. ad Juv. 11, 81. Humelb. et List. ad Apic. 7, 1. Scalig. ad Cels. 2, 20. p. 606. ed. Kr. interpp. ad Plin. Epist. 1, 15, 3. Dorv. et Reitz. ad Lucian. Epigr. 12, 5. X. p. 117. Bip. = Fr. Jacobsius ad Del. Epigr. 11, 73, 5. Nonn. de Re Cib. 2, 4. coll. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 8. p. 261. et Böttig. „kleine Schriften." III. p. 224. („Antiker Küchenzettel." p. 217.) Neque talium rerum immemor fuit qui hanc omnem rem eleganter persecutus est *W. E. Weber* in „Tübing. Morgenblatt." 1843. N. 249—255. 262—267. („Ueber den altrömischen Tafelluxus.")

V. 42. *Nimirum hic ego sum* ut 6, 40. *Ne fueris hic tu.* Parum accurate *Wielandius:* „Tales nos summus homines. **) Poeta enim per jocum jam se Maenio ipsis verbis comparat. De simili

---

*) Apic. 7, 1. *Vulvae steriles. Laser Cyrenaicum vel Parthicum cum aceto et liquamine temperatum appones. — In vulva sterili. Piper, apii semen, mentham siccam, laseris radicem: acetum et liquamen.* Sterilem quoque significat Petron. 35. (ib. Heins. et Burm. p. 147.) *super Virginem, stericulam;* ibid. 70. p. 345. *Volueris, de bulba faciet piscem* etc., ad quem locum comparant Lamprid. in Heliogab. 21. *exhibuit et sumina aprugna dies decem tricena quotidie cum suis bulbis*, itemque Naev. ap. Macrob. in Sat. 2, 14. *Alteris inanem bulbam modicam dari, Alteris nuces in proclivi profundere*, ubi vid. interpp. p. 400. ed. Zeun., quanquam hic locus aliam sententiam habere potest, de qua disputat *Kluesmannus* noster ad Naev. p. 157. Verbum *bulbae* a *Freundio* in Lexic. omissum miror.

**) Quodsi *Piscator* aliique *Lambino* provocabulum *hic* apud hunc poetam semper ad id referri quod antecesserit dicenti patientes aures non accommodant, equidem *Lambinum* rem melius sensisse quam explanasse dixerim. Similis est locus ap. Cic. in Tusc. 3, 15, 31. *hic est enim ille vultus semper idem*, ubi *Klotzius* elegantiam Pronominis *hic*, ut 2, 2, 5. 3, 2, 4. recte enodavit. *Hic* enim in talibus tanquam praesentem, i. e. jam indicatam indeque vel notam vel definitam sive rei sive personae conditionem indicat, ut jure mireris, *Orellium* 1, 27. verba *his elementis* cum Daverio aliisque colo posito ad sequentia retulisse. Vide quae ad eum locum p. 49. annotavi

sententia cf. ann. ad 4, 15. 16. et *C. Passov.* p. XVIII. Hominum autem temporibus ita servientium calliditatem saepe vel per jocum vel severe notarunt veteres scriptores ut Aristophanes ap. Athenae 4, 17. p. 161. Cas., Lucianus in Timone 54. 55. et Alciphron in luculenta illa convivii descriptione 3, 55. Atque haud scio an *Diintzer* acutius quam verius *tuta et parvula*, i. e. „fundum non ita magnum, quanquam certa gaudia praebentem" iis opponat, *quorum conspicitur nitidis fund. pec. villis. Tuta* parabilia, quae magno pretio non stant neque fortunae vicissitudinibus subjecta sunt. *Schmidius* non incommode collato Bothio ad Od. 1, 1, 17.: „vilia, quibus nemo invidet." Qui verbum ad cibos solos referunt, ii comparant *securum olus* Sat. 2, 7, 30. Sed et *parvula* cum *Orellio* ad omnia bona externa referes. — V. 43. *inter vilia fortis. Cruquius* aliique: „Stoicus;" *Baxterus:* „magniloquus, alter Hercules;" immo *fortis* in tali re est, qui fortunae angustias aequo animo fert, ut Sat. 2, 2, 35. De verbo *unctius* (v. 44) i. e. lautius cf. ad 14, 21.

V. 45. 46. *Vos sapere — pecunia villis.* In verbis: *Vos sapere et solos ajo bene vivere* ridicule descriptam senties veram vitae sapientiam et vitam ipsam beatam, qualis est dicti illius *μεμάθηκε ζῆν* ap. Athenae. 3, 23. vel Epicuri ibid. 12, 12. *Ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή· καὶ τὰ σοφὰ τὰ περισσὰ ἐπὶ ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν*, vel verbi *εὐωχεῖσθαι* ap. Xenoph. Mem. Socr. 3, 14, 7., vel Ciceronis de Fin. 2, 8, 24. *Hos ego asotos bene quidem vivere, at beate nunquam dixerim.* Conf. annot. ad 6, 29. 56 sqq. 8, 4. Muret. Opp. III. p. 165. Sententiae vim mire auget illud *ajo* graviter asseverans ut *inquam* in Eleg. ad Val. Messal. 55., ubi *Wernsdorfius* hunc locum comparat. Verba autem *quorum Conspicitur nit. fund. pecunia villis* stabiles i. e. amplissimas, quales quidem e villis bene cultis apparent, divitias probant. *Nitidae* autem neque sunt marmore candentes, neque per se opimae, fructuosae, sed magnificae, divitiis splendentes (Sat. 2,

---

et conf. *Ellendt.* ad Cic. de Or. 2, 1, 3. Sed de hac omni re accurate disputarunt *Wagner* in Qu. Virg. XX. et *Reisigius* in „Vorlesungen" etc. §. 207. ibiq. *Haase* N. 365., de consuetudine Horatiana *Läbker* ad Od. 3, 5. p. 385. coll. 3, 10. p. 433. et nostr. annot. ad Epist. 6, 3. De ratione *δεικτικῶς* sumenda ut Sat. 1, 9, 47. et Terent. Andr. 2, 1, 10. (*Tu si hic sis*, ubi Bentlejus Adverbium vidit aliter sentiente Handio ad Tursell. III. p. 82) hic disputare non attinet.

5, 12.), quales imprimis tum erant *villae urbanae, praetoria* [Suet. Aug. 72. Tib. 39. Calig. 37. Tit. 8. Pallad. R. R. 1, 8. Becker ad Gall. I. p. 301. N. 20.]. Hinc non assentior *Turnebo* (Adv. 27, 16.) explicanti, „certiores esse opes eas, quae villis et agris, quam quae nummis aut rebus moventibus constitutae sint," neque *Dan. Heinsio* „*nitidas* villas oppositas *rusticis* dicenti, ita ut Horatius intolerabilem Romanorum in praetoriis luxum et ut Varro (1, 13.) dicat, indomitam libidinem notaverit, eos sapere ratus, qui non in villarum (rusticarum) fructibus, verum in splendore praetoriorum et luxu suarum pecuniarum ac rerum fundamenta haberent," neque *Despresio*, qui cum aliis „villam proventus certos referentem," neque *Dacerio, Sanadono, Walckenaerio*, qui „amplos reditus ab optime cultis agris percipi posse" in *pecunia fundata* vident. *Heinsio* assensus est *Schmidius* meus; aliter i. e. cum *Turnebo* propemodum sentiunt *Orellius* et *Merkelius*, quum „fortunas in villis bene ac tuto collocatas esse melius utique, quam si in fenore positae essent" dicunt. At si quid ego video, non id egit Poeta, sed ut omnino divitum fortunam bene certam utpote in praediis magnificis conspicuam instabili atque angustae tenuiorum hominum sorti opponeret. Sententia igitur est: „Vita vere frui vos solos dico, quorum ex villis res magna nitet. Etenim fortunae vestrae ita constitutae sunt, ut εὐφραίνεσθαι καθ' ἡμέραν possitis." Verborum autem usum forensem, qui est ap. Cic. pr. Rab. Post. 1. *fortunas fundatas atque optime constitutas* premere noli. Ea festive *Numonium Valam* hominem divitem *) eumque villae cujus-

*) Nostrates dicunt: „deren soliden Reichthum man in der Pracht ihrer Villen gewahrt." Atque haud scio an ne illud quidem, ita ut verbum *fundata* pro Praepositione *in* augendae orationis causa positum sit. De Adjectivo *nitidus* externam divitiarum speciem magnificentiamque indicante vide Broukh. et Diss. ad Tib. 4, 1, 183. Gierig. ad Ovid. Met. 11, 764. coll. Bach. ad 2, 795, similiter *superbus* Od. 1, 35, 3. 2, 14, 27. De iis, qui parum solida fundamenta posuerunt, eleganter Lactant. Inst. 5, 1, 9. *quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata et fixa sententia.* Liv. 2, 7, 10. *Adeone est fundata leviter fides*, ut etc. Contraria sententia Ovid. Met. 14, 583. *bene fundatis opibus crescentis Jüli.* Quintil. Declam. 9. p. 160. *hoc fundatam paternis avitisque opibus domum exhaurit.* Cf. Plin. Epist. 4, 21, 3. Tacit. Hist. 2, 76. Sententiam Poetae igitur non assecutus est interpres *Günther*: „Der sein gesammeltes Geld anlegt an prächtigen Villen." Melius *Passovius*: „deren Sichergegründetes Gut herscheint aus glänzenden Villen." Non placet *Vossius*: „Deren gegründetes Geld anlacht in

dam nitidae possessorem (cf. Bake ad Cic. de Legg. 2, 1, 3.) nobis indicant. Num Horatius hoc callido hujus Epistolae involucro se ipse invitarit, quis est qui pro comperto habeat?

---

glänzenden Gütern;" neque *Merzdorf*: „Welche ihr Geld hübsch sicher verwenden auf herrliche Villen." A vero abest *Scheller* quoque: „O Ihr allein seid weis' und lebet beglücket, Die ihr Geld in glänzenden Gütern gegründet erblicken!" De *Merkelio* diximus supra; is: „Ihr nur habet Verstand und Lebensgenuss, bei welchen das Geld wir Sehen gegründet im festen Besitz hellglänzender Villen." *Campenon*: „O vous, dis-je alors, dont le revenu se fonde sur de belles métairies, je ne connais que vous d'heureux et de sages." Sat prata biberunt!

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XVI.

AD QUINTIUM.

Ne perconteris, fundus meus, optime Quinti,
Arvo pascat herum, an bacis opulentet olivae,

Ad Quintium. Mss. et edd. vulg., ut Bern. *) D. Ambros. B. P. Edd. Flor. 482. Venet. 483. 86. 92. Lips. 492. 98. 502. al. *Qu. Hor. Fl. Quintio S.* Ms. Gott. 2. Edd. Med. (princ.) et 474. 76. (Lavagn.) 77. Ven. 77. 79. 81 (*Quinto*). *Ad Quintium amicum suum.* Ed. Cadom. 480. *Ad Quinctium.* Ms. Dess. 2. *Ad Quintium de situ agri sui.* Mss. Lips. 2. 3. De mss. Monacens. non liquet. Alii, sed perpauci: *Ad Quinctium.* — V. 1. *Nec perconi.* Ed. Dorigh. — *perconteris, percuncteris* (Berol. 1. 2. Dess. 2. Gott. 2. Lips. *perct*). Solemnis librorum mss. et typis descriptorum varietas, de qua vide ad 8, 14. — *Quinti*, non *Quincti.* Mss. Orell. bSedE. Berol. 1. 2. Dess. Guelf. et Lips. omn. Gott. 1. 2. Rudolst., Bern. reliq. et Ambros. A. B. C. D. H. N. O. de Monacc. non liquet. Edd. vet. fere omn., etiam Bentl. Meinek. Jahn. Dillenb. al. *Quincti.* Ita scriptum esse in cod. antiquiss. Bland. testatur Cruq. Edd. Cruq. Lamb. Torr. Fe. Schm. Orell. al. complures. Nummis autem scripturam antiquam fere ubique servantibus orthographia scriptorum doctrina politorum non videtur mutanda esse, quapropter non assentior neque *Orellio* ad h. l. neque *Ellendtio* ad Cic. Brut. 62, 223. ed. alt. — V. 2. *Ervo.* Edd. Rodell. et Batt. 753. Sic et

*) De Bernensibus et Ambrosianis, quos in hac quidem Epistola in usum nostrum convertimus, dixit *Ferdinandus Hauthalius*, de his in Jahnii Jbb. 1830. II. (XIII) 4. p. 427 sqq., de illis in Seebodii „Archiv" 1829. N. 56. p. 221 sqq. Hauthalii A. B. C. sunt Orellii b. d. c. De scriptura *Quintii* ibid. 1832. I. 4. p. 583 sq. plura congessimus. Eam probat O. Jahn. ad Pers. 1, 73.

Pomisne, an pratis, an amicta vitibus ulmo,
Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri.

conjecit Zach. Pearce. (Seebod. Bibl. crit. 1820. p. 862.) Perperam, v. Commentar. *Arvi.* Ms. Corbei. *Parvo.* Mon. f. — *erum.* Ms. Goth. — *bacis.* Mss. Cruq. (praeter Martin.) Gesn. 3. Orell. bSEcd. (hic c a 2. m.) Ambros. ACDFHP. Dess. Gott. Lips. omn. et Goth. una cum Guelf. 1. 3. et Ik. 1. Edd. Ven. 477. 79. 81. Ald. 501. 19. Junt. 514. al. Lamb. Bersm. Oberl. Orell. Dillenb. *baccis.* Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. al. complur. et e recentt. Fe. Schm. Meinek. Illam scripturam et alias ut in Boeth. de Cons. phil. 3, metr. 3, 3. in codd. ABC repertam (ut mihi indicavit filius meus) tuentur Wolf. ad Cic. Tusc. 1, 14. Goer. et Moser ad Cic. de Legg. 1, 8. 2, 8. Gernh. ad Cic. Cat. mai. 2, 5. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 51. Wagn. orthogr. Vergil. p. 418. Maj. ad Front. II. p. 303. ed. Frkf. Th. Obbar. ad Prudent. Cath. 3, 55. p. 10. aliter sentientibus Ellendt. ad Cic. de Or. 3, 38, 154. et Conr. Schneid. Elemtrl. p. 401. — *opulenter.* Mss. Berol. 2. Guelf. 3 (*opulentus* 4.). Mon. l. Ed. princ. ap. Comb. Lips. 492. 98. 502. 8. 10. 14. Ven. 498. 520. Loch. 498. Thann. Asc. 499. 506. 11. Colon. 510. Fabr. 578. Pulm. 581. Recte quidem ex ea consuetudine dicendi, quam observavi ad 1, 41. coll. Schm. ad 2, 1, 21. 25., sed librarii aut offensi sunt novo verbo, aut inviti commutarunt r et t. Cf. Drak. ad Liv. 5, 55, 3.

V. 3. *Pomisne.* Mss. Cruq. omn. praeter tres. Comb. B. C. F. Bad. 1. Pott. omn. praeter duos. Ik. 1. 4. 5. 6. Orell. bScd. Guelf. omn. Bern. reliq. Berol. 1. 2. Dess. et Lips. omn. Goth. Gott. 1. 2. Dorv. 1. 2. Corbei. Rudolst. Mon. a. b. c. e. f. l. m. (g. omisit *ne*) Vict. Ambros. A. B. C. D. F. H. P. Edd. vulg. *Pomisve.* Mss. Cruq. 1, un. 6. 3. Comb. duo. Pott. 15. 18. Edd. Cadom. 480. Loch. 498. Cruq. (qui def.) Gesn. Oberl. Comb. Bad. Jahn. Web. Meinek. — *an pratis.* Mss. Cruq. 1, un. 3. 6. Torr. tres. Pulm. 1. Bersm. un. Bentl. aliquot. Valart. duo totidemque ut videtur ap. Comb. Fe. 1, t. 2, g. h. i. 6, c. 7, b. Guelf. 3. Dorv. 1. Goth. Monac. a. b. c. (sed correxerunt *et prat.*) d. Ambros. F. et duo Parisin., ut mihi indicavit (I. 3.) *Hauthalius.* Edd. Bentl. (qui restituit et exemplis illustravit, cf. 11, 6.) et recentior. fere omn. *et pratis.* Mss. aliorum et nostri reliq. Edd. omn. usque ad Bentl. et post Dac. ed. Paris. 752. Bad. Pott. — *et amicta.* Ms. Mon. e. Ambros. B. *amica.* Ms. Guelf. 2. Mon. b. (sed corr. man. recens *amicta*) Ed. Ven. 486. *victa.* Ms. Comb. C. Dorv. 1. *juncta* Orell. S. — *victibus.* Dess. 3. ut Parisin. 1. ap. Pott. sed *c* expct. Bothius *Pomisve* i. e. aliis pomis recipiendum censet, praefert tamen *Pomisque.* Non male quidem, at particula *ne* magis apparent opposita. De confusis *an* et *et* cf. Bentl. ad Sat. 2, 4, 10. A. P. 116. 237., de conf. *ne* et *ve* annot. ad 11, 3.

V. 4. 5. 6. *Scribentur.* Mss. Fe. 2, i. 6, 3. Guelf. 2. Berol. 2. Monac. l. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. 8. 10. 14. Loch. Thann. Asc. Britann. et Colon. 510.; etiam alias laudat Fea. Singularem restituit Ald. 501.

Continui montes, ni dissocientur opaca
Valle, sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol,
Laevum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid, si rubicunda benignae

Conf. ad 2, 48. Fe. et Hoched. ad A. P. 9. — V. 5. *ni diss.* Mss. Pulm. 1. 4. 10. Torr. plur. Bersm. quat. Oberl. C. D. Comb. C. F. G. Fe. 1, a. d. t. (a 1. m.) 2, c. d. h. i. 3, a. d. 5, a. f. Ik. 1. 5. 6. Pott. omn. Orell. omn. Berol. 1. Dess. 1. 3. Lips. 2. 3. Dorv. 2. Corbei. cod. Mentel. (de Gothano non liquet) Monac. oms. praeter quat. (b. g. l. m. Vict. *nisi*). Bern. reliq. et Ambros. A. D. F. N. P. Edd. Cadom. 480. Talb. Bentl. Cun. (Animadv. c. 8. p. 76.) Fe. Pott. Orell. al. complur. *nisi diss.* Mss. reliq. et edd. vulg. ante Talb. et post eum Dac. San. Gesn. Sivr. Oberl. Comb. Zeun. Wetz. Wakef. Bad. Daru. Ik. Camp. Doer. Charp. Amar. Ita et locum laudant Acr. et Schol. Cruq. ad Od. 1, 17, 11. — *dissociantur.* Ms. Berol. 1. Mon. 1. Ed. Cadom. 480. — V. 6. *aspiciat*, non *adsp.*, mss. Bern. Paris. Dess. Gott. et Lips. omn. Edd. sec. XV. omn. Vide de hac scribendi ratione Priscian. 2, 1, 7. p. 59. Kr. Pass. ad Tac. Germ. p. 3. Krits ad Sall. Cat. 47, p. 213. Libdem. ad *Select. e poet. lat. carm.* p. IX. — *Sol* litera maj. aliq. edd. ut Bentl. Cun. Jon. Orell. al.

V. 7. *discedens.* Mss. et edd. vulg. *decedens.* Ms. Ik. ut videtur 5. et Ambros. H. Ed. Bentl. de conjectura, quem sequuntur Cun. San. Merv. Jon. Sandb. Franc. Bauk. Gesn. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Wetz. Haberf. Daru. Praedic. Hunt. Both. Jaeck. Doer. Charp. Amar. Sic et locum laudat Forcellin. v. vaporare. *descendens.* Mss. duo ap. Bersm. et Oberl. aliq. Bentl. Valart. un. (Sorbon.) Fe. 3, c. d. 7, a. Lips. 2. Corbei. Mon. g. Ambros. A. Edd. Loch. (sed habet *discendens* ut cod. Guelf. 2., contra *decedens* Ik. 4.) Lips. 510. — *cursu.* Ms. Blandin. ap. Cruq., sed cf. Drak. ad Sil. 16, 334. Cort. ad Lucan. 7, 3. — *fulgente.* Ms. Bern. F. — *vaporat.* Ms. Ik. 4. Ambros. F. — Bentlejana illa conjectura optime quidem describit solem ad occasum declive iter tenentem et mox plane evanescentem, ut docent exempla a Bentlejo allata coll. Hom. Od. 15, 471. Virg. Ge. 1, 450. Ovid. Met. 4, 91., sed *discedens* hic opponitur *venienti* ut Cic. N. D. 2, 7, 19. De permutatione illorum verborum vid. Fe. ad 20, 5. A. P. 378. Drak. ad Sil. Ital. 17, 1. Bünem. ad Lactant. Inst. 4, 21, 2. Cort. ad Lucan. 3, 632. 6, 451. Bach. ad Tib. 1, 2, 19. Similiter *discedere* et *incedere* opponuntur Sall. Jug. 41, 3., ubi vide Herzogium.

V. 8. *Quid? si rub.* Sic dist. multae edd. ut Ald. Junt. Glar. Pulm. Cruq. — — Fe. Doer. Pott. Charp., sed perperam, vid. ann. ad 1, 97. p. 20. Schmid. ad h. l. Hess. ad Tac. Dial. p. 189. *Quod si.* Mss. Lamb. 1, duo. 2. 3. 6. Cruq. 6. 9. 3. Pulm. 8. 10. Bad. 1. Fe. 6, c. Guelf. 1. Dorv. 1. Mon. c. d. e. g. (ex corr. *qui si*) Bern. B. = Orell. d. Hinc Cruquius hic et v. 9. legi mavult: *quod ni*, i. e. „perinde ac Tarentina vallis non corna, pruna, glandes ceteraque silvestria, sed fructus meliores proferat.“ *At si.* Ms. Fe. 1, a. (a 1. m.)

Corna vepres et pruna ferant? si quercus et ilex

— *rubricunda*. Ms. Orell. c. — *benignae*. Mss. Bentl. 6. 2. Fe. 5, e. (a 2. m.) Bern. A. (*e* unco suppos.) Paris. B. φ. (a 2. m. in *i* corr.) γ., quam msstorum libr. scripturam in Bern. et Paris. repertam mihi indicavit *Ferd. Hauthal*. Edd. Hoched. Passov. *benigni*. Ms. Pulm. 1. Cruq. 7. 1, duo. Bentl. 5. 6. 8. 7. Val. quat. Bad. 1. Fe. 1, z. (a 2. m.) 2, c. (a 1. m.) 5, e. (a 1. m. ?!) f. Pott. 1. 7. 20. Ik. ut vid. omn. Orell. Sc et per corr. E. e nostris Guelf. 4. Dess. 2. Goth. Lips. 3. Mon. b. d. g. Ambros. F. Edd. Bentl. (qui def.)., quem seq. recentior. plurimi. *benigne*. Mss. reliq. et al. et nostr. Edd. vulg. etiam Dac. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Praedic. Camp. Doer. Charp. Amar. At lectio mater *benignae* est, id quod recte sensit Fea, quem ob eam causam reprehendere non debebat Bothius. Ex diphthongo facile orta est lectio *benigne*, quod sciunt omnes talium rerum non imperiti. Scriptura autem *benigni* non tam ab errore librariorum *e* et *i* permutantium [Both. ad Od. 3, 2, 1. et Terent. Heaut. 1, 1, 113. Drak. ad Liv. 9, 24, 10. Cort. ad Lucan. 4, 586. Beier. ad Cic. Oratt. Fr. p. 150.], quam a temerario mutandi consilio eorum profecta videtur, qui Feminino offensi erant. Hoc idem accidit Bothio Virg. Ge. 3, 444. comparanti. At vide ibi Forbig. et ad Lucret. 4, 60., in quo loco *vepris* Femininum est, quod idem testatur Deminutivum *veprecula* et Priscian. 5, 8, 42. Cf. Cuning. Animadv. c. 16. p. 304. Conr. Schneid. „Fermesl." p. 95. et de brevi penultima ap. solum Hor. obvia ejusd. „Elementarl." p. 679. Ceterum Adjectivorum collocatio talis est, qualis Sat. 2, 5, 53. Epist. 2, 2, 74. Od. 1, 31, 5. coll. Dillenburg. Quaest. Hor. I. et II. p. 133 sqq. Cort. ad Lucan. 1, 18. Receptam scr. approbant Schmid. in Jahn. „Jbb." 1831. III. 1. p. 17. et Bach. in Zimm. „Zeitschrift" 1834. Nr. 130 aliter sentiente Bährio in „Heidelb. Jbb." 1830. Nr. 32. p. 507.

V. 9. *prima*. Mon. f. — *ferant*. Mss. et edd. vulg. *ferunt*. Guelf. 1. Ambros. aliq. Ed. Bentl. ex conject., quem seq. edd. Traj. ad Rhen. 713. Cun. San. Baxt. Merv. Jon. Gesn. Franc. Dorigh. (ex errore typoth. *ferant*) Bask. Sivr. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Wetz. Haberf. Daru. Zeun. Hunt. Both. Ik. Doer. Zell. Mein. Charp. Amar. *ferent*. Mss. Fe. 1, k. 2, c. 3, a. Mon. l. Rudolst. Bern. E. Edd. princ. ap. Fe. Ald. 501. Junt. 514. 19. Lips. 502. 8. 10. Arg. 515. Bentlejana illa conjectura a Bauero quoque ad Sanct. Min. II. p. 223. approbatur; mirus sane tot virorum doctorum in illa lectione consensus, quanquam Bentlejus ea Conjunctivi notione inductus est, quam hodie in hoc quidem loco aspernantur ipsi Grammatistae. Conf. nostr. annot. in Seebodii „Archiv" 1832. p. 464. — *si quercus*. Mss. duo Bersm. Pulm. 1. 7. Orell. E. Berol. 1. 2. (?) Goth. Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Guelf. omn. Lips. omn. et ut vid. cod. Mentel. Mon. a. b. c. d. Bern. F. Ambros. omn. praeter un. et mss. reliquorum, qui tacent. Edd. Lamb. Muret. Cruq. (in annotat., non in text.) Min. Torr. Bersm. Talb. Bentl. etc. *et quercus*. Mss. quat. ap. Pulm. quat. ap. Bersm. Orell. omn. Mon. e. f. g. l. m. (g addit: vel si). Rudolst. Ambros. C. Edd. Med

Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra? 10
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam nec purior ambiat Hebrus.
Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo.

(princ.) et 474. 76. 77. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 98. 520. 49. 55. Cadom. 480. Lips. 492. 98. 502. reliq. Loch. Thuan. Paris. 498. 528. Asc. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Colon. 510. Argent. 515. Bas. 520. 27. 545. 80. Vascos. 545. Glar. Irenic. Xyl. Fabr. de Biedm. Cruq. Zurck. *ni quere.* Mss. Blandinii ap. Cruq., qui probat. Varietas scripturae orta est ex similitudine literae *s* et *t* in scriptura Langobardica. Particula autem repetita *si* ea cumulantur, quae *κατὰ μεγεθος* enumeranda sunt. Cf. Beier ad Cic. Oratt. Fr. p. 194.

V. 10. 11. *juvet.* Mss. aliorum plurim. et e nostris Ber. 2. Dess. Gott. Lps. omn. Goth. Corbei. Ment. Rudolst. Mon. omn. praet. un. Ambros. A. F. H. N. P. Bern. A. B. C. D. E. (a 2. m.) f. F. Guelf. 3. 4. Edd. vulg. *juvat.* E nostris Ambros. reliq. Mon. g. Berol. 1. Guelf. 1. 2. Bentl. 8. 15, b. Bad. 1. Fe. 2, i. 3, c. 5, a. (a 1. m.) 6, c. Ik. 6. Pott. 12. Orell. SE. Ed. Bentl., quem seq. v. 9. enumerati. — Pro *fruge* Bauer ad Sanct. Min. II. p. 223. conjecit *fronde.* — V. 11. *Discas.* Ms. Guelf. 2. — *addictum.* Bern. D. Ed. Loch. 498. *adoctum.* Ms. Fe. 2, i. *abductum.* Fe. 7, b. — *florere.* Ms. Bersm. an. — *Tarentum?* Sic dist. aliq. edd. ut Glar. Muret. (577) Redell. — V. 12. *ut ne.* Ms. Mon. c. De particula nec in fine versus ut 7, 35. posita conf. *Kirchner* ad Sat. p. XXXIV. *Schmidt* ad Juv. 8, 217. et *Lachm.* ad Propert. p. 366.

V. 13. 14. *Threcam.* Ms. Leid. vetustiss. ap. Heins. ad Ovid. Trist. 4, 1, 21. Ed. Cuning. (Conf. Rutgers. Ven. Lectt. 28. p. 401. et annot. ad 3, 3.) — *ambigat.* Ms. Bad. 1. — *Ebrus.* Ms. Dess. 3. Guelf. 1. Bern. D. G. Edd. Ald. 519. Junt. Ven. 520. al. Cf. l. l. *Hebros.* Ed. Cuning. — V. 14. *fluit utilis, utilis.* Mss. Lamb. et Cruq. ut vid. omn. Pulm. quat. Bersm. duo. Oberl. C. D. pr. Comb. C. F. Bad. 1. Ik. 6. Orell. b8Ecd. Guelf. 3. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Ment. (?) Mon. oma. praeter tres, Bern. G. Ambros. A. al. mss. ap. Talb. Fe. et Pott. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Bas. 520. 27. 45. 80. Glar. Lamb. Muret. Cruq. Pulm. Fabr. (qui def.) Torr. Bersm. T. Fab. Zurck. Talb. Bentl. Maitt. al. *aptus et utilis.* Mss. Pulm. 4. 11. aliq. ut vid. Torr. Bersm. quat. Val. sedecim. Gem. 3. Oberl. D. (per correct.) Comb. B. D. G. Altd. ap. Haberf. Fe. 1, c. (a 2. m.) g. i. k. m. o. p. q. r. t. 2, b. f. (a 2. m.) i. 3, a. c. d. 5, e. f. 6, a. b. 7, a. Pott. 1. 10. 12. 15. 16. Ik. 1. 4. 5. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. 2. Dess. 3. Gott. 2. Lips. 2. Mon. d. (a 2. m.) l. m. et Vict. Bern. D. E. F. f. Ambros. B. C. D. F. H. O. P. Edd. vet. ap. Maitt. Comb. et Fe. etiam Lips. 492. 98. 502. reliq. Loch. 498. al. et e rec. Fe. (qui def.) Jaeck. Jahn. Web. Meinek. At haec scr. mera librariorum correctio, quibus repetitio verbi hic ut alias fraudi fuit, videtur esse. Conf. Heins. ad

Hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae
Incolumem tibi me praestant Septembribus horis.
Tu recte vivis, si curas esse quod audis.
Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum;
Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas,
Neve putes alium sapiente bonoque beatum,
Neu, si te populus sanum recteque valentem

Sil. 15, 362. J. Gronov. ad Liv. 9, 9, 1. Cort. ad Lucan. 1, 225. annot. ad 1, 21. p. 45. Receptam def. praeter Schm. et Orell. ad h. l. Bach. l. l. p. 1042. Sic Juv. 14, 71. *utilis agris, Utilis et — — rebus gerendis. — utilis arvo.* Ms. ap. Talb., unde sumpsisse videtur Jones in extrem. libr. p. 34.

V. 15. *Hec.* Ms. Mon. g. — *etiam, si cred., am.* Edd. vulg. ita, ut verba *si credis* vel parenthesi vel commatis includant. Bothius sic: *dulces (etiam, si cr. am.) Incol.* Hanc scr. *Jo. Clericus* quoque tuetur in Seebod. et Friedem. Miscellan. critt. 1822. III. p. 544. *et si jam.* Ms. Fe. 7, b. *et jam si.* Ms. Fe. 1, z. mss. ut vid. exc. uno (D) ap. Comb. omn. ut vid. ap. Ik. Pott. Oberl. (quatenus de suis tacent, non Bad., cujus ms. 1. *etiam* habet) aliq. Ambros. et Guelf. 2. *et (jam si credis).* Ed. Bentl. ex conjectur. [i. e. „si jam credis, dulces esse et amoenas, postquam scil., ut pollicitus sum, descripta est tibi forma" etc.], quem seq. anonym. Traj. ad Rhen. Batt. Haberf. Meinek. et ipsis verbis approbat Baxter. *et jam, si credis, am.* Ed. Gesn. [i. e. „hoc ipso tempore, quo scribo, debeo valetudinem agello meo, tempestate alias gravissima"], quem seq. Oberl. Comb. Zeun. Wets. Bad. Praedic. Ik. Pott. Camp. Doer. Zell. Charp. Amar., approbat Meadowcourt ap. Duncomb. II. p. 602. [„hae latebrae sunt amoenae hac tempestate, vel auctumno, vel ipsa hieme."] Gesneri interpretationem latinam esse recte negat Fea. Ab illa scr. non prorsus abhorret Fr. Jacobsius, quum Graecorum dictionem ἤδη δὲ καὶ comparat. Doeringius conjecturam: *et tam, si credis, am.*, rejecit ipse in ed. min. Vocabula autem *etiam* et *et jam* fere ubique aut diducta aut contracta esse docent Schm. ad h. l. Bentl. ad 7, 75. Cort. ad Sall. Cat. 52, 25. Drak. ad Liv. 1, 47, 9. 24, 5, 9. Jahn. ad Virg. Aen. 11, 374. interpp. ad Quintil. Inst. 2, 7, 3.

V. 16. *Incolomem.* Ms. Pulm. 1. Bersm. duo. Dess. 3. Goth. *Incolumen.* Ms. Orell. b. Gott. 1. Ambros. D. Paris. A. (Pott. 1.) Edd. Ven. 481. 520. 49. Asc. 511. 28. Jahn. 1. Meinek. Amar. (Paris 838). — *Incol. tibi pr. me.* Ms. Guelf. 1. *Inc. pr. tibi me.* Ms. Bern. F. — *praestent.* Ms. Fe. 1, i. Ik. 5. Guelf. 2. Bern. B. D. G. Edd. Cun. Francis. — V. 17. *vivis; sic cur.* Ed. Praedicov. — V. 18. *Jactemus.* Ms. Orell. d. *Lactamur.* Bad. 1. *Jactantur.* Ik. 5. *Jam pridem jact. te.* Ed. Cadom. *Jact. nos jam prid. te omnis* etc. Ms. Mon. e. *prid. animis.* Mon. l. — V. 19. *ne de te cui plus tu.* Mon. e. — V. 20. *beatum.* Propter hoc verbum laudat v. Charisius lib. 4. p. 159. Lindem. — V. 21. *Seu si.* Mon. b. *Non si.* Mon.

Dictitet, occultam febrim sub tempus edendi
Dissimules, donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat et his verbis vacuas permulcebat auris:
„*Tene magis salvum populus velit, an populum tu,*
Servet in ambiguo, qui consulit et tibi et urbi,
Juppiter“; Augusti laudes agnoscere possis:

i. l. *Nec si.* Guelf. 2. — *te si.* Ed. Cuning., ut Sat. 1, 1, 14., sed cf. Jahn. ad Epist. 1, 20, 8. — *recte saneque valentem.* Ms. Mon. e. — Ceterum vv. 19—23 Praedicovius ita componit: *Sed vere ait, ne — beatum? Neu — incidat unctis?*

V. 22. *Dicat et.* Ms. Mon. f. — *febrim.* Mss. ut vid. aliq. Feae, Orell. 8. Edd. Ven. 492. Fe. Jahn. Web. Meinek. *occultas febres.* Ms. Bern. f. Ed. Cadom. 480. Non male, vid. ann. ad 2, 48. p. 121. et de forma *im* Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 591. — *sub pectus.* Ms. Ik. 1. Goth. et Mon. i. — *habendi.* Ed. princ. ap. Gesn. et Comb. — V. 23. *Dissimiles.* Mss. Ik. 1. 5. Bern. E. G. (sed corr. u). Ed. Med. 474. De utraque forma recte disputat Freund in Lex. v. *assimulo.* — *febris incidit.* Ms. Mon. e. *indicat.* Ms. Ik. 4. [Sic *domus* et *modus* 4, 11. *Numici* et *Minuci* 18, 20. cf. Drak. ad Liv. 39, 13, 3.] — *unctus.* Bern. E. — V. 24. *malus pudor.* Ms. Guelf. 2. Bern. F. Ed. Cadom. 480. — *hulcera.* Gott. 2. Ed. princ. Med. et 476. Ven. 477. 79. 81. al. *viscera.* Mon. f. — *celet.* Dess. 2. — V. 26. *vacuas verbis.* Ms. Ambros. H. Ed. Cadom. *vac. dictis.* Cuning. — *demulcebat.* Ms. un. ap. Bersm. quat. ap. Val. et un. ap. Fe. (3, a.) — *auris.* Sic Gott. 1. Bern. C. — V. 27. *sanum.* Ms. Ik. 4. — *aut populus.* Ms. Fe. 7, a. *aut populum.* Mon. h. Vict. c. — V. 28. *Servat.* Ms. Fe. 3, c. (a 2. m.) Lips. 1. Edd. Asc. Colon. 510. Muret. de Biedm. Recte autem Conjunct., uti apparet ex Porphyr. et Schol. Cruq., cf. Lambin. — *consulet.* Ms. Fe. 1, z. Dess. 1. 3.

V. 29. *Juppiter.* Sic quidem ex nostris Berol. 1. 2. Dess. 1. Goth. Gott. 1. Lips. omn. et ut vid. Mon. Bern. A. C. Ambros. B. D. Recepi hanc formam non tam ex nummorum in geminata litera consentientium (Rasch. Lexic. II. 2. p. 1173) auctoritate aliorumque monumentorum testimonio, quam ob verbi originationem, quam veteres ipsi erroris opinione sibi finxerant (Cic. N. D. 2, 25, 64. Gell. 5, 12.). Simplicem autem literam pro meliore scriptura habendam non infitior. Conf. Ramsh. in Jahn. „Jbb.“ 1827. I, 4. p. 94 sqq. et M. Schmidt ibid. 1830. J, 3. p. 333 sq. Beier. ad Cic. Offic. 3, 28. p. 376. — *cognoscere.* Ms. Fe. 7, b. Ambros. F. et Porphyr. Ed. Bas. 545. — *posses.* Ms. Bad. 1. Ik. 1. Guelf. 2. Dess. 3. Mon. d. Bern. F. Ambros. D. *poscis.* Mon. l. *posis?* Sic dist. Ald. 519. Asc. 519. Bas. 545. 80. Glar. Muret. Xyl. Fabr. Pulm. Bersm. compl. al. e recentt. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Fe. Praedic. Pott. Deer.

Quum pateris sapiens emendatusque vocari,
Respondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe
Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet, ut si
Detulerit fascis indigno, detrahet idem.
„Pone, meum est;“ inquit. Pono tristisque recedo.

Charp. Amar. At haec sine interrogationis nota legenda esse viderunt jam Lamb. Cruq. et Torr.; posita enim illa aut sententia in negationem contra scriptoris mentem exit, aut *agnoscere* pro sibi ascribere accipiendum est. Conf. Markl. ad Stat. Silv. 4, 6, 23. Bach. ad Ovid. Met. 2, 183. Kritz. ad Sall. Cat. 47, 3. Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 21, 58.

V. 30. *Qui pateris — vocari?* Sic dist. Praedic. *poteris sep.* Mss. duo ap. Bersm. Oberl. C (a 1. m.) Guelf. 2. Berol. 1. (a 2. m.) Dess. 1. Lips. 2. (a 1. m.) Mon. a. (cum gl. *num quid*). *cupias.* Mss. Pulm. 1. 10. duo ap. Bersm. sex ap. Val. ms. Bos. Comb. C. D. Ik. 6. Fe. duo (*et cup.*) Orell. bSc. (sed in hoc superscr. *pateris*) Guelf. 2. 3. Dess. 2. 3. Gott. 1. 2. Derv. 1. 2. Lips. 1. (a 1. m.) Mon. b. f. g. Bern. E. Ambros. A. C. D. O. *cupies.* Mon. m. Ed. princ. ap. Gesn. et Comb. atque Mediol. 474. ap. Maitt. At in priore scr. aut calamo aberrarunt aut offensi sunt structura *pateris sapiens voc.*, de qua vid. Lamb. ad Od. 1, 2, 43. et Schm. ad Epist. 1, 5, 15. — *notari.* Ms. Mon. e. *videri.* Guelf. 1. Ed. princ. ap. Comb. Med. 474. Cadom. 480. Ald. 501. — V. 31. *nomine: „Nempe — — ac tu?“* Sic dist. Jahn. — *agnoscere possis? Resp. — — nomine; nempe*, i. e. tibi ipsi credis? *Vir bonus — — ego et tu?* Jam. Tunstall. ap. Duncomb. II. p. 601.

V. 32. *ac prudens.* Ms. un. Bersm. un. Comb. (B) Guelf. 2. Berol. 2. Dess. 1. Rudolst. Mon. c. l. Edd. s. XV. Ald. 501. Lips. 502. 8. 10. 14. Gymn. 541. Bas. 545. 80. Asc. Cruq. San. Merv. Franc. al. cf. v. 73. *et prudens.* Ald. 519. Argent. 515. Bas. 527. Lambin. al. — *sapiens.* Mss. Comb. C. D. Ik. 4. Bern. F. — *delector dici.* Guelf. 2. Ambros. B. — *et tu.* Ms. Bersm. un. Bern. D. E. *attu.* Guelf. 2. — *delector. Ego, ac [Ego ac] tu.* Edd. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Pott. Bipont. 828. Doer. Charp. Amar. Hunc v. delet Guyetus. — V. 33. *auferet?* Sic dist. Praedic. — *aut si.* Mss. Orell. Eb. (sed hic superscr.) *at si.* Mss. Fe. 2, i. (a 2. m.) 3, d. *ac si.* Mon. d. *et si.* Mon. l. *ut qui.* Conj. Wakef. ad Lucret. 3, 1010. Ceterum *ut, si* multae edd., sed hae particulae deleta virgula melius conjunguntur. Cf. Goer. ad Cic. de Fin. 4, 6. p. 438. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 39. p. 143.

V. 34. *Detulerat.* Ed. Ald. 501. — *detrahit.* Mss. Fe. 5, e. f. 9, c. Orell. bc. Guelf. 2. Dess. 3. Gott. 1. Derv. 1. Mon. g. l. *detrahat.* Mss. Fe. 1, g. 2, e. Ik. 4. *subtrahet.* Mon. e. *detrahet. Idem — inquit? pon.* Sic dist. Praedicov. — V. 35. *meum inq.* sine *est.* Mss. Ik. 5. 6. Bern. F. — *inquid.* Ms. Lips. 3. et Bern. f. De hac antiqua scr. cf. Maj. ad Cic. Oratt. Fr. p. 175. Beier. — *recordor.* Mss. duo ap. Pulm. *recedo?* Sic dist. aliq. edd.

Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paternum;
Mordear opprobriis falsis mutemque colores?
Falsus honor juvat et mendax infamia terret
Quem nisi mendosum et mendacem? Vir bonus est quis? 40

Asc. et Praedicov. Vers. 34. et 35. delet Guyetus.

V. 36. *Idem* (ego) — — *colores.* Sic signo interrog. post *colores* sublato ut *idem* cum *mordear* conjungatur dist. Bentlejus, quem seq. San. Merv. Gesn. Comb. Bad. Wetz. Haberf. Web. alii, de quibus cf. v. 38. Sunt tamen in his, qui quanquam *idem* ad populum referunt, ut Vossius, Bentlejanam sententiam approbant. — *clamat.* Mon. g. Ed. Fabr. 578. *si quis me clamet.* Ms. Santen. — *fur est.* Ms. Bersm. un. Dess. 3. Bern. f. — *negat.* Ms. Bern. G. Ambros. B. — *pudicus.* Bern. F. — V. 37. *Contendit.* Mss. Mon. e. g. (hic supersc. *a*) *Contendet.* Bern. E. (a 1. m.)

V. 38. *Mordeat.* Edd. Med. 474. 77. Paris. 498. Ascens. — *mutemque colores?* Mss. et edd. vulg. *mutemne.* Ms. Bern. G. Ed. Minois 584. *mutemve.* Mss. Bern. F. f. Edd. Jen. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Charp. Bipont. 828. Amar. Recte *mutemque* sententia ita postulante tuetur Wetzel. *mutentque col.* Edd. Ven. 483. 86. Loch. 498. De hac non plane spernenda scr., cujus Nodellius quoque in Not. critt. ed. Aviani c. 4. p. 93. mentionem facit, dixi in Seebod. „Archiv" 1833. p. 593. — *colores. Falsus.* Sic dist. Landin. Piscat. Chab. Bentl. (qui def.) Bipont. 828. et edd., quas v. 36. posui. Eandem distinctionem approbat Mitscherlichius in Racem. Venus. Fasc. VIII. p. 8. *coloris* Ms. Ik. 1. *colorem.* Mss. Cruq. 7. 6. 3. et ut vid. Schol., unus et alter ap. Bentl. Bern. f. Ed. princ. ap. Fe. Baxt. (qui def.) Jou. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Ik. Zell. Pass. Charp. Amar. et Bipont. 828., tuetur Both. ap. Fe., sed Pluralem olim jure suo defendit Bentlejus. Vid. infra Commentar. Praeterea observandum est, librarios pluralem Substantivorum numerum in singularem mutare solitos esse. Conf. ann. ad 2, 8. Jani et Dillenburg. ad Od. 4, 15, 15. Cort. ad Lucan. 2, 299. — V. 39. *fallax infamia.* Ms. Santen.

V. 40. *non mendosum.* Ms. Bersm. un. — *mendacem.* Mss. Lamb. plrq. et Cruq. et Torr. Palm. 1. 2. 3. 10. Bersm. quinq. Talb. ut vid. omn. Bentl. omn. praeter duos. Oberl. C. D. (hic a 2. m.) Comb. B. C. D. F. G. Fe. pleriq. Alt. ap. Haberf. Bad. 1. 3. Pott. pleriq. Ik. 4. 5. 6. Orell. bSc. Guelf. omn. Berol. 1. 2. Santen. Dess. 1. 2. 3. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. Mon. e. d. e. f. l. m. Vict. Rudolst. Corbei. Dorv. 1. 2. Bern. reliq. ut D. E. f. F. [*fallacem* cum gl. „plenum fallaciis" G.] Ambros. A. B. D. F. H. N. O. P. [*mendosum mendacem* C.] Paris. A. (Pott. 1.) a 1. m. et codd. bibl. reg. nr. 8222. 7988. 6098. (cum gl. „illum qui mentiri consueverit et falsa saepe in aliquem obprobria finxit") et tres mss. bibl. de l'arsenal, quorum prim. nr. 81. gl. habet: „insanum," secundus nr. 83. „et factis et verbis." Ita et hunc locum laudant Jo. Saresber.

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat,
Quo multae magnaeque secantur judice lites,
Quo res sponsore et quo causae teste tenentur.

Nug. Cur. 3, 14. p. 206. Vincent. Bellovac. Spec. Hist. 7, 68. Edd. vulg. *mendicum*. Mss. Mon. a. b. et Ambros. A. in marg. Ed. Hocheder. (qui def.) *turpem*. Ms. Fe. 6, c. *medicandum*. Mss. alq. Lamb. et ut vid. Torr. Cruq. 1. 4. 7. 3. Pulm. 4. 7. Beram. un. Bentl. 2. 6. Oberl. D. (a 1. et 3. m.) Fe. 1, a. (a 1. m.) c. (a 1. m.) d. g. (a 1. m.) 2, b. (a 2. m.) c. (a 2. m.) d. e. (a 1. m.) 3, c. (a 1. m.) 6, a. (a 1. m.) 9, c. (a 1. m.) Pott. 1. 2. 3. 6. 7. 10. 12. Ik. 1. Orell. E. Ambr. A. (a 2. m.) Lips. 3. Mon. i. cod. Mentel. ?! Ita etiam Porphyrionem legisse dicunt interpretantem: „non sanum." Quid, quod in ed. Venet. 481. 90. 98. lemma non *mendacem*, ut in Bas. 555. 580. aliisque legitur, sed *medicandum* esse testantur Bentl. et Orell. ad h. l. et Dillenburger in Progr. schol. (Aachen, 1841) p. 16. (qui def.) Edd. Asc. 529. Regnault. [teste Cuningamio] Cruq. Baxt. Bentl. (qui def.) Traj. ad Rhen. 713. Cun. Merv. Phil. Sandb. Francis. Bask. Sivr. Dorigh. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Praedic. Daru. Zeun. Fe. Ik. Pott. Jahn. Doer. Zell. Web. Meinek. Charp. Amar. Orell. (ed. sec.) Dillenburg.; comprobat Mitsch. l. l. At Porphyrionis auctoritas, qua plerique acquiescunt, nulla est; etenim explicatio ejus „non sanum", non ad lemma „*medicandum*" (quod in ed. Asc. 519. quoque est), sed ad verb. *mendosum* pertinet, quod quidem ex Scholiasta Cruq., qui idem verbum „insanum" explicat, facile perspicitur. Idem sensisse videtur *Wissius* (Hor. Quaest. libell. quart.), quum teste Jahnio NJbb. 1837. XXI. 1. p. 108. *mendac.* et *mendos.* transponendum censeret. Ne multa! scriptura *medicandum* merum verbi *mendos.* glossema est, quod paulatim in texta, deinceps in Porphyrionis lemmata irrepsit. Hochederi autem scriptura pro nostra propugnat, etenim verba *mendicus* et *mendac.* similiter ap. Apul. Met. IX. p. 611. Oudend. commutata videbis. De sententia lectionis *medicand.*, quam recte incommodam dicit Hocheder, non est quod hic disputemus. Receptam praeter Torr. Jon. Hunt. Schmid. tuetur Jo. Clericus l. v. 15. l. aliter sentiente Zach. Pearcio in Seebod. „Krit. Bibl." 1820. X. p. 862., comprobant V. d. quidam in „Leipz. L. Zeitung" 1830. N. 82. p. 653. Bach in „Zimm. Zeitschr. f. d. Alterthmsw." 1834. p. 1043. coll. nostr. ann. ibid. 1832. i. e. Schulz. p. 509. et Seeb. „Archiv" 1833. p. 591.

V. 42. *sedantur*. Bern. F. — V. 43. *res sponsore*. Ita cod. veterrimus Blandin. ap. Cruq. et ms. B. ut vid. ap. Comb., ad quam scr. proxime accedit Parisin. φ. = Pott. 6: *res ponsore*. Edd. Cruq. (qui def.) Bentl. (qui def.), quem seq. recentt. exceptis Dac. Jon. Batt. (753) Camp., qui *responsore* retinent. At exempla similium errorum a librariis in verbis contrahendis commissorum suppeditat Drak. ad Liv. 1, 47, 9. 4, 33, 11. — *et* ante *quo* contra metrum omittunt ms. Ik. 4. et Guelf. 2. — *tenentur?* Sic disting. Praedic. Jahn. Weber. Vid. infra v. 40 sqq. Vv. 40—43. citat Vincent.

Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.
„Nec furtum feci nec fugi,“ si mihi dicat
Servus, Habes pretium, loris non ureris, ajo.
„Non hominem occidi.“ Non pasces in cruce corvos.
„Sum bonus et frugi.“ Renuit negitatque Sabellus.

Bellovac. l. l. — V. 44. *domus omnis.* Ms. Guelf. 2. Mon. e. Ambros. F.

V. 45. *Introrsum.* Mss. Bentl. omn. praeter tres. Comb. omn. Oberl. C. Fe. plurim. Pott. omn. Ik. 5. 6. Orell. Sc. Guelf. omn. Berol. 2. Sant. Dess. omn. Goth. Gott. 1. Lps. 1. 3. Rudolst. Dorv. 2. (de Corb. et de Mentel. non liquet) Mon. b. d. e. f. i. l. m. Vict. Bern. D. f. G. (de Ambros. hic non constat). Ita sine dubio plurimi libri aliorum, qui ut Lamb. Cruq. Torr. Bersm. tacite *introrsum* ediderunt. Edd. vulg. paucis exceptis usque ad Bentl. *Introrsus.* Mss. Bentl. 3. 4. 6. Oberl. D. Bad. 1. Fe. 2, d. 5, a. Ik. 1. 4. Orell. b. et corr. E. Berol. 1. Gott. 2. Lips. 2. Dorv. 1. Mon. a. c. g. Bern. E. F. [ms. B. enim = Or. d. a v. 22. usque ad 17, 29. deficit] Edd. Ven. 477. 81. 85. 516. 20. (teste Cuning. hic et Animadv. c. 8. p. 76) Bentl. qui rest. quemque seq. Fe. aliique ap. Fe., etiam Ik. Jahn. Zell. Hoched. Web. *Hunc prorsus.* Cod. Mentel. Idem conj. et postea aliquot mss. Parisiis confirmatum vidit *Ferd. Hauthal.* ad Pers. I. (Lps. 1833) p. 8. Ed. Meinek. Contra disputat Orellius, quem vide. Nihil autem agunt, qui formam *introrsus* alteri praeferunt, ne, ut ait Bentlejus, tria verba continua in eandem literam exeant. At talia optimos scriptores non curare docuimus ad 2, 17. p. 111, quibus de non evitato literae *m* concursu adde Cort. ad Lucan. 4, 778. Quid, si Poetam horridum illum sonum in describenda re detestabili quaesivisse dicamus? — *turpis, speciosus.* Mon. i. — *pelle decora?* Sic dist. ms. Fe. 2, h.

V. 46. *Nec feci furtum.* Mss. Fe. 6, a. b. Ambros. F. — *non fugi.* Ms. Comb. B. et Guelf. 4. *neque fugi.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. Sivr. Conf. annot. ad 7, 42. et Seebod. „Archiv“ 1832. p. 462. — *dicat.* Mss. (etiam duo ap. Cort. ad Lucan. 2, 457.) et edd. vulg. *dicit.* Mss. Bersm. tres. Bentl. 6. 4. et duo al. Oberl. C. D. Ik. 1. Pott. 15. Santen. Dess. 1. Mon. i. Dorv. 2. Lps. 2. (a 1. m.) Edd. Bentl. (qui def.) Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. Haberf. Wakef. Wetz. Praedic. Meinek. et anonym. Traj. ad Rhen. 713. [De hac enunciationum conditionalium forma vid. Seeb. „Archiv“ l. l. p. 463.] *dicet* Ms. Bentl. 7. Guelf. 4. Dess. 2. Ambros. C. — V. 47. *habens.* Ms. Bern. f. Mon. h. — *non loris.* Ms. Comb. B. Fe. 6, a. b. Guelf. 2. Bern. F. Ambros. H. *nec loris.* Ms. Bersm. un. — *uteris.* Ms. Ik. 4. Guelf. 4. Dess. 1. 3. Santen. Edd. Ven. 479. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492 [*uteris animo*, sed in rasura].

V. 48. *pascis.* Mon. g. (suprascr. i) m. — *corvum.* Bern. D. — V. 49. *ac frugi.* Edd. alq. vett. ap. Fe.; Cun. San. Merv. Franc. Bask. — *negitatque.* Ms. Cruq. 1, un. Bentl.

Cautus enim metuit foveam lupus accipiterque
Suspectos laqueos et opertum miluus hamum,
Oderunt peccare boni virtutis amore.

6 (a 1. m.) Pott. 1. 7. (sed non satis distincte) Lps. 2. 3. (paulo divisim) Mon. 6. Edd. Cruq. Bentl. (qui uterq. def.), quos seq. recentior. fere omn., approbarunt H. Stephan. in Diatr. sec. p. 136. alii ap. Fe. *negat atque*. Mss. reliq. et aliorum et nostr. Edd. vulg., etiam Baxt. Jon. Sandb. Batt. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Camp. Pott. Charp. Amar. *renuitque negatque*. Ms. un. Bersm. Comb. D. Val. tres [?!] Ed. Daru. Sic et propter scriptur. duor. cdd. *renuit negatque* legendum censuit Torrent. aut *renuit negitatque. renuitque*. Ed. princ. ap. Gesn. et Comb. — *Sabellus*: Sic dist. Gesn. Comb. Zeun. Both. et complur. Vide infra v. 50. Qui autem particulam *atque* postpositam sibi persuadent, rem Poetae prorsus indignam tribuunt, omnes enim loci, quibus *atque* postponi videtur (Dillenb. ad Epod. 17, 4.), eo modo explicandi sunt quem monstravit Bentlejus ad Sat. 1, 4, 107. Verissime quoque de hac re disputant *Godofr. Hermannus* in „NJbb." 1841. XXXIII. 3. p. 252. et *Hauptius* in Observ. critt. p. 48. Quid quaeris? Verbum frequentativum ut alias in simplex temere mutatum est. Conf. Schm. ad h. l. Cort. et Kritz. ad Sall. Jug. 111, 2. Goer. ad Cic. Acadd. 2, 22. p. 129. et Gies. ad Cic. de Divin. 1, 1, 2. coll. Hand. Turs. I. p. 512.

V. 50. *Captus nam*. Ms. Ik. 4. Barth. Adv. 37, 22. — *metuat*. Mon. b. — *foveam* [,] *lup*. Sic perperam dist. edd. Fabr. Pulm. Bas. 580. al. — V. 51. *Suspectus*. Mss. tres Bersm. Gesn. 3. Val. sex. Fe. 1, c. t. (a 2. m.) 2, d. 3, d. 6, a. 7, b. Dess. 1. Lips. 2. (a 1. m.) Corbei. Mentel. Mon. a. c. f. i. Bern. A. E. f. Ambros. B. Edd. Ven. 477. 81. *Suspenses*. Hildeb. Mor. phil. c. 995. et ms. un. Bersm. — *adopertum*. Ms. un. Bersm. Fe. 1, a. 3, a. 7, a. Berol. 2. Mon. b. Vict. et un. ap. Barth. (Adv. 37, 22. qui probat et explicat: cura absconsum, gl. *cadavere*). Edd. Med. 474. Ven. 477. 79. 83. 86. Loch. 498. Flor. 482. al. *at opert*. Ms. Fe. 1, n. Mon. m. Edd. 481. 98. Asc. *ac opert*. Ed. Lips. 492. et teste Fea 499. Ven. 492. Vulgat. servant Cadom. 480. Ald. Junt. — *miluus*. Mss. Pulm. 2. 3. Cruq. 1, a — d. Guelf. 3. 4. Berol. 2. Goth. Lps. 1. 3. Dorv. 1. Mon. ut vid. omn. Bern. A. E. F. G. Ambros. A. C. F. P. Ed. princ. Med. et 474. et pleriq. recentt.; def. Dac. ad h. l. et Torr. Vanderb. Fe. ad Epod. 16, 32. interpp. ad Phaedr. 1, 31, 3. C. Schneid. Elementrl. p. 364. *milvius*. Edd. vulg. *miltus et hamum*. Ms. Barth. l. l. Bern. G. Ambros. P. Ed. princ. Med. et 474. *ad amum, hamum*. Ambros. C. Guelf. 4. De aspiratione, quam omittunt complur. cdd. ut Dess. 2. Ambros. P. Bern. C. conf. Osann. ad Apul. de Aspir. p. 89. Post *hamum* puncto dist. praeter Tarteron. et Düntzer., qui v. seq. ad hunc recte referunt.

V. 52. *pietatis amore*. Ms. un. (k) ap. Pulm. Post hunc versum, quem et v. 53. laudat Vincent. Bellovac. Specul. histor. 7, 68., habent: *Oderunt peccare mali formidine poenae* mss. Comb. D. F. G. (a 2. m.) Bad. 1. 3. Ik. 4. Guelf. 1. (an reliq. ?!)

Tu nihil admittes in te formidine poenae,
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis;
Nam de mille fabae modiis quum surripis unum, 55
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto.
Vir bonus, omne forum quem spectat et omne tribunal,

Berol. 1. Gott. 1. (in margine) Rudolst. Ambros. B. D. H. N. Paris. un. s. Ed. Med. princ. Cadom. 480. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. 98. Lips. 492. 98. 502. 10. 14. Loch. Thanu. Bas. 527. Asc. 499. 506. 11., sed delevit in ed. 519 et seqq. et Philologi auctoritate et Porphyrionis explicatione permotus, ex qua illum hunc versum non habuisse appareat. Conf. Ald. 519. p. 169. Originem talium pannorum temere assutorum aperuit Bentlejus ad A. P. 337. coll. Peerlkamp. in Bibl. crit. nov. V, 1. p. 162. — V. 53. *Tu nil.* Ms. un. Pulm. (k.) et Ambros. F. Edd. Muret. et Cuning. — *admittis.* Conj. Jo. Cleric. l. ad v. 15. l. — *in te, formid.* Sic dist. alq. edd. ut Irenic. Fabr. Xyl. Muret. Min. fortasse secundum Porphyrionis perversam interpretationem: „Nihil in te admittis, sed ete." *vitae* pro *in te* ms. Ik. 5. et Mon. l. — V. 54. *Si spes.* Guelf. 4. Edd. Asc. Glar. Min. Chab. al. — *fallendi? Misc.* Ms. ap. Barth. l. l. *valendi.* Mon. l. — *fana profanis.* Ms. un. Fonc. — *prophanis.* Mss. Bern. E. G. Rudolst. Edd. Lips. 498. 502. Ald. 501. Ven. 520. al. De hac scribendi ratione cf. Grun. ad Sedul. Carm. 1, 31. p. 21. et Apul. de Aspir. p. 119. ed. Osann. — V. 55. *mile.* Guelf. 3., quam orthographiam tuentur Gernh. et Beier ad Cic. de Offic. 3, 32, 114., sed cf. nostr. annot. in Zimm. „Zeitschrift etc." 1841. p. 456. — *dum surrip.* Ms. un. Bersm. *sic surv.* Guelf. 2. *qui subripit.* Mon e. *quum subripit.* Ed. Dorigh. — *unam.* Conj. Cuning., sed cf. Fe. et Schmid., qui commode laudant Augustin. de mendac. 12, 19.

V. 56. *Damnum, non fac.* Ms. Fe. 2, i. Sant. Corbei. — *pacto mihi.* Mss. Bentl. (qui non improbat) 9. 16. Dess. 3 Edd. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Dorigh. — *lenius.* Mss. vulg., e nostris Guelf. 1. 3. 4. Berol. 1. 2. Sant. Goth. Gott. 1. 2. Dess. 2. 3. Lps. et Mon. omn. Bern. C. D. F. f. G. Ambros. P. H. Edd. vulg. *levius.* Acr. et Schol. Cruq. ms. Bad. 1. Ik. 4. 5. Dess. 1. Bern. A. E. (ut vidit Hauthalius, non Orellius) Ambros. C. D., probat H. Stephan. Distr. p. 66. Edd. Cadom. Thann. Lips. 502. 508. — *Est damnum levius mihi, non facinus tamen: esto.* Edd. Lambin. [auctore Accursio: *Est damnum levius: sed non fac. tamen esto:*] Min. Bersm., contra disputat Torrent. *Damnum est hoc levius mihi, non facinus tamen. esto.* Ed. Cruq. ex cod. Silv. *Damnum est, non fac. mihi dam. len. isto.* Ms. un. ap. Bersm. (quinque autem in nostra lectione consentiunt). Verbum *esto* ut huic loco minus accommodatum recte impugnavit Xylander. Miram Valarti hujus verbi interpretationem: „Res est manifesta; res in manifesto est," refutat Schmidius. De confusis vv. *lev.* et *lenis* cf. Bentl. ad Od 2, 19, 15. A. P. 26. Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 40, 95. Jacob Qu. Epic. p. 47. Ceterum

Quandocumque deos vel porco vel bove placat,
„*Jane pater*,“ clare, clare quum dixit, „*Apollo*;“
Labra movet metuens audiri: „*Pulchra Laverna* 60
Da mihi fallere, da justo sanctoque videri,
Noctem peccatis et fraudibus obice nubem.“

v. 55. et 56. delet Guyetus. — V. 58. *deum*. Guelf. 3. *deos dicimus vel*. Dess. 2. — *in bove vel porco*. Mon. e. — *placatur*. Berol. 2. Edd. Lips. 492. Ven. 492. ?!

V. 59. *clare dixit, quum dixit*. Mss. Fe. 1, g. s. Mon. l. m. Edd. vet. ap. Maitt. (Med. 474. 76.) ed. princ. ap. Fe. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. 98. Lips. 492. 98. 502. 508. 10. 14. Flor. 482. Loch. Thann. Asc. al. ap. Fe. *clare, quum clare dix*. Mss. Comb. B. F. Fe. 1, g. 2, b. (a 1. m.) Guelf. 2. Edd. Ald. 501. Junt. 503. *cum clara dixit* (gl. *voce*). Ms. un. ap. Bersm. *clare quum dix. pulcher Apollo*. Ms. Dorv. 2. Mon. g. *clare supplex quum dix. Ap*. Bern. D. f. — *supplex dixit*. Ms. Comb. D. *clare tacitus quum dixit*. Ms. Fe. 1, p. *clare tacitus dicebat Ap*. Guelf. 4. *quem dixit*. Orell. 8. *dicit clare tuque Augur Apollo*. Conj. ap. Jon. *Jan. Pat. clara, clare quum dixit, Ap*. Ed. Praedicov. Varians scr. aut ex omisso verbo *clare* aut ex quodam aurium doctarum fastidio, quas vocab. *clare* bis in ictu positum offendebat, orta videtur. De illa re dixit Orell. ad v. 14, de hac Lachm. ad Prop. 2, 3, 43. p. 111 sqq.

V. 61. *justo sanctoque*. Mss. Lamb. duo. Cruq. 1, a. Pulm. 1. 7. meliores, ut ait, libri ap. Torr. duo ap. Canter. Nov. Lectt. 4, 12. Oberl. D. (a 1. m.) cod. Sorb. et alii duo ap. Vat. Pott. 1. 14. un. ap. Cort. ad Lucan. 2, 446. Fe. 1, c. (a 2. m.) d. (a 1. m.) m. 2, c. e. h. Guelf. 3. Mon. b. f. i. Edd. Cruq. Torr. Rutg. D. Heins. Bentl. (qui probat.) Maitt. et recentt. plrm. *justum sanctumque*. Mss. Lamb. omn. praet. duos. Pulm. quat. Cruq. reliq. Bersm. quinq. Comb. omn. Oberl. C. D. (a 2. m.) Bad. 1. 3. Pott. reliq. Ik. 1. 4. 5. 6. Orell. bSEc. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. Dess. et Lips. omn. Goth. Gott. 1. Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. Mon. reliq. Bern. D. E. f. G. de Ambros. non liquet. Edd. Cadom. 480. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Glar. Lamb. Muret. Fabr. Bersm. Tan. Fab. Zurck. Talb. et al. compl. e vett., e recentt. Dac. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Pott. Bip. 828. Hoched. Charp. Amar. *sanctum justumque*. Ms. un. Canter. un. Bersm. Berol. 2. Gott. 2. Rudolst. Bern. F. Edd. saec. XV. (except. Cad.) omn. Lips. 502. al. Exempla attractionis similia suppeditant Bentl. ad Sat. 1, 4, 39. Pulm. ad Sat. 1, 1, 19. Schmid. ad h. l. et interpp. ad A. P. 372. Bach. ad Ovid. Met. 8, 405. Ochsn. ibid. 8, 553. Heins. et Ruhnk. ad Ovid. Her. 14, 64. Cort. ad Lucan. 3, 32. imprimis Krügeri „Untersuchungen aus dem Gebiete der lat. Sprache“ III. §. 137 sqq. Quapropter vereor, ne Hochederi ratio, qua Accusativus defenditur, a vero longissime absit: „nicht als einer, der *gerecht ist* — *δικαίῳ ὄντι* — fleht er gleichsam um eine Zulage um den Schein; sondern er bittet, als ein Ungerechter, um *den Schein eines Gerechten*“ etc.

V. 62. *Noctes*. Lips 2. — *peccanti sed*. Guelf. 2. — *obice*. Mss. Oberl.

Qui melior servo, qui liberior sit avarus,
In triviis fixum quum se demittit ob assem,
Non video; nam qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.

C. D. Orell. bSEc. Bern. D. E. F. f. G. Guelf. 2. 3. 4. Berol. 1. Dess. et Lips. omn. Goth. Gott. 1. Corbei. Conf. Serv. ad Virg. Aen. 4, 550. 10, 473. Cort. ad Lucan. 7, 574. et quae attuli ad 13, 7. Quanquam sunt, qui verba una *i* scribi velint, in quibus syllabae *ob* — *con* — *sub* breves aut syllabae lit. *i* praecedentes sua natura longae sint; sed verum jam vidit Jo. Mar. Mattius in Triga Opuscul. p. 489. — V. 63. *Qui mel.* — *qui lib.* Libris mss. quum aliorum, tum suis ipsius a Fea laudatis adde Barth. l. l. Ik. 1. 4. Orell. bSc. Bern. D. E. F. Ambros. aliq. Guelf. 1. 2. 3. Berol. 1. Dess. 2. 3. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 2. Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. Mon. a. b. c. d. f. i. Ita Porphyr. Edd. Britann. in Ven. 520. Lamb. (qui restituit) Cruq. Min. Bersm. Talb. Bentl. et rec. *Quo mel.* — *quo lib.* Orell. E. Bern. f. G. Bad. 1. Ambr. D. Berol. 2. Dess. 1. Gott. 2. Guelf. 4. Lips. 3. Mon. e. g. (corr. *qui*) l. m. probat Barth. Adv. 37, 22. Edd. vulg. etiam Muret. Torr. Dac. *Qui mel.* — *quo lib.* Mss. tres Paris. (L. z. N) Ed. Ven. 481. *Quo mel.* — *qui lib.* Ed. Chab. — *servo?* — *sit: avar.* Sic fere dist. edd. vett. Pithoeus in ed. Med. 474. sic: *liberior? sit avarus!* et ad marginem scripsit: „quasi dicat, nihilo.“ Omnis error ex verbo *qui* perperam intellecto ortus est, vid. Bentl. ad Sat. 1, 3, 128. coll. Gernh. ad Quintil. Inst. 9, 4, 6. Forbig. ad Lucret. 1, 701. Web. ad Juv. 13, 141. Kritz ad Sall. Cat. 51, 24. — *fit.* Ms. Fe. un. — *avaro.* Guelf. 1.

V. 64. 65. *Cum triviis fixum sese.* Conj. Cuning. — *qui se.* Ed. Haberf. (tacite) — *dimittit.* Mss. duo Bersm. Fe. 2, h. Ik. 4. Orell. E. c. pr. Guelf. 2. 3. 4. Dess. 1. Dorv. 1. Lips. 1. Corbei. Sant. Mon. c. f. g. i. m. Bern. D. E. f. Edd. Med. 476. 77. Cadom. 480. Ven. 477. 79. 81. Biedm. Dac. al. *dimittat*, *demittat*, *demittet.* Mss. al. — *ob assem?* Ms. Fe. 2, h. — V. 65. *quoque:* (;) *porro.* Asc. 519. Lambin. et edd. vulg. *quoque porro.* Edd. plrq. vett. ut Med. 474. Ven. 479. 81. Ald. 501. 19. Junt. 14. 19. Verum H. quoque Stephanus vidit in Diatr. sec. p. 149. Conf. Herzog. ad Sall. Cat. 46, 2.

V. 66. *vivet.* Mss. Pulm. et Bersm. omn. tres ap. Canter. (Nov. Lectt. 4, 12.) Oberl. C. D. duo ap. Cort. ad Lucan. 2, 259. Fe. 1, a. d. e. 2, c. h. i. 3, c. 5, a. 7, a. Ik. 1. 6. Orell. bEc. Guelf. 2. 3. 4. Berol. 1. 2. Dess. et Lips. omn. Goth. Gott. 1. 2. Dorv. 2. cod. Mentel. mss. Mon. omn. praeter duos, Bern. E. F. f. G. Ambros. plurim. Edd. Cadom. 480. Ven. 492. Lamb. Cruq. H. Steph. Min. Bersm. Chab. Tan. Fab. Talb. Dac. Baxt. Traj. ad Rhen. 713. Jon. Sandb. Gesn. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Zeun. Fe. Ik. Both. Pott. Jahn. Doer. Schm. Zell. Hoched. Web. Pass. Mein. Braunh. Charp. Orell. Dillenb. *vivit.* Mss. Ik. 4. 5. Orell. S. Guelf. 1. Berol. 1. (a 2. m.) Rudolst. Dorv. 1. Mon. l. m. Vict. Bern. D. Ambros. F. Edd. plrq. vet. etiam Muret. Fabr. Torr. Maroll. Zurck. Bentl. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Val.

Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur re.
Vendere quum possis captivum, occidere noli;
Serviet utiliter: sine pascat durus aretque,
Naviget ac mediis hiemet mercator in undis;
Annonae prosit; portet frumenta penusque.
Vir bonus et sapiens audebit dicere: „*Pentheu,*
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges?“ Adimam bona. „*Nempe pecus, rem,*
Lectos, argentum; tollas licet.“ In manicis et

Sivr. Dorigh. Oberl. Haberf. Praedic. Hunt. Camp. Amar. De hac scr., quae haud scio an alteri praeferenda sit, dixi in Seebod. Arch. 1832. p. 464 sq.

V. 67. *Reddidit.* Cod. Mentel. *Prodidit.* Conj. Bentl., cf. Cuning. Animadv. c. 2. p. 15. — *virtutum.* Ms. un. Bersm. — V. 68. *festinet.* Ms. Santen. Ed. Pulm. 581. — V. 69. *possit.* Ms. Ik. 5. — *nolim.* Edd. Ven. 492. Lips. 492. — V. 70. *sive pasc.* Ms. Ambros. D. (Sic Landinus: aut ad arandum aut ad pascendum) *seu pasc.* Edd. Asc. Colon. 510. *pascat sine.* Conj. Cuning. (Animadv. c. 3. p. 37) — *avarus aretque.* Ms. Bern. D. *durus atque.* Edd. Ven. 492. Lips. 492. ?! — *aret vel.* Ms. Fe. 1, d. (a 2. m.) — V. 71. *Navigat.* Goth. — *et med.* Ms. Bersm. un. *ac medius.* Mon. d.

V. 72. *possit.* Ms. Ambros. C. (Cf. Bentl. ad Od. 1, 26, 10.) — *penusque.* Mss. et aliorum et nostri fere omn. Edd. vulg. etiam Bentl. *penumque.* Mss. Comb. B. D. F. Fe. 1, a. 2, h. Ik. 5. Mon. e. i. cod. Mentel. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. Fe. Meinek. — Longa disputatione hanc formam Horatio vindicare studet Fea. At receptae formae locupletes habemus testes, ut Serv. ad Virg. Aen. 1, 704. et Priscian. 5, 6, 34. 6, 4, 76. (p. 134. et 200. ed. Bas.), qui hunc v. ita laudant. Conf. Voss. de Vit. serm. 1, 20. p. 84 sq. Arist. I. p. 286. II. p. 663. et C. Schneid. Formenl. p. 322. et 454.

V. 73. *et sapiens.* Mss. vulg. Edd. Cadom.*) 480. Ald. 501. 19. al. *ac sapiens.* Ms. Berol. 2. Edd. saec. XV. fere omn. Asc. 506. (non 19) Colon. 510. Lips. 502. 8. 10. 14. Cun. Franc. (cf. v. 32) — *audet tibi.* Ms. un. ap. Val. — *penteu.* Bern. F. Ed. Dorigh. — Verba „Pentheu — Thebarum“ affert Priscian. 7, 5, 17.

V. 74. *proferre.* Mss. Fe. 1, d. 7, b. Ed. Lips. 508. — V. 75. *cogis.* Ms. Fe. 1, b. Guelf. 3. Dess. 2. Sant. Bern. G. *cogas.* Mss. tres Torr. (probat) — *Adimam tibi nempe pec.* Ambros. H. — *pecus et rem.* Bern. E. Ed. Ald. 501. De hac post vicesimum alterum versus tempus interpunctione, ut v. 67., vid. *Kirchn.* ad Sat. p. LXXI. et *Schmidt* ad Juv. 12, 30. — V. 76. *argentum? toll.* Sic dist. mult.

*) Collationem hujus editionis aliarumque veterum mecum amice communicavit *Ferdinandus Hauthalius*, cui hac data occasione palam maximas ago gratias.

Compedibus saevo te sub custode tenebo.
„*Ipse deus, simulatque volam, me solvet.*“ Opinor,
Hoc sentit: „moriar; mors ultima linea rerum est.“

edd., ut Asc. 519. Val. Jahn. Web. Improbat Orellius, cf. 10, 22. p. 45. et Bach. ad Ovid. Met. 2, 474. — *In manic.* Mss. et al. et nostr. exc. paucis. Edd. Ald. Junt. Argent. 515. Bas. 527. et deinc. plrq. *Et manicis et.* Ms. Berol. 2. Mon. l. Rudolst. Edd. vett. omn. (exc. Cadom. *manicis*) etiam Asc. 519. Britannic. 520. Lips. 502. 8. 10. 14. Colon. 510. Cruq. *In manicis* omiss. *et.* Mon. a. *In manicis te.* Ms. Fe. 1, g. *manicisque et.* Ms. Comb. F. Guelf. 1. Bern. G. Non male, si comparaveris A. P. 196. 199. 444. Od. 3, 21, 18. 4, 15, 30. De structura *in manicis teneri* vel *manicis teneri* cf. Drak. ad Liv. 8, 28, 8. coll. 4, 35, 5. 22, 41, 9. Tib. 2, 4, 3. Liv. 35, 18, 6. Beneck. ad Justin. 9, 2, 7. Differt tamen in hoc, quod illa notionem vel loci vel temporis habet, ut aliquis sit et maneat in illa re, haec solum modum et rationem indicat, quibus quis teneatur.

V. 77. *Cum pedibus.* Ms. Dess. 1. Rudolst. Edd. Med. 474. 76. Ven. 477. 79. — V. 78. *volet.* Ms. un. ap. Pulm. (k) Comb. D. Val. quat. Guelf. 1. Berol. 1. Sant. Mon. e. Ed. Cadom. 480. — *solvat.* Ms. Fe. 2, i. Mon. d. *salvet.* Guelf. 3. Goth. Ambros. H. — *solvet opinor.* Junctim aliq. edd. ut Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Ven. 520. Bas. 531. Pulm. 581. Male, etenim verba *opinor, credo*, ut δοκῶ, οἶμαι, quae alias interponuntur, interdum praeponuntur; vid. Heind. et Wüstem. ad Sat. 1, 3, 53. et Schm. ad h. l. — V. 79. *Non sentit.* Ms. Fe. 1, e. *Hic sentit.* Mon. e. *Haec sent.* Ms. Berem. un. Berol. 2. Dess. 2. 3. Rudolst. Mon. m. Edd. saec. XV. omn. except. un. etiam Lips. 502. 508. 10. 14. *Hoc sent.* Edd. Cadom. 480. Ald. Junt. Asc. Britannic. 520. Argent. 515. Bas. 527. Glar. Gymnic. Lamb. Muret. etc. etc. Recte quidem, cf. Sat. 1, 3, 83. 4, 105. Epist. 2, 1, 125. Beier. ad Cic. Lael. 15, 9. Stuerenb. ad Cic. pr. Arch. p. 107. (ed. 1.) Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 24. — *morior.* Corbei. Ed. Dorigh. — *rerum* sine *est.* Ms. Fe. 2, h. Guelf. 1. Mon. b. Bern. f. G. At cf. Schm. ad 18, 86. Non assentior autem iis, qui „moriar“ his signis includunt; rectius Lindemannus in *Select. e post. lat. carm.* II. p. 43., quem sequendum puto. Verba „*Mors — est*“ laudat Vincent. Bellov. Spec. Hist. 7, 68.

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAM SEXTAM DECIMAM.

Quintius, quisquis fuit, haud dubie honorificentissimo munere utpote adolescens bonae spei ornatus erat, ut omnium in se converterit ora et a populo magno honore mactatus et pro homine fortunato habitus sit. Is igitur magna familiaritate cum Horatio, quanquam natu majore, junctus illo bonae famae consensu, quo eum aura popularis prosequebatur, ad majorem sui fiduciam elatus esse videtur, ut in multitudinis quidem judicio nimium ponere atque extrinsecus bene aut male vivendi suspensas habere rationes videretur. Amico igitur amicissimus Poeta, quae fuit ejus dicendi libertas, veram monstrat viam, imperitae multitudini ne quis in utramque partem multum tribuat cavens et laudem veri sapientis eam statuens, qua quis totus aptus sit ex sese atque in se uno sua ponat omnia. Huc accedit, quod Horatius nullum fere praetermisit tempus, quo, ut sibi ipsi de rebus gravissimis cogitanti satisfaceret, tum familiaribus, tum aequalibus suis salubriter praeciperet atque ea, quae in vita aut privata aut publica agerentur, ad rem suam scite accommodaret. Qua de causa in hanc de viro bono, in quo nomine largiendo nimius et tanquam prodigus fuit populus levis, exspatiatur elegantem disputationem, in quam tanquam in speculum vitas omnium inspicere jubet. Quae vv. 1—16. dicuntur, ita comparata sunt, ut Poetae vitam beatam in rebus externis i. e. in villa Sabina sitam significent. Ad eandem amplectendam ita amicum

cohortatur Poeta, ut cum externa beatitudine in ore quasi vulgi posita internam i. e. animum vere emendatum conjungat. Ex propriis, ut solet, ad communia surgit, i. e. ad vitae beatae seu viri boni descriptionem, Horatii mitis sapientia. Quem Poetae morem quum parum observasset *Julius Josephus Scaliger*, non aequam de hac Epistola fecit sententiam, quum diceret: „Ceterum in sexta decima, ubi rus descripsit, exilit temere ad discutienda praecepta sapientiae.“ Iniquo huic judicio paene contraria opposuit acumen *Heinsianum* hisce verbis: „Quotiescumque autem aliquem e philosophia locum diligenter tractat, facile persuadet, causas sibi esse, cur nonnunquam desultorie hoc agat; nec scientiam deesse aut eruditionem. Legat epistolam ad Quintium qui volet, in qua, quis sit vere vir bonus, disputatur. Nam praeterquam quod omnia, quae a sapientibus afferri aut opponi solent, excutiat, tot prope enthymemata quot verba. Etiam definitiones parum accuratas serio explorat. Primo enim vulgi opinionem proponit: deinde falsitatem ejus arguit. — — — *vir bonus* — *pelle decora*. Denique, quicquid libera oratione dici a philosopho potest, hoc ligata est amplexus. Et quod miraculi est instar, sine taedio lectoris aut putiditate.“ *) Constat autem, quam morose atque inique de *Quintii* moribus judicarint

*) Haec *Danielis* verba leguntur in libro *de Sat. Horat.* p. 152. editioni Hor. Lugd. Bat. 1612. annexo; *Scaligeri* in *Poetic.* libr. 6. p. 808. ed. quart. 1607. Quae de indole epistolarum Horatianarum tum I, 1. p. 25 sq., tum in argumento singularum subinde exposuimus, ea egregie firmantur *Fr. Jacobi* libello: „Einige Bemerkungen über den heutigen Standpunkt der Paedagogik und zu Horaz.“ Lübeck 1841. p. 10 sq. „Die Episteln — sind Selbstgespräche, in denen der Dichter zunächst mit sich selbst auf das Reine zu kommen sucht. Während daher in der Satire der Bürger und Staat durch Tadel gefördert wird, behandelt die Epistel meist sittliche oder aesthetische Gegenstände von rein menschlichem oder individuellem Standpunkte aus. So bezeichnet er sie in der vierten Satire selbst, von V. 129. an: Ex hoc ego sanus etc., durch den der Uebergang zu dem Thema gemacht wird: Fortassis et istinc etc.

Aus dieser Auffassung, auf die eigne Auctorität des Dichters begründet, geht zugleich die Unähnlichkeit sowohl beider Dichtungsarten in ihren entferntesten Punkten hervor, wie auch ihre nahe Verwandtschaft, welche so viele Kunstrichter über ihre wahre Natur im Dunkeln gelassen hat. Denn offenbar werden oft dieselben Materien in ganz ähnlicher Weise in Beiden behandelt werden, nur der *Angeredete* [dieser nämlich ist entweder der Dichter selbst, mit den ihn berührenden Interessen, z. B. seinen Freunden; oder das Volk. Ich meine also nicht mit dem Angeredeten die Person, an

interpretes. Instar omnium *Wielandius* est. Is hominis, de quo aliunde nihil constat, vitam moresque ex Od. 2, 11. et hac Epistola tam artificiose contexuit, ut jure mireris, Poetam, uni virtuti aequissimum, hunc pro amico habere ad eumque tam familiariter scribere potuisse. *Zellius* quoque, quanquam a Wielandiano acumine, dubitatiunculas excogitandi hominumque mores in pejus fingendi, longissime abest, addit haecce: „Addidit autem haec quidem praecepta, sive ut omnino hac opportunitate uteretur cum amico de re gravissima colloquendi, sive quod Quintius Hirpinus fortasse hoc ipso vitio laboraret, ut videri bonus quam malus mallet.“ Postrema verba nollem addidisset Vir optimus. In quem hoc simulationis vitium cadat, post me *) meque melius edocuit *Fr. Jacobeius* V. p. 47 sqq., cujus sententiam suam fecit *Orellius*. Vitium, si quo laborabat Quintius, erat leve illud, quod supra concessimus. Idem vidit atque homini condonandum putat qui in Epistolae ordinem

---

welche Satire oder Epistel geschrieben sein mag. Denn diese ist in der Satire nur der Repräsentant des Volks, dessen Angelegenheiten behandelt werden; in den Episteln ist sie bald nur der Vertraute des Dichters in seinen eignen Angelegenheiten, bald aber auch wirklich der Gegenstand seiner Betrachtung und Belehrung.] ist verschieden, und auch der öfters mehr formel; denn meistens waren ja auch die Episteln von vorn herein für ein grösseres Publicum geschrieben, oder es war wenigstens nicht von der Theilnahme an diesen Selbstbetrachtungen ausgeschlossen. Menschlich ist es, dass dieselben in Briefform auftreten. Es ist dem Dichter ein Bedürfniss, seine gewonnenen Resultate Jemand vorzulegen, der an ihnen freundlichen Antheil nimmt. Gerade, wie wir unsern Büchern gern eine Dedication vorausschicken. Man könnte auch sagen: So wie die Satiren, obgleich für alle geschrieben, doch wohl an Einen, z. B. Mäcen, gerichtet werden, so sind die Episteln, obwohl ihr Inhalt zunächst den Dichter angeht, gleichwohl an einen Freund gerichtet. Doch ergeben sich hier leicht zwei Richtungen. Bald nämlich wird der Dichter seines Freundes Person und Wohlfahrt vorzüglich im Auge haben und an ihn seine Betrachtungen anlehnen, bald wird jener mehr Zuhörer und Richter des vor ihm plaidirenden Dichters sein; etwa wie schon in der ungemein feinen Einleitung zum zweiten Buche der Satiren *Trebatius* als Richter über seine satirische Beichte sitzt.“ etc. Cum his confer quae nuperrime de eadem re subtiliter disputavit *Weber* p. 288 sqq.

*) Disserui de hac re abhinc duodecim annis in Seebodii et Jahnii „Archiv f. Philol. u. Pädag.“ 1832. I. 4. p. 576 — 584. Nisi hoc fugisset *Orellium*, suum cuique tribuere ad v. 17. non oblitus esset. Verum sincere professus est *Düntzerus* (p. 436.), qui et ipse Quintii aequissimus exstitit existimator. Ceterum in illa disputatione nonnulla hodie vole mutata.

sententiarum accurate inquisivit *G. E. Köhler* in „Archiv f. Philol. u. Paedag.“ 1841. VII. 2. p. 316 sqq. In paucis tantum a Viro doctissimo me mea interpretandi ratio discedere jubet. Ab altera parte interpretum, quos *Düntzeri* sedulitas p. 433—36. commemorat, *Weichertum* quoque stare (*de Lucio Vario poeta* p. 116), magis dolendum quam mirandum est. Quodsi interpretes ambigunt, utrum haec Epistola pro responsoria habenda sit, quam rem movit *Schmidius*, verisimilem habet *Zellius*, acriter defendit *Düntzer*, ego quidem, quae mea est de harum Epistolarum natura atque indole sententia, cum *Orellio*, „nihil profecto inesse, quod hanc opinionem firmet,“ dicente non dubito sentire. Quid, quod ipsum Epistolae initium, quod suae sententiae opitulari videtur *Düntzero*, aliud quid suadere mihi aliisque visum est. Sed illud ante!

Quintium, ad quem haec Epistola ex praedio Sabino data est, eundem esse, qui Od. 2, 11. *Hirpinus* cognominatur, communis est interpretum opinio. At ea quam non solidis fundata sit radicibus, demonstrasse mihi videor in „Archiv“ l. l. p. 577. Ne Scholiastae quidem hunc pro *Hirpino* habuerunt et ipse Horatius ne hic, ad quem utpote omnibus notum literas dedit, cum vetere illo sodali confunderetur addito *Hirpini* Od. 2, 11. cognomine sapienter cavit. Commode igitur occurrit *T. Quintius Crispinus*, qui a. u. 745. cum Druso consulatu functus est. Idem videtur esse, qui in nummis Triumvirum monetalium sub Augusto procusis *T. Crispinus T. F.* plerumque addito *Sulpitiani* (*-ciani*) agnomine obsignatus reperitur. Vid. Eckhel. D. N. V. p. 290. coll. VI. p. 123., Rasch. Lexic. univ. rei num. IV, 1. p. 649. coll. Impp. Roman. Numism. curante Argelato Bononiensi. Mediol. 1730. p. 43 sqq. et Noris. in Epistol. Consular. (Graev. Thes. Antiq. Rom. XI. p. 414.). Nummi illi, qui Qu. Cr. nomen exhibent, ex Augusti septimo consulatu (a. u. 727.) annisque subsequentibus sese excipiunt. Quum Quintius tam honorifico munere ornatus esset, ejus cum Augusto familiaritas verisimilis videtur esse. Ex his ipsis rebus versui 18. lux affertur. *T. Crispinum* *) consulem, i. e. alium ac Od. 2, 11. significatum,

*) Eundem sine dubio *Cruquius* hic intellexit, quum pro *Hirpino* Od. 2, 11. p. 109. legendum censeret *Crispinum*. In alio errore versatur *Dorighello* (III. p. 233), quod Quintio consuli cognomen *Hirpini* fuisse dicit, quod secus esse ex antiquis monumentis l. l. p. 578. probavimus. Epistolam in patrium sermonem transtulit *Gutmannus* loco ad Epist. XIII. laudato.

hic primus, quod sciam, intellexit *Rodellius*, quem secuti sunt *Sanadonus*, *Dorighello* et *Bothius*. Rem in medio relinquunt *Schmidius*, *Fr. Jacobsius*, *Orellius*, *Dillenburger*; mihi assentiuntur *Düntzer* (nisi quod hunc Quintium Crispinum a violatore Juliae [Vell. Paterc. 2, 11. Dio Cass. 55, 10. Senec. de Clem. 1, 10, 3.] cum *Orellio* distinguendum censet, in qua re facile do manus) et *Car. Passovius* N. 263. Sed missa haec faciamus.

De tempore scriptae Epistolae certi quid statui nequit, praeterquam quod propter factam *Augusti* mentionem v. 29. Epistolam ad annum 727. vel sequentes referendam censeamus. *Kirchner*, cui assentitur *Walckenaer*. II. p. 298., eam in tabula chronol. a. u. 738., *Grotefendus* (p. 475) a. 735 vel 736. scriptam putant. Ab his viris doctissimis ita discedit *Weber* p. 309., ut scriptionem circa annum 727. factam credat. Ego quidem (p. 581) olim Epistolam ad annum 732. retuli, neque hujus rei me hodie poenitet, quanquam eam a *Düntzero* [p. 434. *] alto supercilio vidi improbatam. Mitto nunc Licinii atque Fannii Caepionis conjurationem eodem anno contra Augustum initam, at illam servilium officiorum descriptionem vv. 69—72. ex quadam temporis ratione ortam arbitror. Hoc enim anno summa erat caritas et jam fames, quia propter pestilentiam, quae in agrorum cultores saevierat, agri maximam partem inculti erant relicti; quam ob rem Augustus Tiberio quaestori curam rei frumentariae administrandam dedit, quam idem ille et Ostiae et in urbe sapienter moderatus est auctore Vellejo 2, 94. coll. Dion. Cass. 54, 1. Suet. Tib. 8. Freinsh. Fragm. Liv. 136, 7. Quid, quod Lipsius (Elect. 1, 8.) eodem anno ab Augusto constitutos esse curatores annonae opinatur. Quid, si sapiens Poeta hanc temporis rationem in suam rem convertisset? Sed judicium sit penes alios, qui parva momenta observare pro re non inani habent!

De *villa Sabina*, cujus hoc Epistolium locus est princeps, qui plura scire cupiet, eum delegabimus ad scriptores a nobis in „Archiv“ l. l. p. 581 sq. indicatos, quibus suppleas quos collegit *Teuffel* in libello: „Horaz.“ Tübing. 1843. p. 8 sqq. His hodie addendi sunt *Zumptius* apud Wüstemann. p. 16 sqq., *Weber* l. l. p. 162 sq., *Grotefendius* in Mus. Rhen. 1844. III. 3. p. 471 sqq. coll. *Frank.* Fast. Horat. p. 52. 116. 121 sq. 125. 182. 195., *Peerlkamp.* ad Od. 2, 6. p. 177., *Strodtmann.* l. ad v. 12. l. p. XVI. XX—XXIV.

V. 1—16. *Descriptio villae Sabinae. Ne perconteris* etc. Quintii percontationem, quibus reditibus praedioli sui Horatius im-

primis utatur, scilicet ut procul ab urbe, communi honorum et laudum publicarum theatro, re sua contentus vivat, ita occupat Poeta, ut fundi sui non tam ubertatem et opulentiam, quam amoenitatem et salubritatem praedicet. Sententiam bene sensit *Porphyrion*, quum diceret: „ne forte perconteris, scribetur tibi forma loquaciter" etc. *Wielandius* aliique jam hac in re Quintii de reditibus villae percontantis pusillum animum sibi animadvertisse visi sunt; *Cruquio* verbum *percontandi* signare videtur Quintium πολυπράγμονα τῶν ἀλλοτρίων κακῶν, i. e. nimis in aliena mala curiosum indagatorem, quales fere sint praepotentes etc. *Hochedero* in hac ipsa percontatione parum delicati inhumanique inesse sentienti, quum villa talibus rebus haud dubie caruerit, paene contrarius est *Capmartinius de Chaupy* (Découverte de la maison de campagne d'Horace. I. p. 355.), quum illam talibus ornatam per se intelligi dicit. Recte etiam *Orellius Dilntzerum* nimis infinite et licenter locum dicit interpretatum esse: „Du wirst vielleicht zu wissen wünschen, von welcher Art denn eigentlich mein Gut sei," at quam ipse ausus est interpretationem: „Scio gratum tibi fore, si formam fundi mei ultro tibi descripsero; itaque noli me ea de re percontari," numeris absolutam haud dixerim. Qui in allocutione: *optime Quinti*, cum *Cruquio*, *Rodellio* aliisque ironiam sentiunt, praesumpta sua opinione non viderunt familiarem appellationem, cujus aliquot exempla collegit Bentlejus ad Sat. 1, 5, 27. cf. Kuinoel. ad Act. Apost. 23, 26.

V. 2. 3. *Arvo pascat — ulmo.* In his verbis non Quintii praesumpta percontatio, id quod quidam interpretes non observarunt, sed ipsius Poetae explanatio intelligenda est. Is autem sequitur fere usu receptam operis rustici divisionem; *omnis enim ager* auctore Varrone [L. L. I. p. 362. Bip. coll. R. R. 1, 6. 7.] *quadrifariam dividitur* etc. Conf. Cic. Cat. maj. 15, 54. Virg. Ge. 1, 2. 2, 221—25. ibiq. Voss. Eadem fere ratio in rebus ad villam pertinentibus, i. e. praediis; Plin. Epist. 5, 6, 9. Auson. Id. 3, 17 sqq. Ex his ipsis intelligitur, quam non contemnenda sit scriptura *Pomisve*, quum *poma* et *olivae* ad agrum *consitum* pertineant, contra quam non ferenda incommoda illa conjectura *Ervo*, qua vile illud leguminis indicatur, quod Columella *laetari macro agro* dicit. *Arvum* autem pro frumento et segetibus, uti recte explicant auctore Acrone glossemata codicum Paris. B. et φ. — *bacis olivae.* Olivarum, quas in modicis agri Sabini clivis provenisse testatur Columella R. R. 5, 8., varius erat apud veteres usus, imprimis condiebantur, cf.

Mitsch. ad Epod. 2, 56. Od. 1, 31, 15. Voss. ad Virg. Ge. 2, 85. 519. coll. interpp. ad Ovid. Met. 8, 665. et Winer. „Bibl. Realw." h. v. Olivarum quum in terra Sabina, tum in Horatii agro proventum negarunt aliquot Viri docti, sed oliveta etiam hodie ibi inveniri apparet ex *Waiblingeri* itinerario „Reise in die Abruzzen und den Fucinersee" in „Zeitung f. d. eleg. Welt" 1828. ch. 233. p. 1861 sqq. Quapropter haud scio an nimium dixerit *Orellius:* „Horatii certe praedium in loco nimis edito ac frigidiore situm olivas coli non patiebatur, praesertim quum ne vineas quidem coelum illud admitteret;" sed conf. Excurs. A. Verbum autem *opulentet* Horatianum est, quo deinceps utuntur Columella R. R. 8, 1. et Sidon. Apollin. Epist. 9, 13. *Opulentet ut meraco Bibulum colore vellus.* — V. 8. *amicta vitibus ulmo.* Ita Ovid. Met. 10, 100. *amictae vitibus ulmi.* Columell. R. R. 5, 6. *vestita ulmus vitibus.* Claud. R. P. 2, 111. *pampinus induit ulmos.* Coripp. in Laud. Justin. 4, 42. *amictas vitibus ulmi.* Conf. Ovid. Fast. 1, 153. ex Pont. 3, 8, 13. et in rem annot. ad 7, 84. Peerlkamp. ad Od. 2, 6. p. 180. — V. 8. *Scribetur tibi forma loquaciter* etc. Similiter Plin. Epist. 2, 17, 1. de suo Laurentino: *Miraris, cur me Laurentinum — tantopere delectet? desines mirari, quum cognoveris gratiam villae, opportunitatem loci, litoris spatium.* Idem 5, 6, 3. de suo Tusculano: *accipe temperiem coeli, regionis situm, villae amoenitatem, quae et tibi auditu et mihi relatu jucunda erunt.* Conf. Stat. Silv. 1, 3. 2, 2. In verbo *loquaciter* mira inest vis amoris, qui in fundi describendis utilitatibus amoenitatibusque maximis minimis pectus disertum facit. Eam bene senserunt *Schmidius* et *Düntzer*, qui aliorum frigidas explicationes recensent. Locutionem *formam scribere*, i. e. speciem operis et exemplar commentando disponere, delineare quasi et depingere (*τύπον γράφειν*), ut Frontin. de Aquaed. 17. *formas quoque ductuum facere curavimus*, pluribus illustrant Markl. ad Stat. Silv. 3, 1, 117. et Cort. ad Plin. Epist. 9, 39, 5. coll. Gesn. ad 5, 6, 13. Locus, quem ex Varrone R. R. 1, 6. affert *Orellius*, alius generis videtur esse.

V. 5—7. *Continui montes — aspiciat sol.* Sententia est, jugum esse montium (Liv. 27, 17, 3. 41, 18, 9.), qui uno tractu sese porrigant, eosque tantum valle *profunda* (Od. 1, 17, 17.) eaque *una* et *longa* interrumpi. Cf. Doederl. Syn. I. p. 2. Delirat igitur *Cruquius* hac sua explicatione: „nescio an hoc ad Quintii stoliditatem pertineat, quis enim monteis ignoret, nisi interjecta valle

continuari?“ *Burmanni* quoque formulae *sol aspicit*, i. e. „longe et ex alto videt“ explicatio ad Nemesian. Ecl. 1, 34. de hoc quidem loco claudicat. Est hic potius: „Sol non inhaeret dextro lateri, sed ei mox se subducit.“ Eleganter h. l. soli quod personae est tribuitur (quanquam de deo Sole cogitandum non videtur), ut *veniens*, cujus generis exempla suppeditant Markl. ad Stat. Silv. 1, 6, 10. et Schmid ad h. l., ut *curru fugiente*, de qua re vid. Mitsch. ad Od. 3, 6, 41 sq. et ad C. S. 9. Cort. ad Lucan. 7, 8. Burm. ad Anth. lat. II. p. 305. *Vaporare* autem h. l. idem quod modico et temperato calore afflare, calefacere; contra alii, ut *Vossius*, *Passovius*, *Merkel*, *Doeringius*, *Orellius*: vapore obducere et obumbrare, „umdunsten.“ Pallad. R. R. 1, 20. *Ita purus calor olei cellam sine fumi nidore vaporabit.* Fulgent. Mythol. praef. I. p. 13. *Calliope ludibundo palmulae tactu meum vaporans pectusculum poeticae pruriginis dulcedinem sparsit.* Lucret. 2, 148 sqq. Colum. R. R. 2, 15, 6. Cf. Düntzer. p. 439. De situ ipso villae Horatianae conf. praeter eos, quos supra laudavi, *Orellium* ad h. l. *Walckenaer.* I. p. 409—14. et Excurs. B.

V. 8 — 11. *Temperiem laudes — frondere Tarentum.* De illa temperie laudata cf. annot. ad 10, 15—17. Verba autem *Quid, si rubicunda* etc. non tam ironiam sapiunt, quam animum minimis laetum indicant, cui tractus viriditas, frugum utilitas, arborum opacitas perplacet. Conjunctivus autem, quo complares offensi sunt, miram hic habet vim in re cogitanda fingendaque (v. 25. Epist. 1, 19, 12—14. 2, 1, 80 [ibiq. Schmid.]. Sat. 2, 3, 159. Cic. Offic. 3, 23, 90. al.), ut sententia sit: „Quid dices, si vepres corna et pruna ferre tibi fingis?“ etc. Inde improbabis *Lambini* explicationem: „Si et frutices corna ferant — — —, tum profecto dicere possis, fundum meum amoenitate et fertilitate cum Tarento comparari posse, atque adeo Tarentum ipsum in fundum meum translatum esse.“ Pejor etiam *Haberfeldi* sententia est: „Quodsi vepres meas tantum prunus spinosas aliasque bacas vilissimi generis ferre opinaberis, quanta te capiet admiratio, quum pruna et corna ex iis genita videbis?“ *Hochederi* quoque miraberis opinionem, qua Poetam *fruge* vile glandium genus ad nobile quoddam fructuum evehere voluisse opinatur ob eamque rem *Doeringio* assentitur, cui Horatius, quia vepres corna et pruna ferrent, aureae aetatis (Virg. Ecl. 4, 29) vestigia vidisse visus est. Totum autem locum post *Fr. Jacobsium* (V. p. 53.) eleganter enodavit *Düntzer.* *Vepres*, alias quibus inculta

ferme vestiuntur Liv. 21, 54, 1. 22, 28, 5. coll. Lucret. 4, 60. Colum. R. R. 10, 249., haud dubie H. locum vepribus plenum [eas vivis sepibus inservisse bene observat ex Colum. 11, 3. *Schmidius*, cf. Voss. ad Virg. Ecl. 2, 9. 8, 37. Ge. 2, 371.] vel dumetum intelligit cornis et prunis distinctum. Schol. Cruq. „spineta, virgulta, quae circa sepes sunt.“ Si alii unam arborem ex insitione *pruna* et *corna* tulisse hic vident, suae opinionis auctores reperient ap. Schmid. ad h. l., ap. Manson. („Vermischt. Abhandl.“ p. 291) et Billerbeck. (Flor. class. p. 34. 128.) Ad rem Virg. Ge. 2, 34. ib. Voss. *prunis lapidosa rubescere corna.* Calpurn. Ecl. 4, 24. *Et potius glandes rubicundaque collige corna.* Quanquam *corna* non magni pretii erant (Heind. ad Sat. 2, 2, 57), tamen olivarum instar condiebantur; Ovid. Met. 8, 666. Colum. R. R. 12, 10. De Epitheto *rubic.* minime otioso cf. *Jacob.* Qu. Epic. p. 58 sq., de v. *benignae* Bentl. et Schmid. ad h. l. cum Drak. ad Liv. 9, 32, 2. Ita *terra benigna* Tib. 1, 3, 62. et *γαῖα εὔφρων μάλοις* Pind. Ol. 7, 116. Ceterum *querc.* et *ilex* junguntur ut Od. 3, 23, 10. et ap. Jesaiam 44, 4. ibiq. Gesen. *Ilex* autem ex eo genere arborum est, quibus nunquam decidunt folia, inde *frondens, opaca* Virg. Aen. 5, 129. 6, 208. Conf. Heyn. ad Ecl. 6, 54. et Billerb. l. l. p. 232. — V. 10. *Multa fruge pecus.* Collective ut *καρπός* ap. Thucyd. 3, 15, 2. ibiq. Poppo. Miratur hoc verbum, ut de absurditate *Cruquii* taceamus, *Lambinus*, quum *fruges* et *glans* inter se opponantur, ut Cic. Orat. 9. et alias, at vide Feam ad 12, 29. coll. Broukh. ad Tib. 1, 1, 5. Heins. ad Ovid. Nuc. 19. Doederl. Syn. IV. p. 334. Paul. in Dig. 50, 16, 77. (non 17. ut est ap. Orell.). Quum *pecus* i. e. sues (Colum. R. R. 7, 9, 6. Doederl. Syn. IV. p. 295.) glandibus vesci et saginari [Virg. Ge. 2, 72. 520. hodie quoque in Italia teste Guil. Müllero „Rom, Römer“ etc. I. p. 140] res sit ipsis Thuringiae rusticis nota, nescio sane, quid sibi velit conjectura illa *fronde.* — V. 11. *Dicas adductum propius frondere Tarentum.* Cum Tarento et coeli temperie et viriditate maxime insigni ager Sabinus potissimum comparatus esse videtur, quanquam aliter sentit *Cruquius*, qui utriusque loci situm (Strab. 6, 3. p. 43. *Ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται κατὰ τὴν ἀκρόπολιν.*) hic significari opinatur. De eximia *Tarenti* amoenitate vide locos ad 7, 45. indicatos et Capmartin. l. l. I. p. 66. 79. III. p. 521 sqq. coll. Comitis de Stolberg „Reise“ etc. III. p. 182 sqq. et J. Tommassini (Westphalii)

„Spaziergang durch Kalabrien und Apulien.“ Constanz. 1828. p. 202 sqq.

V. 12 sqq. *Fons etiam — utilis alvo.* Porphyr.: „fons Bandinus e rivo, qui Digentia dicitur. Ergo magnus fons, siquidem ab illo rivus non sine nomine.“ Schol. Cruq. ad lemma *fons etiam:* „suppl. est in agro meo cui nomen est Bandusius“ — ad lemma *id. dare:* „hoc est, tam magnus est, ut det nomen rivo qui dicitur Digentia.“ Scholiastae veris falsa miscuerunt. In promptu autem est, Horatium, quum in fonte suo laudaret ubertatem, rem indicasse non quae posset esse, sed quae esset i. e. ἱκανὸς δίδοναι: „fons tam aqua abundans, ut suum nomen det rivo, qui est Digentia.“ *) Aliter qui explicant, ut *Bothius:* „dignus, a quo rivus appelletur, nisi aliud is habeat nomen, Digentiae;“ ut *Strodtmannus* (Progr. schol. Flensburg. 1839. p. XXVIII.): „dieser Quell fliesst so wasserreich, dass er selbst (nicht etwa ein andrer, der bei den Sabinern dafür gelten mochte) verdiente, für den Ursprung oder Hauptquell der Digentia angesehen zu werden,“ non satis vim particulae *etiam* sensisse videntur, ne dicamus, Horatium, si hanc sententiam illis

*) Apponere iubet aliorum quum pravas, tum veras explicationes. *Britannicus:* „Idoneus dare nomen rivo, ut possit potius rivus quam fons nominari.“ Sic et *Torrentius* fontem „rivi nomen mereri“ ait. *Lambinus:* „Fons tam salubris — — et uber, ut dignus sit, cujus rivus ab eo nominetur.“ *Fabricius* fontem a rivo Digentiae deductum esse vult. Despreux: „Tam abundantes aquas ei rivo praebens, ut inter fluvios Sabinorum Digentia numeretur et nominetur.“ Similiter *Guttmann* (Progr. Schwerin. 1836): „Dann der Quell, dess Namen mit Stolz ein Strom wohl empfinge.“ *Domenico de Sanctis* diss. sopra villa di Orazio Flacco etc. Seconda edizione. In Roma 1768. p. 12.: „È questo è quel fonte, che scorrendo più puro, è più fresco dell' Ebro, utile, e salubre per i mali di copo, e di stommaco, formava non solo, ma dava ancor nome al ruscello Digenza.“ Campenon: „Puis-je oublier une source, assez abondante pour former un ruisseau qui porte son nom?“ *Günther:* „Hier entsprudelt ein Quell gleichnamig dem rinnenden Bächlein.“ *Merkel:* „Ferner die Quelle, bedeutend genug, um den Bach zu benamen.“ Praeivit *Vossius:* „Auch ein Quell, der den Bach zum nambaren schwellet.“ In eandem sententiam *Wielandius* et *Passovius.* Contra *Düntzer:* „dieser fons ist fast so stark, wie die vorbeiströmende Digentia selbst, so dass diese sehr wohl von ihm benannt sein könnte.“ Laudat *Guattani* monumenti Sabini III, 14. et *Gell.* II, 351., quorum alterum trium fontium nomine *Fonte bello* insignitorum, alterum duorum, e quibus alter *fons Bandusius* esse possit, mentionem facere dicit. Hunc autem prope Venusiam inveniri recte ait *Byron* („Poesien. 12. Bändchen. Uibersetzt von J. L. Witthaus.“ Zwickau, 1822. p. 149).

verbis subjecisset, ambigue atque obscure dixisse. Qui fontem *Bandusiae* in agro Sabino vident significari, rem nobis venditant sane miram, qua nomen quoddam illustre ex ore vulgi plane evanuisse credi oportet, quod secus est in vero nomine fontis Bandusini prope Venusiam („Venose au lieu appellé *Fontana-grande* à *Paluzzo* à six milles au de la de Venose") reperti, quod testantur *Cimaliae* Antiq. Venus. Neap. 1757. p. 189., *Capmartinius de Chaupy* (III. p. 538—541.), *Fea* ad Od. 3, 13., alii. Neque melius ii rem expediunt (*Dunlop* Rom. litt. III. p. 364. *Tate* Horat. Cambridg. 1832. *Zumpt* „Berl. Jbb." 1833. N. 83. p. 662. et ap. Wüstemann. p. 17. coll. „Zeitschr. f. d. Alterthumsw." 1834. p. 920. *Strodtmann* l. l. p. XXVII., quibus *Dillenburger* quoque assentiri videtur ad Od. 3, 13, 1. coll. p. 10.), qui Horatium ex hujus fontis celebritate suum in agro Sabino denominasse opinantur. Non negant igitur fontis nomen famamque, non negant dulcissimam in Horatio fontis illius memoriam, quidni ipsum Od. 3, 13. laudibus extulerit? An quia, quando hoc factum sit, nescimus? Hoc in eos cadit qui, nisi omnia rimantur atque extricant, rei fidem abrogare quam habere malunt. *) Huc accedit, quod quae Poeta alias de hoc, quem hic sentimus, fonte dicit, optime conveniunt vel in fontem vel in rivum *Digentiae* (cf. Schmid. ad 18, 104. interpp. ad Od. 3, 16, 29. Sat. 2, 6, 2. Epist. 1, 14, 29.) laudatum. Conf. Excurs. C. — De festiva illa fontis cum *Hebro* frigido comparatione v. 13. vide annot. ad 3, 3. *Ambiat* autem dici videtur ut *praefluere* Od. 4, 3, 10., nam Hebrus, ut recte ait Senec. Phoen. 606. *campos fertiles secat* scil. Thraciae, nisi mavis: „obliquis meatibus fluat," ut A. P. 17., vel „huc illuc eat ambitiosorum more," ut sensit *Doederlinius* (Synon. II. p. 6.). — V. 14. *Infirmo capiti fluit utilis, ut. alvo.* Ita Celsus 1, 4. *Capiti nihil aeque prodest atque aqua frigida. Itaque is, cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali quotidie debet subjicere* etc. Idem 2, 29. *aquae tenerae* usum commendat *ad alvum movendam* et 2, 30. *aquas praefrigidas ad*

*) Quae hic p. 442. contra dicit *Düntzer*, merae argutiae sunt. Qua autem re suas superstruxerit rationes *Wissius*, qui Digentiam et fontem Bandusium pro una eademque re habet (Quaest. Horat. libell. IV.), me fugere fateor. Mecum sentiunt praeter eos, quos supra posui, *Schmidius*, *Jahnius* (Od. 3, 13, 1.), *Orellius*, *Passovius* (N. 226.), *Müller* („Roms Campagna" I. p. 284.), *Walckenaer* II. p. 22 sq. 300. *Weber* p. 277.

alvum astringendam. *Torrentius* non male observat, Poetam hic fortasse Antonii Musae ψυχρολουσίας (15, 3—9.) respicere, quum alioqui fontem medicatum fuisse non credat. De verbo *utilis* *Doeringius* confert Ovid. Trist. 3, 3, 9. et Metam. 13, 630. Sed et Celsus et Plinius maj. verbo in tali re utuntur. In rem cf. Stuck. Antiq. conviv. 3, 6. p. 484 sqq. *) et Wernsd. P. L. M. V. p. 1373.

V. 15. 16. *Hae latebrae — horis.* *Latebras* qui, ut *Cruquius*, e mente Quintii contemptim, ut *angulus* 14, 23. dici putant, non persentiscunt Poetae mentem, qua agelli sui *recessum* vel *secessum* significat. Conf. annot. ad 1, 1, 5. 14, 1. Senec. Epist. 3. *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est.* In sententiam fere Plin. Epist. 1, 9, 6. *dulce otium — — verum secretumque μουσεῖον.* Aliter *Capmartinius*, quum *latebras* (I. p. 343. III. p. 284) ad agelli abditum in reducta valle situm vallisque angustias refert. Hae *latebrae*, qualescumque sunt, poetae (alios non curat) dulcem excitant sensum eumque imprimis ob otium, quod praebent, liberrimum delectant; inde *dulces*, sed „sunt *etiam*, si eas per se spectes, *amoenae*, i. e. quae aspectu gratae sua locorum jucunditate omnium animos (si tu mihi fidem non denegas) capere ac permulcere queant.“ Qua explicatione quamvis nihil possit esse verius, multi tamen viri eruditi, vocabulo *etiam* vim orationis augeri quum non viderent, a via recta aberrarunt. Sed recte interpretati sunt *Schmidius*, *Hochedar*, *Orellius*, **) alii. — V. 16. Mensibus Augusto et Septembri quum sol acrior, tum Austri coelum imprimis Romam incolentibus gravissimum reddebant ita, ut plerique febri, quam aestivam vocant, tentarentur, quapropter ditissimus quisque in alias, si fieri posset, secedebat regiones ad perfruendam molliorem aestatem mitiusque coelum, quod hodie quoque fieri constat. De Roma, utpote loco natura graviore vide quos laudavi ad 7, 5—9. et conf. Capmartin. III. p. 292—329. Hirzelii „Briefe

*) In repetitione verbi *utilis* simplicitati hujus loci accommodatissima nescio quid mali in bonum Quintium cadentis nonnulli interpretes sentiunt; ita ad v. v. *Infirmo capiti* maligne *Cruquius*: „An ad sanandum Q—tii caput?“

**) Conf. nostr. annot. in Seebod. „Krit. Bibl.“ 1825. III. p. 299. Doederl. Syn. III. p. 35. Fr. Jacobs. V. p. 62. Bach. in „Zeitschrift“ etc. 1834. p. 1042. Düntzer p. 443. Hand. Tursell. II. p. 551. 595. Alius sic: „Nunc, ex quo earum commoda magis perspexi quam initio, vel amoenae.“ Cf. *Bentl.* et *Gesn.* supra.

über Italien.“ Lips. 1821. I. p. 166. Branii „Minerva“ 1829. p. 311. Mira autem erat in agro Horatiano aestatis clementia, de qua dixi ad 10, 15—17. Uberius rem persequitur Capmartinius ibid. p. 330—34. Mire *Doeringius:* „mense Septembri me salvum atque incolumem tibi sistunt, h. e. e villa mea, ubi nunc delitesco, tam dulci, si credis, atque amoena, salvus atque incolumis mense Septembri redibo.“ Pravam hanc explicationem, quam sequitur *Scheller* in translatione, refutatum ivi in „Allgem. Schulzeitung.“ II. 1830. N. 61. Mecum sentit *Fr. Jacobs* V. p. 123. *Praestare* enim h. l. servare ut in notissima formula, Cic. Epist. ad Div. 16, 9, 9. Liv. 26, 36, 9. Plin. Paneg. 67. Lactant. de Mort. persec. 34, 5. Senec. Epist. 45. De Pronomine *tibi* familiariter interposito vide annot. ad 3, 15. coll. Burm. ad Val. Fl. 2, 144. Wagn. ad Virg. Ecl. 8, 30. Bergl. ad Alciphr. 3, 49, 19. — *Septembribus horis.* Sat. 2, 6, 19. *Auctumnusque gravis* etc. Juv. 6, 516. *metusique jubet Septembris et Austri Adventum.* Auson. Eleg. 8, 7. *Anne — da vere salubri Apricas ventorum animas, da rosecida Cancro Solstitia et gelidum Boream Septembribus horis.* Bion ap. Stob. Ecl. I. 8, 39. (p. 246. Heer.) *Οὐκ ἰδέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ὥρα τίκτει.* Conf. Porphyr. ad h. l. Rupert. ad Juv. 4, 57. 14, 127. et de dictione Weber. ad Juv. 9, 68. p. 309. Mitsch. ad Od. 3, 13, 9. Lennep. ad Phal. Epist. 4. p. 19. Mense demum Octobri redit Romano tractui salubris illa aeris temperies, quae homines gravi coelo defatigatos et multa dura ante perpessos leni recreat calore ita, ut homines, qui hodie ibi vivunt, laetitiae se dent genioque indulgeant. Vid. *Guil. Waiblinger* in Gubitzii „Gesellschafter.“ 1829. N. 34. p. 176. Olim Idibus Octobribus ludimagistros quoque scholas per quatuor fere menses clausas aperuisse vere docet *Hermannus* in Diss. de loco Horatii Serm. I, 6, 74—76. Marburg. 1838. p. 29. Praeterea in Horatii villam convenire maximam partem videntur, quae Celsus 1, 2. *imbecillis,* quo in numero, ut ait, *magna pars urbanorum omnesque cupidi literarum sunt,* servanda praecipit: *Habitare vero aedificio lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente: cavere meridianum solem, matutinum et vespertinum frigus itemque auras fluminum atque stagnorum* etc. Conf. Pallad. R. R. 1, 8. 9. De toto autem loco assentior *Düntzeri* verissimae expositioni: „Die ganze Beschreibung des Landlebens enthält den Ausdruck der höchsten Lust und Zufriedenheit; hier findet er Alles, was er sich wünscht, die Gegend ist milde und schön, dabei seiner

Gesundheit zuträglich; nach nichts Weiterm verlangt er, weshalb *er über den Ertrag des Gutes kein Wort sagt*, nicht etwa, um des Quintius durch sein Schweigen zu spotten, sondern *weil ihm diese Betrachtung des Einkommens ganz fern liegt.*"

V. 17. 18. *Tu recte vivis — Roma beatum.* Sententiarum ordo: „Sic equidem in meo praediolo vivo beatus, te quoque omnis Roma praedicat beatum. At ne soli hominum sermoni in tali re saepe fallaci ac mutabili, sed tibi uni, i. e. animo rerum honestarum conscio fidem habeas, te monitum volo." Jam in seqq. Poeta rei, qua incaluit pectus, remittit habenas. Ac dici vix potest, quam et in hoc loco in alia omnia abierint interpretes. Confer igitur *Cruquium, Chabotium, Dacerium, Sanadonum, Haberfeldum, Doering.* ad v. 19. et praeter ceteros *Fr. Jacobsium* (p. 54 sqq.). Recte autem *Cruquius* h. l. vocem Socraticam esse dicit, ut Cic. Offic. 2, 12, 43. (ib. Beier) *hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset;* coll. Xenoph. Mem. 1, 7, 1. 2, 6, 39. Epictet. Diss. 4, 8, 26. Gatak. ad M. Antonin. 10, 8. Val. Max. 7, 2, 1. (Extern.) Plin. Paneg. 44, 8. ib. Gesn. Neque incommode *Lambinus* ad v. 19. huc pertinere ait Aeschyli Sept. contr. Theb. 552. *Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.* Conf. Stallb. ad Plat. Gorg. 82. p. 527. B. et de Rep. 2, 4. p. 361. A. B. Lennep. ad Phalarid. Epist. 62. p. 212. et 119. p. 372. ed. Lips. Cort. ad Sall. Cat. 54, 6. Muret. Opp. III. p. 561. Sententia autem v. 17. *Tu recte vivis* est: „Tu beate vivis, si, quod homines tibi tribuunt, re vera esse studes." Sic v. sequens hujus sententiae indicat causam. De formula *recte vivere* (Hom. Od. 15, 491. *ζώεις δ' ἀγαθὸν βίον*) cf. ann. ad 6, 29. Sic Martial. 10, 47, 12. *Quod sis, esse velis, nihilque malis.* Cic. pr. Coel. 3, 8. *qualis es, talem te esse existimes.* Publ. Syr. *Quid ipse sis, non quid habearis, interest.* Plat. Epist. 4. *Φανερούς οὖν δεῖ ἡμᾶς γενέσθαι, ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι οἱοίπερ φαμέν.* Aristot. Ethic. Nicom. 9, 4. *Ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι.* Diog. Laert. 7, 118. Clem. Alex. Paedag. 3, 11. p. 256. B. *καὶ εἶναι, μὴ δοκεῖν εἶναι τοιούτους.* Ad v. 18. *Jactamus — beatum* laudavi olim, quia Quintius honore quodam tum auctus esse mihi visus est, Cic. de Legg. 1, 11. *Propter honestatis et gloriae similitudinem beati, qui honorati sunt, videntur.* Similiter Aristot. Rhet. 1, 11, 16. *Καὶ τιμὴ καὶ εὐδοξία τῶν ἡδίστων, διὰ τὸ γίγνεσθαι φαντασίαν ἑκάστῳ, ὅτι τοιοῦτος καὶ σπουδαῖος. Καὶ*

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFO

μᾶλλον ὅταν φῶσιν, οὓς οἴεται ἀληθεύειν etc. Opes Quintii, quas alii intelligunt, minime excluserim. Inique autem *Wetzel:* „Quintius autem ille — — jam rem insignem collegisse videtur, quum omnes eum *beatum* praedicarent, servata tamen viri boni fama et laude.“ Ceterum *Jactamus — omnis Roma* eleganti brevitate dicitur ut A. P. 42. Od. 4, 2, 50. 51. Epod. 16, 9. 16. 36. Ovid. Met. 5, 343. (ib. Bach.) 10, 18. 12, 499. Ovid. Trist. 1, 7, 1. (Loers) 2, 513. (Jahn). Cic. de Or. 2, 6, 24. *omnes ad te cives cum tabulis veniemus.* Cf. Rudd. II. p. 387. N. 76. Fabr. ad Liv. 22, 59, 8. et Forbig. ad Virg. Aen. 6, 743. De formula *quod audis* cf. 7, 37. et Hildebr. ad Arnob. 5, 35. p. 474.

V. 19. 20. *Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas.* Notum illud γνῶθι σεαυτὸν ita variarunt, ut viros bonos in sese descendere, non aliorum de se existimationi credere juberent. Pind. Pyth. 2, 131. Γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών. (Matth. „Verm. Schrift.“ p. 99.) Aristot. Eth. Nicom. 1, 5. (3). Ἔτι δ' ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν, ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι. (Huic loco adjungit Lambinus Cic. de Fin. 2, 22, 71) M. Antonin. 10, 8. Ἐὰν οὖν διατηρῇς σεαυτὸν ἐν τούτοις τοῖς ὀνόμασι, μὴ γλιχόμενος τοῦ ὑπ' ἄλλων κατὰ ταῦτα ὀνομάζεσθαι, ἔσῃ ἕτερος etc. Plutarch. de Aud. Poet. VI. p. 116. τὸ γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ τῇ διαθέσει τῇ περὶ αὗτον οὔσῃ κρατίστῃ μέγα φρονεῖν, νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστι. Simplic. ad Epict. Enchir. 23. p. 60. μὴ πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποτείνου, τοὺς μηδὲ ἀξίους ὄντας τῶν τοιούτων κριτάς, ἀλλὰ σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανόν ἐστι. Plutarch. de sui laud. VIII. p. 156 sq. Porphyrio comparat Pers. 1, 7. *ne* (sic) *te quaesiveris extra;* sed item huc facit 4, 46 — 52. *Egregium quum me vicinia vocet, Non credam? — — — Respue, quod non es: tollat sua munera cerdo; Tecum habita* etc. Senec. Epist. 80. *Si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc qualis sis, aliis credis.* Id. de Vit. beat. 1. *Atqui nulla res majoribus nos malis implicat, quam quod ad rumorem componimur* etc. Ib. 2. *Animi bonum animus inveniat.* Ib. Ep. 110. *id ages, ut sis felix, non ut videaris, et ut tibi videaris, non aliis.* Id. de Vit. beat. 20. Plin. Paneg. 74. *Alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit. Introspiciat modo vitam, seque quid mereatur, interroget.* Id. Ep. 1, 2, 5. *Tu modo enitere, ut tibi ipse sis tanti, quanti videberis aliis, si tibi fueris.* Ibid. 3, 20, 8. Cic. ad Attic. 12, 27. *Mea mihi conscientia pluris est,*

quam omnium sermo. Id. de Or. 1, 47, 204. Pseudo-Cat. Dist. 1, 14. *Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli.* Idem repetit Jo. Saresber. Nug. Cur. 3, 5. p. 162. Auson. Id. 16, 1 sqq. *Vir bonus et sapiens — — — Judex ipse sui, totum se explorat ad unguem: Quid proceres, vanique ferat quid opinio vulgi Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus* etc. Quomodo hic et Horatianus locus, qui contra conscientiam suam adulatorum vocibus credere vetat, cum Aristotelio illo componendus sit, eleganter docet *Ruhnkenius* ad Aristot. Ethic. Opp. III. p. 181. Alia in rem suppeditant Gatak. ad M. Antonin. 12, 4. p. 350. et Beier ad Cic. Lael. 26, 4. 5. coll. Offic. 1, 26, 91. Hinc commode Hieronym. ad Demetriad. IV. p. 18. C. *Saepe adulantium resistimus verbis ad faciem et in secreto mentis favemus, maximumque fructum cepisse nos ducimus, si vel fictis laudibus praedicamur, nec cogitamus quod ipsi sumus, sed quid alteris esse videmur. Unde eo perducta res est, ut neglecta veritate meriti de sola opinione curemus, qui testimonium vitae nostrae non a conscientia nostra, sed a fama petimus.* — V. 20. *Neve putes alium sapiente* etc. In eandem sententiam Socrates eos exsecratus dicitur, *qui primum haec* (honestum et utile) *natura cohaerentia opinione distraxissent.* Vid. Beier. ad Cic. Offic. 3, 3, 11. Senec. Epist. 45. *hoc nos doce, beatum non eum esse, quem vulgus appellat — — sed illum, cui bonum omne in animo est* etc. Id. de Vit. beat. 2—11. Epist. 59. Aristot. Magn. Mor. 1, 4. *τὸ ἄρα εὐδαιμονεῖν καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐν τῷ εὖ ζῆν ἔστι. τὸ δ' εὖ ζῆν ἐν τῷ κατὰ ἀρετὰς ζῆν. τοῦτ' ἄρα ἐστὶ τέλος καὶ ἡ εὐδαιμονία καὶ τὸ ἄριστον.* Id. Rhet. 1, 5, 3. 4. Ethic. 1, 7, 8. p. 49. Z. coll. 1, 13, 1. Polit. 4, 9, 2. Idem docet Plato in Alcibiade primo et alias. Cf. de hac omni re Mureti elegantem de summo bono disputationem ad Aristot. Ethic. 1, 5. Opp. III. p. 183. coll. Cic. de Fin. 3, 8. Tusc. 5, 12—16. et Plutarch. libell. *εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς τὴν κακοδαιμονίαν* VII. p. 938 sqq., annot. ad 6, 29. et Schmid ad h. l. Eandem rem per ironiam respicit Cicero in Epist. ad Div. 7, 28, 2. 3. De constructione verborum *alium sapiente,* in qua *Fea* cum Charisio errat vid. Schm. et Orell. ad h. l. et 2, 1, 240. coll. Gronov. et Drak. ad Liv. 5, 54, 6. Reisig. „Vorlesungen" etc. §. 390. Mire Porphyrio v. *excepto* omissum dicit.

V. 21—24. *Neu si te — ulcera celat.* Sententia: „Neu, si te multitudo consentiens sapientem nullisque cupiditatibus obnoxium

dicat, tu tibimet ipsi gliscentem honoris aliusve rei cupiditatem dissimules, donec ipsa vi sua te subigat.“ Pro re autem ponit imaginem a febricitantibus desumptam, cui locum communem simili argumento conspicuum v. 24. adiungit. Alii aliter, quorum taedet perversas recensere opiniones. Senec. de Tranq. an. 1. *Puto multos ad sapientiam potuisse pervenire, — — nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam apertis oculis transilissent. — — Quis non inter laudantium blandientiumque positus greges plurimum tamen sibi ipse assentatus est?* Senec. Epist. 85. *Quid, si sanum voces leviter febricitantem? Non est bona valetudo, mediocritas morbi. — sub tempus edendi*, i. e. tempore vespertino, quo febres ingravescunt. Cels. 1, 3. de febribus quotidianis: *horrorem voco, ubi totum corpus intremit.* Ita *Morbus tremens* ap. Senec. Herc. fur. 696. et de conscientiae tormentis Juv. 13, 211. *Perpetua anxietas nec mensae tempore cessat, Faucibus, ut morbo, siccis interque molares Difficili crescente cibo.* Pers. 4, 44. (ib. Casaub.) *da verba et decipe nervos, si potes.* Id. 3, 100. *Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem Excutit e manibus, dentes crepuere retecti, Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.* Hic autem *manus unctae* non denotant manus opipare coenantis vel eum, qui convivando transigit aetatem fere omnem (cf. 14, 21. Hoched. et Burm. ad Petron. 43. p. 196.), neque manus cibis tremore excussis commaculatas (Haberf., Doering.), sed manus deficiente cibi capiendi instrumento adipe contaminatas. Ita intellige Sat. 2, 4, 78. 79., qui loci iis addendi sunt, quos laudant *Baruffaldus de armis convival.* in Sallengr. Nov. Thes. III. p. 743. et *Becker* ad Gall. II. p. 155. — V. 24. *Stultorum incurata* etc. Nihil hac sententia et proprie et translate sumpta frequentius. — *pudor malus* ut Sat. 2, 3, 39. et *αἰδὼς κακή* ap. Eurip. Hippol. 385 (ib. Valcken.), quod vitium Plutarchus de Vitioso Pud. VIII. p. 95. vocat *δυσωπίαν, σημεῖον μὲν οὐ φαῦλον, αἰτίαν δὲ μοχθηρίας οὖσαν.* De hac, qua homines se aegrotare non credunt, opinione, i. e. *ἀπιστίᾳ τοῦ νοσεῖν*, confer eund. VII. p. 950. et Senec. de Tranq. an. 2. *quos sub ingenti titulo laborantes in sua simulatione pudor magis quam voluntas tenet.* Id. Epist. 50. *Erubescimus discere bonam mentem. At mehercule turpe est magistrum hujus rei quaerere.* Ibid. 53. *Somnium narrare, vigilantis est, et vitia sua confiteri, sanitatis judicium est.* Ibid. 68. *Sic in animo nostro sunt quasi causariae partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in otio*

facio? ulcus meum curo. — — *Majus malum est hoc, quod non possum tibi ostendere.* Pers. 4, 44. *Ilia subter Caecum vulnus habes.* Maximin. El. 3, 55. (Wernsd. VI. p. 339) *Non intellecti nulla est curatio morbi.* Boeth. de Cons. phil. 1, 4. (p. 7. ed. Obbar.) *Si operam medicantis expectas, oportet vulnus detegas.* Firmic. de Error. prof. relig. 17. *Capta mens languoris vitio morborum semper augmenta desiderat et medelas artificum aspernatas contemnit, respuit remedium medicinae et in exitium suum prona animositate festinat.* Apul. Met. 10, 2. *vulnus animi mentitur in valetudinem.* Plutarch. l. l. p. 107. *δισωπίᾳ κακῇ* tribuit *ἰατρὸν νοσοῦντες οὐ παρακαλοῦμεν τὸν ἔμπειρον, αἰσχυνόμενοι τὸν συνήθη.* Orell. Opusc. Gr. I. p. 34. N. 113. *ὥςπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον, οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ἡ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται.* Chrysost. Hom. IV. p. 118. Matth. *ὁ γὰρ μὴ μισῶν τὸ ἕλκος, μηδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος, πῶς ἂν ἐπιζητήσειε τὸν ἰατρόν;* In rem cf. ann. ad 2, 38. 39. et Epict. Diss. 2, 21, 23. Senec. de Ir. 3, 10. *Proderit morbum suum nosse et vires ejus, antequam spatientur, opprimere.* Cels. 3, 2, 15. p. 115 Kr. et de translato usu verbi *ulcus*, *ἕλκος*, Senec. Epist. 8. P. Syr. 904. Pind. Pyth. 4, 271. Boeckh. Plutarch. de An. Tranq. VII. p. 863. Imitatur Malch. Ecbas. captiv. 391. *Discere percupimus celatum quod latet ulcus.*

V. 25 — 31. *Si quis — nomine?* Poeta veritus, ne Quintius, ut homines solent, sibi melior quam erat videretur ac vitia sua falso pudore obtegeret idque propter vulgi assentantis vocem, hoc exemplo hanc illustrat sententiam: „In assentatoris voce vera a falsis, i. e. ad te non pertinentibus, facile dinoscis atque haec repudias, contra quae ad laudem viri sapientis pertinent, ea in te merito dici existimaveris neque recipere dubitaveris.“ [Alii: „non internoscis vel nescis, vere an simulate dicantur.“] Hoc si est, apparet, jungendum esse *bella tibi* (a te) *pugnata*, non: *tibi dicat bella*, neque cum *Doeringio* et *Vossio* explicandum: „canat,“ sed ut Sat. 1, 3, 19.; porro apparet, id quod recte ait *Orellius*, inscite negat *Düntzer*, Quintium stipendia aliquot fecisse, rem tum omnium juvenum communem, quam si Quintio denegaveris, exaggeratio et absurda est, neque assentator veris miscuit falsa, qua opinione totius loci infringitur vis elegans. *Aures* autem *vacuae* non tam sunt, uti cum *Dacerio Orellius:* „adulationi patentes“ (Pers. 4, 50), quam attentae atque audiendi cupidae, ut Plaut. Trin. prol. 11.

accipite et date vacivas auris, dum eloquor. Lucret. 1, 45. *mihi adhibe vacuas auris.* Calpurn. Ecl. 4, 47. *non ipse daret mihi forsitan aurem, Ipse deus, vacuam.* Neque huic explicationi adversatur *permulcendi* verbum, de quo vide *Herzog.* ad Caes. B. G. 4, 6.; *Car. Passovius:* „wenn er umstrickt die geöffneten Ohren mit derlei.“ Ceterum *bella pugnata* ut *bellum bellare.* Liv. 8, 39, 16. *πολεμὸν πολεμεῖν*, similia, de quibus disputant Beier ad Cic. Offic. 1, 12, 38. p. 94. et Paldamus in Zimm. „Zeitschrift f. d. Alterthmsw.“ 1838. p. 1224. coll. Lamb. ad Od. 2, 6, 11. et Jacob ad Lucian. Toxar. p. 155. — V. 28. *Servet in ambiguo.* Qui haec verba cum *Torrentio* ad Graecorum *ἰσορροπίαν* referunt et ad veterum opinionem, qua Jovem res mortalium in trutina ponere et veluti libra quadam pensitare crediderint, ii haud scio an paulo acutius videant. Non sine vi autem Subjectum, i. e. *Jupiter*, in fine positum est ut Od. 4, 9, 16. A. P. 391. 92. — V. 31. *Respondesne — nomine?* i. e. „num vere te talem esse putas, qualis diceris, an — (quod facile ex verbo *pateris* et v. 32. efficitur) ea laude tantummodo delectaris?“ Similiter Sat. 2, 7, 83—89. *Sapiens sibi qui imperiosus — Potesne Ex his ut proprium quid noscere?* Non igitur sensit acumen loci *Düntzer*, quum adderet: „Woher weisst du, dass es keine Schmeichelei ist?“ Idem mira novitate formulam: *respondere suo nomine*, explicat: ita dicenti ac laudanti gratias agere. „*Respondere* ist hier der Gegensatz zum Ablehnen des Lobes (Augusti laudes); der Gelobte erwiedert in seinem Namen: „„Ich danke ihnen sehr dafür,““ wodurch er das ganze Lob annimmt.“ Monstrum approbat *Dillenburger.* Recte *) *Schmidius* locutionem a militia, qua milites *ad nomina respondebant*, ductam censet coll. Rupert. ad Liv. 1, 11, 3. Inde Liv. 3, 41, 7. *juniores, quum sine provocatione imperium esset, ad nomina respondent.* Eadem similitudo ap. Cic. de Or. 3, 49, 191. *ipsi, paeon aut herous, se offerent et respondebunt non vocati;* ad quem loc. cf. *Ellendtium* recte explicantem. *Respondere* autem *nomine* eodem modo dicitur quo *dicto audientem esse alicui*, de quo Ablativo conf. *Daehne* in Jahn. „Jbb.“ 1829. XI. 1. p. 109. Hinc improbanda est *Marcilii* opinio, qua terminationem *nomine*

*) Contorte *Doeringius*, quem vide. Contortius *Porphyrion:* „Ordo et sensus: *Respondesne tu, dic, sodes*, nempe vir bonus et sapiens nomine dicī delector“ etc. De simili hujus verbi usu Bremi ad Suet. Claud. 15.

antique pro Dativo *nomini* positam censet. Eum sequitur *Desprezius* et e nostratibus *Günther:* „Sag' mir es ehrlich: entsprichst du auch stets dem Namen?" Ut nos praeter alios *Orellius.* Sic elegans interpres *J. Merkel:* „Sprich, antwortest du wohl, als gälten dir wirklich die Namen?" *Guttmann:* „Führst du mit Recht, o Freund, auch diese Benennung?" *Campenon:* „répondez-vous, dites le-moi, comme si cette louange s'adressait à vous?" Accuratius ceteri, ut *Vossius, Scheller, Car. Passovius.* Ceterum versus 27. 28. mutuam Augusti ac populi Romani benevolentiam significantes *Lambinus* poetae illius temporis esse opinatur Augusto assentantis. *Cruquius* eos Horatianum stilum redolere ait; quapropter potius sub aliena tertia persona ab ipso quam ab alio scriptos sibi persuadet. Idem sentiunt *Marcilius* et *Campenon.* At *Porphyrion* (ad v. 25.) et *Scholiastes Cruquii* (ad v. 27.) ex Varii Panegyrico Augusti desumptos tradunt, quibus *Acron* ita assentitur, ut „Haec Varum (?) de Augusto scripsisse" dicat. Scholiastarum testimonium erudite post *Jan. Rutgersium* in Lectt. Venus. c. 3. p. 244—252. ed. Horat. Lugd. Batav. 1699. comprobavit *Weichertus* in Comm. de *Lucii Varii et Cassii Parmensis vita et carm.* p. 115 sqq., quocum conf. Vanderb. ad Horat. Od. 1, 6, 1. I. p. 328. et quos ad eund. loc. laudat *Jahnius* coll. *Schmid.* ad Epist. 2, 1, 247. De veterum poetarum more aliorum versus aut immutatos recipiendi aut alia ratione in suam rem convertendi praeter *Weichertum* p. 116. dixerunt *Schmidius* ad 2, 2, 92., *Kirchner* ad Sat. p. 200. coll. p. 166., *Vossius* ad Virg. Ecl. 6, 75. 8, 88. p. 45. 131. *Pabstius* ad Tacit. Dial. 13. p. 51. Quanto autem favore et amore Augustum de Romanis optime meritum prosecutus sit populus Romanus, ut in unius salutem collata omnium vota viderentur, legitur ap. Sueton. in vit. Octav. 28. 57 — 59. (ib. Casaub.) Dion. Cass. 51, 19. Vell. Paterc. 2, 89. coll. *Tob. Gutberlethi* Conjectan. in Polen. Thes. IV. p. 356 sqq. *Grut.* Inscr. p. 226 sqq. *Eckhel.* Doctr. vet. num. VI. p. 119 sqq. *de Dresch* in „Allgem. Encyclop." VI. p. 398 sqq. *Loebell.* in Raumer. „Histor. Taschenb." 1834. p. 238 sqq. *Drumann.* IV. p. 292 sqq. *Lübker.* ad Od. 3, 3, 12. *C. Passov.* p. CXV. *Weber* in Jahnii et Klotz. „Archiv" 1843. IX. 2. p. 280—297. „Uiber die Verhältnisse des Horatius zu Caesar Oktavianus." Quapropter Od. 4, 15, 17. audit *Custos rerum Caesar* (ib. Doer.) et Plinius H. N. 16, 3. Augustum profligatis bellis coronam civicam a genere humano accepisse tradit; hinc illi

nummi, in quibus, ut alios taceam, Augustus „salus generis humani“ nominatur, vid. Rasch. Lexic. IV. 1. p. 1667. Huc pertinet ipsum, quod d. XVI. Kal. Febr. = d. 16. m. Januar. 727. u. c. tulit, cognomen *Augusti*, i. e. augurio consecrati eoque sancti et venerabilis, de qua re conf. quos laudant Bentl. ad Od. 4, 4, 26. Creuz. et Roeth. ad Jo. Lyd. de Mens. 4, 72. p. 272. Freinsh. ad Fragm. Liv. 136, 103. Duk. ad Flor. 4, 12, 66. Schmid. ad Epist. 2, 1, 16. Osenbrügg. ad Cic. pr. Mil. 16, 43. et de tempore accepti cognominis Dio Cass. 53, 16. Fast. Verr. p. 13. (Wolf. Suet. IV. p. 322 et 333.) coll. Monum. Ancyr. tab. 3, 16. (Wolf. Suet. II. p. 377.) Eckhel. VI. p. 88. Nummos cognomine *Augusti* vel *Καισ. Σεβάστου* signatos recenset Rasch. I. p. 1322 sqq. et I. 2. p. 191 sqq. Suppl. I. p. 1211 sqq. Quanquam Caesar Octavianus apud scriptores simpliciter *Caesar* saepe dicitur (Schm. ad 2, 1, 4.), nunquam tamen, quod sciam, in lapidibus, sed *Caesar Divi F.*, *Caes. Div. F. Augustus* vel *Caesar Augustus*. Conf. quos affert *Muzochius* in Polen. Thes. V. p. 563. De Horatii consilio in his versibus tres una laudandi ac de una fidelia, ut ajunt, duos parietes dealbandi dixerunt *Doering.* et *Orellius*, quibus ex parte tantum assentitur *Düntzer.*

V. 32 — 35. *Nempe Vir bonus — tristisque recedo.* Verba sunt v. 32. non Quintii, ut multi opinantur, sed Horatii hac sententia: „Quodsi tu: quidni laudem illam recipiam eaque delecter? equidem eandem me cupere et quem non? lubenter tibi largior, at in vulgi judicio acquiescendum non censeo.“ [Cetera infra v. 39.] In multitudinis judicio standum non esse, sed suo cuique utendum judicio, propterea quod multitudo in utramque partem et fallax et mutabilis sit, commune est philosophorum praeceptum. Vid. Cic. Tusc. 2, 26, 63. 3, 2, 4. 5, 36, 103. coll. Hor. Od. 2, 2, 18 sqq. Lactant. Inst. 3, 8, 39 sqq. Pers. 4, 50. Demophil. ap. Orell. Opusc. Graec. I. p. 40. nr. 35. Pythag. ibid. p. 466. nr. 35. Cleanthes ap. Clem. Alexandr. Strom. V. p. 554. B. Hinc illud (ap. Zell. in ed. Publ. Syr. p. 72. nr. 246.): *Probis probari potius, quam multis decet*, et (nr. 210) *Nunquam, quam multis placeas, sed quibus, stude.* In sententiam autem v. 32. *Musonius* ap. Stob. Ecl. II, 9. p. 428. ed. Heer. *Οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν πολλῶν, ὃς ἐρωτώμενος πότερον ἄφρων ἢ φρόνιμος τυγχάνει ὤν, ἄφρων ὁμολογήσει εἶναι* etc. Conf. Pers. 1, 46 sq. — *Vir bonus et prudens* ut A. P. 445. pro *Vir bonus et sapiens* v. 73. et Cic. Tusc. 5,

19 ,54. coll. 5, 10, 28. Lael. 18, 65, 7. de Offic. 3, 4, 16. nostr. ann. ad 4, 5. et Wüstem. ad Sat. 2, 1, 17. — *Doeringium* autem, quum distinguit: *delector. Ego ac tu.*, ut priora verba Quintii sint, audire noli. Nullus est in tota Epistola dialogismus, i. e. inter Poetam et interlocutorem vera sermocinatio. Dictionem autem *delector ego ac tu* recte explicarunt *Schmidius* ad h. l. *Lübker* ad Od. 3, 3, 1. et *Handius* in Turs. I. p. 462. Quodsi *Diintzerus* haec verba ad ipsum Quintium referenda negat, ita ut quae Poeta a versu 25. exponit, quasi communiter dici existimet, ego quidem Quintium a versu 40. prorsus derelictum dixerim. — V. 34. *ut si Detulerit fascis indigno*, non „ut si quis," auctore *Doeringio*, sed „ut si populus — —" Ita Virg. Ge. 2, 495. *populi fasces.* Conf. annot. ad 6, 52. et Mitsch. ad Od. 3, 2, 17 — 20. 4, 9, 39. — V. 35. *pono tristisque recedo.* Comparant Lucret. 3, 1008. *Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est, Qui petere a populo fascis saevasque securis Imbibit, et semper victus tristisque recedit.* Mentem Poetae suo more significavit Seneca Ep. 92: *Qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum valere non nostra. Quis autem vult constare fortuna, aut quis se prudens ob aliena miratur?* Contra *Lambinum* aliosque, qui h. v. de deponendo magistratu cogitant, recte disputat *Sanadonus:* „Ce vers n'a point raport aux marques du consulat, mais aux noms de sage et d'honête homme, que le peuple donne souvent sur de fausses aparences" etc.

V. 36 — 38. *Idem si clamet — mutemque colores?* i. e. „idem populus si" — non: „idem ego — colores mutem," ut voluit *Bentlejus*, de cujus explicatione menti Poetae plane contraria vid. vv. 39. 40. Notat tria infamiae genera, furtum (Rup. ad Juv. 2, 26), impudicitiam (interpp. ad Paul. Epist. ad Rom. 1, 27.) et paricidium (Mitsch. ad Od. 2, 13, 3). *Clamet furem* aut ex invidia rei, ut Sat. 2, 3, 130. Epist. 2, 1, 80., aut ex formula sollemni, qua „clamare furem" vel „clamare: prehende furem" dicebant. Vid. interpp. ad Petron. 138. p. 656. Burm. Alii solam altae vocis repetitionem sentiunt, de qua cf. Bacch. ad Ovid. Met. 2, 443. et Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 739. — *neget esse pudicum*, i. e. „dicat muliebria passum," ut recte vidit *Lambinus*, qui hic multa collegit, cf. Heind. ad Sat. 1, 6, 82. Duk. ad Flor. 4, 11, 9. Wolf. ad Suet. Octav. 71. Kritz. ad Sall. 14, 7. Rupert. et Heinr. ad Juv. 2, 8 sq. 19 — 21. Vulp. ad Catull. 16, 4. Hinc Seneca

Epist. 99. *aspice illos, qui suam* *) *alienamque libidinem exercent mutuo impudici.* Firmic. de Error. prof. relig. 4. *Videre est — — viros muliebria pati et hanc impuri et impudici corporis labem gloriosa ostentatione detegere.* — V. 37. *Contendat laq. coll. pressisse paternum* pro *cervices* vel *guttur patris laqueo fregisse,* ut Od. 2, 13, 5 (ibiq. Peerlkamp) et Epod. 3, 2. Conf. Cort. ad Sall. Cat. 55, 5. et ad Lucan. 8, 655. Invidiose autem *Contendat,* i. e. „obstinate et pertinaciter dicat," ut recte *Lambinus.* — V. 38. *Mordear,* ut Terent. Eun. 3, 1, 55. *quod eam mordeat* coll. Ruhnk. ad 3, 1, 21. et Xenoph. Cyr. 4, 3, 2. *δακνόμενος δὲ ὁ Κῦρος ἐπὶ τούτοις.* Aristoph. Acharn. 1, 1, 1. *Ὅσα δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.* Alia larga manu suppeditant *Lambinus* et *Schmidius,* quibus adde interpp. ad Prudent. Perist. 14, 526. ed. Weitz. et Wüstem. ad Theocrit. 12, 25. — *mutemque colores.* Significatur faciei modo rubore, modo pallore suffusae mutabilitas, quam Plutarchus (Virt. mor. VII. p. 763. R.) *χρυᾶς μεταβολὰς* dicit. Ita Hieronym. Epist. ad Demetriad. p. 13. B. *culpam facti nunc rubore vultus, nunc pallore monstramus.* Augustin. Epist. 7, 33. *Nam etiam nos indignando aut laetando ceterisque hujusmodi motibus multos in nostro corpore vultus coloresque formamus.* Aristaenet. 1, 11. *ὑφ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ὑφίει.* Apte contulit *Bentlejus* Prop. 1, 15, 39. *Quis te cogebat multos pallere colores?* et Lucian. Eun. 11. *ἐς χρώματα μυρία τραπόμενος.* Cf. Horat. Od. 1, 13, 5. Liv. 39, 34, 7. aliaque exempla, quae olim in „Archiv f. Philolog. u. Pädag." 1833. II, 4. p. 593 sq. congessimus, ut iis occurreremus, qui *colorem* absolute pro faciei colore (cujus rei exempla vid. ap. *Bentl.* ad h. l. et *Osann.* ad Apul. de Orthogr. § 41. p. 66.) hic dici existimant. Nostram explicationem praeter alios comprobat eruditissimus *Jacob* in „Commentat. de Usu num. plural." Numburg. 1841. p. 15., aspernatur ut longe arcessitam et nimis artificiosam praeeunte *Haberfeldo Düntzer,* totam faciem uno pallore perfusam intelligens. Judicent alii utroque nostrum acutiores!

*) Maculam veneris masculae et olim et nuper Poetae aspersam (cf. Les Amours d'Horace, à Cologne, 1728. p. 324 sqq. et Virey: „Das Weib" etc. Herausgegeben von Dr. L. Hermann. Lpz. 1827. p. 308. 343. N. 1. coll. p. 350. Dorigh. ad Od. 2, 5, 21.) felici manu abstersit *Lessingius* in „Rettungen des Horaz." Werke. Berl. 1754. III. p. 42 sqq. Conf. *Weber* p. 75. N. 65.

V. 39. 40. *Falsus honor — mendacem?* Omne sententiarum acumen a versu 17. ad hoc redit: „Vir sapiens ob eamque causam beatus non videri talis, sed esse debet. Quod quidem fit, quum non aliis innititur, sed sibi recta probanti placet. Etenim qui hominum sermone applausuque, non suo ipsius animo, beatitudinem metitur, is a fama ac multitudinis judicio ita aptus reperietur, ut semper alius atque est cupiat videri. At multitudinis judicium et leve et mutabile est, ut quod hodie tibi dedit, cras auferre possit. Inde evenit, ut, si laude viri boni a vulgo tantum tibi tributa delectaris, eandem tibi eripi aegre feras; falsis autem opprobriis ab eodem in te jactis non aeque commoveberis, quod, quum vere insons sis, nemo mirabitur. Nam *mendax infamia* nisi *mendosum*, i. e. vitiosum, non terret et *falsus honor* nisi *mendacem* *), i. e. qui alius atque est videri vult, non juvat. Jam inspice, quinam sint ex illo populi judicio *viri boni?* Sunt fere homines externa quadam vel virtutis vel honoris specie insignes, sed reapse *mendaces* (v. 40—45); qui virtutem simulant, quum intus sint injusti ac fraudulenti (v. 57—62). Quid, quod *vir bonus* vero virtutis amore incalescens (v. 52) tantum abest, ut videatur qui non est, ut sit qui non videtur, i. e. *vir* vere *bonus* et *justus*, qui, licet omni virtutis ornamento privetur et pro scelesto habeatur, pejus leto flagitium timet et mori quam sibi non constare mavult“ (v. 73—79). Vides igitur, quam solidis radicibus per totum sententiae fundum pertinentibus fundata quamque sapienter in fine periodi posita sit scriptura *mendacem*, ut quae antecedunt cum iis, quae sequuntur quasi lapide triangulo commode connecterentur. Observabis porro, quam interpretes fere neglexerunt; chiasmi formam a Poeta alias usurpatam, vid. Heind. et Wüstem. ad Sat. 1, 3, 52. Hoched. ad A. P. 188. 246. 273. 293. 334. 371. Qua quidem servata haud scio an unus hunc locum rectissime verterit *Campenon:* „Une fausse imputation n'alarme qu'un coeur pervers; une fausse louange ne flatte que celui, qui veut en imposer.“ Ad priorem

*) *Mendax* h. l. non tam est qui dolo malo alios decipit, fallit, fraudat, quam qui quicquid est fingit, simulat vel dissimulat, ut saepe *mentiri* dicitur Od. 4, 6, 14. cf. Lamb. ad Sat. 1, 5, 82. Victor. ad h. l. ap. Hocheder. Erhard. ad Petron. 100 (p. 470. ed. Burm.) Drak. ad Sil. Ital. 2, 697. Forbig. ad Virg. Aen. 2, 422. Ad voc. *mendosum* conf. Sat. 1, 6, 66. *mendosa natura* et Lucil. Aetn. 72. *mendosae vulgata licentia famae.* Ut sibi hic ad amussim respondent *mend. inf.* et *mendosus*, ita *falsus honor* et *mendax* homo.

sententiam faciunt verba Senecae Epist. 91. *Quanta dementia est vereri, ne infameris ab infamibus? — Nunc quid detrimenti faceret vir bonus, iniquis rumoribus aspersus?* Ad posteriorem confer Cic. Lael. 26, 6. (ibiq. Beier.) *Virtute enim ipsa non tam multi praediti esse, quam videri volunt. Hos delectat assentatio: his fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant.* Senec. Epist. 59. *quicquid adulatio in nos sine pudore congessit, tanquam debitum prendimus: optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur, quum sciamus illos saepe mentiri.* Illud sane voluit Poeta. Qui autem chiasmi immemores sunt, ii fere interpretantur aut uti Lambino auctore *Torrentius:* „infert Horatius, neminem aut falso honore delectari, aut falsa terreri infamia, nisi qui ipse vitiosus sit, et alius quam sit videri volens perpetuo mentiatur," aut uti *Orellius* (ed. 1.): „Idem, qui perpetuo mentitur aliosque decipere cupit, dum se bonum sapientemque esse simulat, propter id ipsum mendaci infamia terreatur necesse est." *)

*) Magis vera illa quidem interpretatio, sed haec plane contra mentem Poetae est, qui *mendacem infamiam*, qua quis non commoveatur (v. 36—38.) quodammodo *falso honori*, quo quis delectetur, hac tacita sententia opponit: „Uti non percelleris falsis criminationibus, ita te non oportet falsa laude delectari, i. e. assentatoribus credulas aures praebere, nisi forte *virum bonum* simulare mavis." Similem inconstantiam notat Poeta 6, 9. 10. (ubi vide annot.) et Cic. de Offic. 1, 21, 71. Longissime autem a vero abesse videntur qui *Bentlejo* auctore puncto post *colores* posito et scriptura *medicandum* servata hanc sententiarum progressionem esse opinantur: „Maximam ad vitam beatam vim habet, si, quod videri vis, vere sapiens, vere bonus es. Virtutis enim simulatio te non praestat beatum, etsi opinione vulgi externa specie, quam mentiris, delusus, beatus habearis, teque hac ipsa vulgi existimatione inductus frustreris, atque inde laude boni et sapientis viri, quam tibi impertit, impense delecteris. Atqui, si laus ista, quae tibi non merenti ruborem excutere deberet, magnam tibi delectationem affert: fieri non potest, quin opprobriis in te conjectis, etsi falsis, contrario modo afficiare; quod documento est, animum a vulgi levitate pendentem longe adhuc a sapientia abesse ac medicatione egere." Ita *Mitscherlichius.* In hoc sententiarum ordine scriptura *mendacem* tantum servata praeiverunt *Landinus*, *Piscator*, alii. Alii, ut *Düntzerus* (p. 452), pro eadem scriptura pugnacissime propugnantes rectius quidem distinguunt, sed, quia parti tenaciter adhaerent totum derelinquentes, viam deviam sequi censendi sunt. Optimum autem interpretem in curis secundis de patrocinio verae scripturae se dejici passum esse si non aegre ferendum, at certe dolendum est.

V. 40—43. *Vir bonus est quis? — tenentur.* Jam interrogationem, quis sit *vir bonus* Poeta non ex interlocutoris cujusdam, sed ex suâ ipsius persona effert, ut verbis seqq. (41—43), in quibus nonnulli perperam interrogationem continuatam vident, oblique tangat [non Quintii responsionem, uti *Dacerius* et *Sanadonus* opinantur, sed] vulgi judicium res honestas rebus externis metientis ad easque referentis, cui ita obloquitur Hor., ut doceat, „quam angusta innocentia sit ad legem bonum esse quantoque latius officiorum pateat, quam juris regula“ (Senec. de Ir. 2, 27.), quum vel ipsi, qui viri boni habeantur, re accuratius cognita introrsum turpes sint (44—45). Ceterum de hac communi philosophorum quaestione vid. Beier. ad Cic. Offic. 1, 7, 20. coll. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 1, 9, 19. interpp. ad Tusc. 5, 10, 28. ad Senec. Epist. 42. Gernh. ad Cic. Parad. p. 196. Burm. ad Anth. lat. 5, 46. (Auson. Id. 16.) Stallb. ad Plat. Protag. 26. p. 339. A. B. et 29. p. 344 A. et de juridica quae vocatur *boni viri* significatione, quam imprimis Poeta hic exagitat, *Heumanni* „Handlexic. zum Corpus jur. civ.“ Jen. 1843. p. 48. v. *Bonus*. N. 1. De nomine Interrogativo *quis* postposito conf. Heind. et Wüstem. ad Sat. 1, 2, 112. — V. 41. *consulta patrum*. Senatus consulta jam tum juri civili annumerari coepta esse, recte observat *Orellius*. Ita Cic. Topic. 5, 28. *si quis jus civile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus indicatis* etc. *consistat*. Gaj. 1, 4. *Senatusconsultum legis vicem obtinet, quanquam fuit quaesitum*. — V. 42. *judice*. Quam notionem Hor. verbo *judicis* hic subjiciat utrum unius ex judicibus selectis, tum quidem magna auctoritate insignibus (Heind. ad Sat. 1, 4, 123. Rein. „Röm. Privatrecht“ p. 413), an judicis centumviralis in causis centumviralibus bene versati (Cic. de Orat. 1, 38, 173. et quos laudat Hess. ad Tacit. Dial. 7. p. 41.), an arbitri recepti, quem quidem hic sentit *Orellius* (Ernest. Clav. Cic. v. *arbiter*. Rein. l. l. p. 412), an judicis editicii (Gesn. ad Plin. Paneg. 36, 5. Wunder. Prolegom. ad Cic. pr. Planc. 3, 3, 3.), an omnino judicis pedanei, id ad liquidum perduci haud facile poterit. Conf. de hac omni re Zimmern. Gesch. des Röm. Rechts. III. p. 24—64. et de constituendis, ferendis judicibus Rein. l. l. p. 470. Quicquid est, apprime *secantur* ut 7, 59. *decisa negotia;* conf. Heind. ad Sat. 1, 10, 16. Diss. ad Pind. Olymp. 13, 57. p. 161., et Herzog. ad Caes. B. G. 7, 14. — V. 43. *Quo res sponsore — tenentur*. Recte *J. Merkel:* „Wer vollgiltig den Ausschlag giebt als Bürge und

Zeuge.“ Proprie enim *tenere causam* opp. ei, quod est *causa cadere*. Ovid. Met. 13, 109. (ibiq. Bach.) *Difficilem tenui sub iniquo iudice causam*. Cic. pr. Caec. 24, 67. *Scaevolam dixisti causam apud centumviros non tenuisse*. Suet. Domit. 9. *permittit accusatori, qui causam non teneret, exsilium poena esset*. Similia suppeditant Schm. et Orell. ad h. l. Drak. ad Liv. 39, 3, 3. Ruhnk. ad Ovid. Her. 17, 244. Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 8, 26. 30, 98. Ernest. Clav. Cic. h. v. Hinc *res sponsore tenentur*, quatenus ille satis locuples et fidus est, ut in eo tuto acquiescas. Talia indicanda erant propter *Düntzeri* miram annotationem: „*Causae* sind hier die durch Verträge geschlossenen Geschäfte, bei welchen ein *sponsor* oder *testes* zum Vollzuge nöthig sind; diese vollziehen heisst hier tenere, nicht gewinnen. Idem *testem* in judicio productum intelligi vetat: „Man darf testis nicht als Zeuge vor Gericht nehmen, wie noch *Orelli* thut, sondern muss es auf Zeugnisse bei Acten, wie in der Stelle des Persius (5, 79 sqq.), beziehen.“ At videsis Dig. XXII. 5, 3. pr. *Testium fides diligenter examinanda est* etc. Rein. l. l. p. 476 sq. et, quem laudat Beier. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 181., Jul. Paul. S. R. V. 15, 1. *In teste enim et vitae qualitas spectari debet et dignitas*. Conf. eund. Beier. p. 39. 199. 203. et de omni re Mommsen in censura de Escheri Diss. *de testium ratione quae Romae Ciceronis aetate obtinuit*. Turic. 1842. in „Zeitschr. f. d. Alterthumsw.“ 1844. Nr. 58 sq. De *sponsore*, quem *Fea* pro fideijussore in re judiciaria habet, quemque *Orellius*, quoniam *res* (pecuniae aliis creditae) et *lites* h. l. manifesto sibi opponantur, simpliciter ex Varr. L. L. 6, 69. et Gajo 3, 115. 116. 118. explicandum censet, vid. Heind. ad Sat. 2, 6, 23. Orell. ad A. P. 423. (ubi *res* et *lites* similiter conjunguntur) et quos laudat O. Jahn. ad Pers. 5, 79. imprimis Rein. l. l. p. 342. Persiano illo loco tria, quae Horatius hic commemorat, *sponsorem*, *judicem*, *testem* recenseri scite jam observavit *Bentlejus*. Qui autem ex vulg. scriptura *responsorem* pro jurisconsulto, ut *Torrentius* et *Campenon* habent, ii et huic verbo significationem plane inauditam tribuunt et jurisconsulto ipsi locum de rectissima sententia *Bentleji* parum aptum. Rursus nihil agunt qui *responsorem* pro *sponsore* Acronis auctoritate ad Sat. 1, 4, 14. innisi dici opinantur.

V. 44. 45. *Sed videt — pelle decora*. Jam pergit ad descriptionem hominis (uti antea Quintii verba, ita hic Horatii objectionem perperam vident *Dac.* et *Sanad.*), qui *ut vestitum, sic sen-*

tentium habet, aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur (Cic. de Fin. 2, 24, 77.) — ita tamen, ut quamvis mentiatur, splendore quodam fucato nos moveat atque alliciat. Haec enim vis inesse videtur in verbo *speciosi*, uti Tac. Ann. 1, 81. *speciosa verbis, re inania aut subdola*, cf. Doederl. Syn. III. p. 28. et Schol. Cruq. ad lemma *turpem* una cum schol. codicum Parisin. ap. Hauthal. ad Pers. I. (Lips. 1833) p. 9., neque minus huc facit Lucil. Fragm. 8, 13. (Charis. I. p. 59. Lindem.) *Intus modo stet rectus, foris subtemini panno.* Tacere tamen nequeo Digestorum locum L. 100 de V. S. lib. 50, 16. *Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus, item eorum, quae ornamentis senatoriis utuntur.* At, ne nimis suspicioni ambiguitatis tribuere videamur, similiter Seneca Epist. 21. *vitam speciosam* opponit *fideli stabilique gloriae.* In rem Lucil. ap. Lactant. Inst. 5, 9, 20. *Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti, Verba dare ut caute possint; pugnare, dolose Blanditia certare, bonum simulare virum se etc.* Juv. 2, 3. *Qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt.* Pers. 4, 14. *Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus Ante diem blando caudam jactare popello Desinis*, ibid. 5, 117. Senec. Hippol. 918. *O vita fallax! abditos sensus geris, Animisque pulchram turpibus faciem induis.* Similiter de rebus Senec. de Vit. beat. 3. *Ista quae spectantur, ad quae consistitur, quae alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt.* Horatiani autem dicti quasi fons Plato est, quem jam *Lambinus* contulit de Rep. 2, 8. p. 365. C. *Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς ὄηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὰν ἀλήθειαν βιᾶται καὶ κύριον εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως· πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν περδαλέαν καὶ ποικίλην.* Vid. ibi Stallb. p. 117. et cf. Orell. ad A. P. 437. Illam *σκιαγραφίαν ἀρετῆς* varie describunt veteres scriptores, ut Democrat. 47. (ap. Orell. I. p. 84) *Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες οἱ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες.* Archyt. 8. (ibid. II. p. 242) *πολλὰ γάρ ἐντι τὰ διαστρέφοντα τὰς περὶ τὰν ἀρετὰν ἐπιφανείας, ὧν ἓν μέν ἐντι τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ ποτιποιουμένων γένος* etc. Talis sentiendi agendique ratio Ciceroni Acad. 2, 46, 140. *fallax imitatio simulatioque virtutis* audit, et de N. D. 1, 2, 3. *species fictae simulationis;* conf. de Offic. 1, 13, 41. Similia suppeditant interpp. ad

Sat. 2, 1, 63 sqq. Schmid. ad h. l. Cort. ad Sall. Cat. 10, 5. Elmenh. ad Arnob. II. p. 85. Herald. p. 95. Weitz. ad Prud. Psychom. 553 — 565. p. 708. Valcken. ad Eurip. Hipp. 956. Kuinoel. ad Evang. Matth. 7, 15. Luc. 13, 32. Act. 23, 3. interpp. ad Lucian. de Merced. cond. 41. III. p. 264. Bip. Lactant. Inst. 6, 6, 13. 12, 11. coll. 5, 3, 23. et Ackermann: „Das Christliche in Plato.“ p. 305. N. 1. 2. Rupert. ad Tac. Ann. 16, 32, 2.*)

V. 46 — 51. *Nec furtum feci — miluus hamum.* Sententia: „Neque vir bonus est, qui poenarum metu a peccato abstinet, sed qui sua sponte recte facit.“ Hoc illustratur **) exemplo servi, qui servili more ad legem bonus est, quanquam non melior rapacissimis animalibus, qui rapacitatem nisi metu insidiarum non exuunt. Conf. Acron. ad Sat. 2, 7, 72. — V. 46. *si mihi dicat — ajo.* Modorum ratio, qualis Sat. 2, 1, 20. *si palpere, recalcitrat* (ubi male Bentlejus: *recalcitret*) Cic. de Or. 3, 23, 88. *Sed si — velis aliud agere, ipsa tractatio ex se gignit.* Lactant. Inst. 6, 13, 2. *Si pecces — non abolentur.* Vide de talibus annot. ad 2, 34. p. 162., Ellendt. *de formis enunciatorum condition.* p. 49 sq. et *Schmidt* ad Juv. 7, 40. p. 173. In rem conf. Lactant. Inst. 5, 18, 14. *servorum nequissimus habetur, qui dominum suum fuga deserit; isque verberibus et vinculis et ergastulo et cruce et omni malo dignissimus judicatur.* — V. 47. *loris non ureris.* Ita Epod. 4, 3. *Ibericis peruste funibus latus.* Locis a *Mitscherlichio* ibi laudatis adde Lucret. 3, 1033. *adhibet stimulos torretque flagellis. Loris,* i. e. flagellis servi nequam (liberi fustibus et virgis) non solum caedebantur, sed et *loris* vinciebantur et vincti a conservis aut a libertis verberabantur. De discrimine poenae vel *scuticis* vel *flagellis* exercitae vid. eruditam observationem *Torrentii* ad Sat. 1, 3, 119. coll. Heind. ad Sat. 1, 2, 41. Schmid. ad Epist. 2, 2, 15.

---

*) Quodsi *Orellius* v. *turpem* descriptos videt turpes „ob gulam ac libidines arcanas,“ haud scio an melius id genus hominum intelligatur, qui quamcumque personam celant erga superiores demissi ac serviles sunt, erga inferiores comes atque affabiles, adversus pares invidiosi atque obscure maligni, adversus suos morosi ac duri. De usu v. *vicinia* conf. O. Jahn. ad Pers. 4, 46. Nostra quoque memoria talia vitia vigere (Sat. 1, 4, 81—85), quis est, qui experientia non sit edoctus?

**) Qui, uti *Haberfeldus*, hanc exemplorum formam ab Horatio usurpatam credit, ne Quintius iis, quae ad ipsum pertinerent, offenderetur, eum plane fugit Horatianarum epistolarum ratio.

Rupert. et Schol. ad Juv. 6, 479—80. Ruhnk. ad Terent. Adelph. 2, 1, 28. Kuinoel. ad Evang. Matth. 27, 26. Donat. ad Liv. 29, 18, 14. — V. 48. *Non pasces in cruce corvos.* Homines in crucem acti saepe praeda vulturum et canum fiebant. Juv. 14, 77. *Vultur jumento et canibus crucibusque relictis Ad foetus properat.* Apul. Met. 6. (p. 286. Wouw.) *sustinebunt patibuli cruciatum, quum canes et vultures intima protrahent viscera.* Petron. 58. *Quid faciat crucis offla, corvorum cibaria?* Prudent. Perist. 11, 65. (ibiq. Areval.) *Crux istum tollat in auras, Viventesque oculos offerat alitibus.* Id. Cathem. 6, 63. *Aut alterum rapaces Fixum vorant volucres.* Conf. Lips. de Cruce 2, 13. Euseb. Hist. eccl. 8, 8. Ceterum constat, crucem supplicium quum latronum, sicariorum, seditiosorum, tum servorum fuisse. Joseph. b. Jud. 2, 14, 9. Ita servus Stoicam faciem induens Sat. 2, 7, 47. (Heind.) *uter nostrum cruce dignius Peccat?* Ibid. 1, 3, 82. Plaut. Mil. glor. 2, 4, 19. *Scio crucem mihi futuram sepulcrum.* Catull. 20, 18 (ibiq. Vulp.) *Parata namque crux, sine arte mentula.* Juv. 6, 218. (Rupert.) *Pone crucem servo.* Cic. in Verr. 5, 66, 169. *ut Italia alumnum suum, servitutis extremo summoque supplicio affixum videret.* Ibid. 1, 5, 13. pr. Rabir. 16. Senec. Ep. 7. *Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit? ut suspendatur. Occidit hominem, quia occidit ille, metuit ut hoc pateretur: tu quid meruisti miser, ut hoc spectes?* Id. Epist. 101, 12. Consol. ad Marc. 20. Arnob. 1, 36. ibiq. Hildebr. Conf. quos de hac re laudant Moser. et Gies. ad Cic. de Divin. 1, 26, 55. Fabrius ad Liv. 24, 14, 7. Oesenbrügg. ad Cic. pr. Mil. 22, 60. Kuinoel. et Henneberg. ad Ev. Matth. 27, 32. imprimis Lips. de Cruce 1, 12. 13. In sententiam ipsam Senec. de Ir. 2, 27. *Nihil peccavi: nihil feci: immo nihil fateris. — Quis est iste, qui se profitetur omnibus legibus innocentem?* — V. 49. *Sum bonus et frugi.* Haec primaria laus servorum. Inde Cic. de Or. 2, 61, 248. *velut iisdem verbis et laudare frugi servum possimus et, si est nequam, jocari.* Conf. Heind. ad Sat. 2, 7, 3. Ruhnk. ad Terent. Eun. 3, 5, 60. Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 8, 16. — *renuit negitatque Sabellus.* Porphyr.: „Horatius, sed in hoc nomine est quaedam facies integritatis. Virg. [Aen. 8, 638]: *Curibusque severis.*“ Sensisse igitur videtur populum ipsum talia negantem, in qua quidem re, i. e. in consensu totius populi Sabini miram vim inesse ait *Hocheder.* Rursus *Lambinus Sabelli* nomine Horatium *Venusinum* intelligit, quia pulsis

Sabinis in loca vacua coloni Venusini a Romanis sint deducti Sat. 2, 1, 35., quam explicationem *Torrentius* nimis duram et infelicem dicit, licet sua ipsius non magis probanda videatur. Sabellum enim Ofelli (Sat. 2, 2, 2.) similem, aetate illa quam nostra notiorem credit fuisse. *Sanadonus* autem Sabellum pro Sabinis, agri Horatiani accolis vel incolis, dici opinatur, ad quos Horatius dominus servum suum rusticum jactantiae plenum miserit, qui, quum quotidie eum vidissent, multa scire potuerint, quae ad privata servi officia pertinerent quaeque domino ignota essent. Contra alii, ut *Wielandius*, *Bothius*, *Jahnius*, *Orellius* auctore Scholiasta Cruq. Sabellum Horatium ipsum „in agro suo Sabino existentem" esse ajunt. Equidem Sabellum istum cum *Schmidio* meo *Diintzeroque* magis ad Sabinos eorumque agrum, in quo haec omnia acta finguntur, retulerim. Huc accedit, quod Sabini (antique Sabelli dicti) ob rigidum antiquae virtutis amorem saepe laudantur. Vid. Mitsch. ad Od. 3, 6, 38. Heind. ad Sat. 1, 9, 29. Schmid. ad Epist. 2, 1, 25. Capmartin de Chaupy Découverte de la maison etc. III. p. 17. Burm. ad Prop. 2, 28, 103. Forbig. ad Virg. Aen. 9, 603.

V. 50. Qui versum antecedentem colo distinguunt, vv. 50—56. verba opinantur Sabelli esse, quae, cur ille servus *bonus et frugi* haberi nequeat, indicent. At talis interloquendi ratio in Epistolas quidem cadere non videtur. Vide igitur, quae supra ad v. 40. 44. et 46. observavimus. Exempla autem hic proposita (Sat. 2, 7, 70) commode illustrat Lactant. Inst. 6, 24, 7. *Denique muta quoque animalia, quum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam extricaverint, fiunt postmodum cautiora vitantque semper ea omnia, in quibus dolos insidiasque senserunt. — metuit foveam lupus.* Lupos in foveis capi solitos esse constat. Vid. Burm. ad Phaedr. 1, 17, 8. Duk. ad Liv. 9, 5, 7. Drak. ad Sil. Ital. 6, 330. — *accipiterque Suspectos laqueos.* Epitheton illud scriptura aliquot codd. de passiva significatione suspectum optime significat *dolos, fraudes*, quae contexuntur, ut Epod. 2, 34. Anth. lat. 3, 61. p. 500 Burm. Inde Theocr. 8, 57. φοβερὸν κακόν — Ὄρνισιν δ' ὕφπλαγξ et Prudent. Hamart. 806. *laqueos ubi callidus auceps Praetendit — Sparsit et insidias siliquis vel farre doloso — Suspectamque cavent oculos convertere ad escam.* *) — *opertum*

*) Activa significatio est Od. 1, 17, 25. Cat. Dist. 4, 43. (ib. Arntz. p. 260) *Suspectus cave, ne sis miser omnibus.* Apul. Met. 9. p. 190. Pric.

miluus hamum. Ex commemoratione *hami* (7, 74. Ovid. Met. 8, 858. 15, 476. ex Pont. 2, 7, 9. Tib. 2, 6, 24.) piscem (Ovid. Halieut. 95. Plin. H. N. 9, 27.), non avem, quam quidem intelligunt Haberfeldus, Vossius, Scheller, Dac. Sanad., al., significari apparet. Conf. *Doering.*

V. 52. *Oderunt — amore.* Sententia: „Vir bonus est non qui formidine poenae legibus obtemperat ad instar cauti illius servi, sed cui ex ipso virtutis amore officii fructus ipsum officium est.“ Ex hoc sententiarum ordine satis apparet, versum 52. cum antecedentibus artius conjungendum esse. Hoc *Diintzerum* quoque recte sensisse laetamur. Ceterum in hac verissima sententia multi sunt veteres scriptores, ut propter quosdam literarum antiquarum contemptores aliquot locos principes indicare operae pretium esse videatur. Ita Cic. de Fin. 2, 22, 72. *Id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus sit ipsum officium.* Ibid. 2, 14, 45. 15, 48. 49. 31, 99. 3, 9, 32. 11, 36. Id. de Legg. 1, 18, 48. 49. 19, 50. *Etenim omnes viri boni ipsam aequitatem et jus ipsum amant, nec est viri boni, errare et diligere, quod per se non sit diligendum* etc. Ibid. 1, 14, 41. *Tum autem, qui non ipso honesto movemur, ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni.* Id. pr. Mil. 35, 96. *Fortes et sapientes viri non tam praemia sequi solent recte factorum, quam ipsa recte facta.* Id. ad Attic. 7, 2, 4. Tusc. 1, 38, 91. 2, 20, 46. 3, 17, 37. 4, 15, 34. de Off. 1, 4, 14 (ib. Graev.) 9, 28 (ib. Beier). 3, 4, 17. 18. 8, 35. 9, 38. 39. Parad. 5, 1, 34. Somn. Scip. 7. Acad. 2, 46, 140. Senec. Epist. 41. 76. 113. de Clement. 1, 1. de Benefic. 4, 1. de Vit. beat. 9. *Interrogas, quid petam ex virtute? ipsam. Nihil enim est melius: ipsa pretium sui est.* Id. Epist. 81. *Virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad praemium: recte facti est fecisse.* Similia collegit Barth. ad Claud. Paneg. in Cons. Manl. 1. p. 66 sq., adde Tac. Ann. 3, 26, 1. (Rupert.) Ovid. ex Pont. 2, 3, 35. Plin. Epist. 1, 22, 5. A. Gell. 12, 11. Publ. Syr. 994 (Both.) *Odio oportet ut peccandi, non metu, facias bonum.* Ibid. 452. 647. At ipsius sententiae

---

Ipsa tarditate magis magisque suspectus dira comminatur Myrmeci supplicia. Ammian. 16, 12. *suspectior de obscuris nec referre gradum, neque ulterius ire tentavit.* Claud. VIII, 278. *Neu dubie suspectus agas. Metuit* autem ut φυλάττεται, i. e. ἀπέχεται Xenoph. Mem. 2, 2, 14. et Od. 2, 14, 16. cf. Lübk. ad Od. 3, 14, 15. et infra v. 60. De ternario numero (36—38) cf. 13, 13. et Dillenb. ad Od. 4, 4, 30. coll. Herzog ad Sall. Jug. 48, 1.

auctores Graecos habes. Democr. (ap. Orell. I. p. 80) 7. *Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων.* Id. 27. *Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.* Cleanthes ap. Diog. Laert. 7, 89. *τήν τε ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην· καὶ αὐτὴν δι' αὑτὴν εἶναι αἱρετήν, οὐ διά τινα φόβον, ἢ ἐλπίδα, ἤ τι τῶν ἔξωθεν.* Philem. fr. X. (p. 120 Dübn.) *Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.* Plat. ap. Stob. II. 7. p. 88. Aristot. Ethic. Nicom. 1, 9. 2, 3. 4. Rhet. 1, 6, 7. ap. Diog. Laert. 5, 20. Plutarch. de Virt. mor. VII. p. 755. R. coll. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 15 sq. Ackerm. „das Christliche im Plato" p. 333 sqq. Epictet. Diss. 3, 24, 50. Gatak. ad M. Antonin. 1, 16. p. 28. 9, 42. p. 286 sq. Misc. obss. I. 1. p. 45 sqq. Rem tetigit Friedemann., V. Cl., in „Paränäsen" I. p. 263. (ed. 2.) et in „Deutsche Schulreden" p. 246 sqq.

V. 53—54. *Tu nihil — profanis.* Illud Pronomen neque ad servum, neque ad Quintium *), sed ad quemlibet tali alloquio dignum, imprimis ad eum, qui se vult pro viro bono haberi, referendum est hacce sententia: „Tu, quia non tua ipsius voluntate, sed formidine poenae ad legem bonus eris, simulac tibi latendi occasio arriserit, leges et divinas et humanas circumscribes." Ita Sat. 2, 7, 73. *Tolle periculum: Jam vaga prosiliet frenis natura remotis.* Cic. de Legg. 1, 14, 40. *Quodsi poena, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab injuriosa facinorosaque vita: nemo est injustus aut incauti* [potius] *habendi sunt improbi.* Id. de Off. 3, 17, 72. *Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita abstinere possit ab injuria?* Id. de Fin. 2, 22, 71. *Nam nec vir bonus ac justus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab injuria. — — Nec enim, dum metuit, justus est: et certe si metuere destiterit, non erit. Non metuet autem, sive celare potuerit, sive opibus magnis, quicquid fuerit, obtinere.* Senec. Epist. 42. *Multorum, quia imbecilli sunt, latent vitia: non minus ausura, quum illis vires suae placuerint, quam illa, quae jam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandae requitiae desunt.* Lactant. Inst. 6, 9, 5. *Verum hi se*

*) Inde judicabis de *Jo. Clerici* scriptura *admittis*, quam sic interpretatur: „boni quidem oderunt flagitia solo amore virtutis, tu vero nihil mali admittis sola poenae formidine." Futurum conjicientis vel humaniter ponentis est. De Pronomine *tu* peccatur similiter Sat. 2, 7, 53.

justos putant, si contra leges suas nihil faciant; quod etiam timori adscribi potest, si praesentium poenarum metu sceleribus abstineant. Conf. Cic. de Fin. 2, 22, 73. 3, 11, 38. Beier. ad Cic. Offic. 3, 8, 36. 37. Rupert. ad Juv. 13, 209 sqq. Gatak. ad M. Antonin. 11, 18. p. 330. Stallb. ad Plat. de Rep. 2, 2. 3. — V. 54. *miscebis sacra profanis* *). Ita Plaut. Trin. 2, 2, 11. *miscent mores mali, rapax, Avarus, invidus: sacrum profanum, publicum privatum habent.* Caes. B. Civ. 1, 6. (ib. Herzog.) *omnia divina humanaque jura permiscentur.* Sall. Cat. 12, 2. (ib. Cort. et Fabr.) *divina atque humana promiscua habere.* Saepe sic junguntur et *sacra, profana* et *divina, humana.* Conf. Liv. 6, 33, 4. (ib. Drak.) 25, 40, 2. Sall. Epist. II. ad Caes. de Rep. ordin. 8, 4. Curt. 10, 1, 3. Dict. Cret. 2, 18. 4, 22. Tac. Hist. 2, 56. Rem ipsam habes Od. 3, 3, 51. ibiq. Mitsch. et Orell. et conf. Bach. ad Ovid. Met. 6, 585.

V. 55. 56. *Nam de mille — isto.* „Nituntur hoc exemplo Stoici, quum peccata ostendunt esse aequalia. Sed hoc quomodocumque se habeat, verum est quod ait Horatius, eum qui de mille modiis unum tantum suffuretur, quo tutus lateat, non quin totum mente appetat, aeque facinorosum et scelestum videri ac si totum raperet" etc. *Torrentius.* De illo Stoicorum placito vid. Schmid. ad h. l. interpp. ad Sat. 1, 3, 96 sqq. Casaub. et Koenig. ad Pers. 5, 119. Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 23, 8. Inde nollem additum esset: „quo tutus lateat." Poeta peccatum quamvis leve atque exiguum, tamen peccatum esse vult, ita ut sit (quod ait Cic. in Paradox. 3, 1.): *Parva, inquis, res est: at magna culpa. Nec*

---

*) *Doeringius:* „sacra et profana in nullo apud te discrimine erunt, quicquid suadet libido, facies. Infr. A. P. 397. *fuit haec sapientia quondam, Publica privatis secernere, sacra profanis.*" Rectius hoc, quam de ipso sacrilegio cogitare, quum dictiones usu tritae non sint premendae. Conf. Liv. 5, 40, 10. Compositio autem verborum *Sit — miscebis* est qualis Sat. 1, 9, 54. *Velis tantummodo — expugnabis.* Prop. 3, 2, (3) 23. *radat arenas — Tutus eris.* 4, 5, 9. *Illa velit, poterit.* Senec. Thyest. 214. *Rex velit honesta, nemo non eadem volet.* De omissa, quam dicunt, particula *si* vid. annot. ad Epist. 1, 89. p. 93. Diss. ad Tib. 1, 6, 53. Forbig. ad Virg. Aen. 6, 31. coll. 6, 29. p. 276. De allocutione et pronomine *Tu* v. 53. cf. praeter Schmid. ad h. l. annot. nostr. ad 1, 42. Fr. Jacobs. V. p. 34. Düntz. ad 12, 4. p. 162. Dictionem *aliquid in se admittere* illustrarunt Ruhnk. ad Rutil. Lup. 3. p. 83. Herzog. ad Caes. B. G. 3, 9. Heus. ad Tac. Dial. 12. p. 77. Sic Sat. 2, 3, 212. *scelus ob titulos admittis inanis.*

enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt. Ac ne quis propterea Poetam, alioqui vitae communis ejusque officiorum asseclam, inconstantiae accuset, dicendum est, eum Sat. 1, 3, 122 sqq. studio aequitatis et sincero erga homines amore invitatum Stoicae disciplinae rigorem temperasse, ne homines in alios plus aequo illiberales essent. Nam ubi veram virtutem, quae non subducta utilitatis ratione effici debet, aequalibus colendam proponit, ei nihil usitatius est, quam Stoicorum rigidam disciplinam in rem suam convertere. Conf. Pflugradt. diss. de *Philos. H. Stoica* §. XX. De dictione autem *lene damnum, lene facinus*, quam consuetudinem latini sermonis esse negavit *Lambinus*, dubitare noli. *Leve* enim *damnum* (Ovid. Met. 14, 197. Prudent. Perist. 14 (10), 526. Weitz.) dicitur, quod per se nullius fere est pretii aut momenti, *lene*, quod non ita animum movet ob eamque rem aequiore fertur animo. Neque male comparant *leni ruina* Od. 2, 19, 15., *lene tormentum* Od. 3, 21, 13. Conf. Lübk. ad Od. 3, 1, 22. Kritz. ad Sall. Jug. 89, 4. Ceterum *lene* et *leve*, utpote quae paene eadem essent, jungi observavit *Vavassor* in Antibarb. p. 559.

V. 57—62. *Vir bonus — nubem.* Jam redit Poeta ad *virum* illum *bonum* (v. 39. 40) externis rebus populo ut unum de meliore nota cognitum, licet introrsum turpis sit, id quod ejus preces indicant, quibus, quum clare Janum et Apollinem invocavit, tacite optat, ut malefacta lateant nomenque *viri boni* et in posterum sibi maneat. Recte igitur Schol. Cruq.: „qui videtur, non vere est; *) sed quem populus probat, conferens in eum dignitates, honores, judicia, ironicôs.“ Salse autem: *quem spectat*, i. e. suspicit, admiratur, ut 6, 19. *Gaude quod spectant oculi te mille loquentem.* Neque tamen ipsa sacrificia, quorum v. 58. mentio fit, Poeta taxat, uti nonnullis visum est, sed sacrificantis mentem a vera pietate alienam. Conf. Lübk. ad Od. 3, 23. p. 492. Cum sacrificiis autem semper *preces* junctae fuerunt, quibus interdum *vota* addebantur. Inde v. 59. *Jane pater.* Lactant. Inst. 4, 3, 12. *Itaque et Juppiter a precantibus pater vocatur et Saturnus et Janus* etc. De hoc cognomine vide quos laudant Burm. ad Anth. lat. I. p. 13. Brisson. de Form. 1, 70. Heind. ad Sat. 2, 6, 20. Prior autem invocabatur Janus, Cat. R. R. 134. Mart. 10, 28, 2. Cic. N. D. 2, 27, 67. Macrob.

*) De *Haberfeldi* interpretatione hujus loci v. 56—58. disputat *Düntzer.* p. 456—457.

Sat. 1, 9. Roeth. ad Jo. Lyd. de Mens. 4, 1. p. 142. 4, 2. p. 146. Rupert. ad Juv. 6, 385. Hildebr. ad Arnob. 3, 29. (ed. Salm. p. 117.) Serv. ad Virg. Aen. 7, 610. 1, 449. cf. Brouerius de Vet. et Recentt. Adorationibus in Polen. Thes. II. p. 944. Hartung. Relig. der Römer. I. p. 75. Quod *Jano* adjungitur *Apollo*, non fit, ut idem numen et Jani et Apollinis nomine a Poeta salutetur (Macrob. Sat. 1, 17.), quod quidem opinati sunt *Torrentius* et *Daru*, sed ut procerum Romanorum, qui rem divinam facere Apollini Palatino, familiari illi Augusti numini, tum soliti videntur, significet morem atque haud scio an occulta quadam *) *εἰρωνείᾳ*. Haec *Orellii* auctoris suspicio mirum in modum iis confirmatur, quae hac de re erudite scripsit *C. F. Hermannus* in *disp. de loco Apollinis in carmine Horatii seculari*. Gotting. 1843. coll. *Ambrosch.* „Studien und Andeutungen" etc. p. 171. 230. et, quem Düntzerus laudat, *Klausen.* „Aeneas und die Penaten" p. 1095 sqq. Precum talium quandam formulam habes ap. Arnob. III. p. 125. *Adeste, adestote dii Penates, tu Apollo, tuque Neptune, omniaque haec mala, quibus uror, torreor, vexor, vestri numinis averruncate clementia!* Alias multas laudat Brissonius de Formul. 1, 88—106. — *clare, clare* **) *quum dixit*. Hoc ex Pythagoreorum praeceptis est, *μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι* ap. Clem. Alexandr. Strom. IV. p. 543. Sylb. Inde Senec. Epist. 10. *Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Dorv. ad Charit. 3, 8, 14. *πάντων μὲν ἀκουόντων εἶπε τὴν εὐχήν*. Honesta enim clara voce a bonis viris petebantur, quod non raro ad ostentationem factum esse indicant Pers. 2, 7—16. (ibiq. O. Jahn. et p. LXIV.) et Martial. 12, 91. cf. ibid. 1, 40, 5. Wernsd. Poet. lat. IV. p. 580. Broukh. ad Tib. 2, 1, 86. Diss. ad eund. 4, 5, 19. E. G. Weber. et Heinr. ad Juv. 10, 23. Vettius ap. Ma-

*) *Daru*, qui causam talis allocutionis in Macrob. Sat. 1, 9. *Janum — solem sub hac appellatione venerantes* reperit, haec addit: „Il reste à savoir, pourquoi ce même homme invoque ensuite Apollon, sous son nom ordinaire. Je présume, que le poéte a voulu par cette répétition donner plus de ferveur à la prière d'un hypocrite."

**) De dictione *clare*, *clara voce dicere* cf. Vavass. Antibarb. p. 479. Ruhnk. et Stallb. ad Terent. Andr. 4, 4, 15. adde Liv. 10, 36, 11. Plin. Epist. 9, 36, 3. Ceterum de vera ratione precum apud veteres dixerunt *Fr. Jacobs.* (Verm. Schrift. VI. p. 249 sqq.) et Ernst von *Lasaulx* in „Abhandlung über die Gebete der Griechen und Römer." Würzb. 1842.

crob. Sat. 1, 7. interpp. ad Plin. Paneg. 67, 5. Gatak. ad M. Antonin. 3, 4. p. 69. Matth. Brouerius l. l. p. 957. 964. Pfanner. System. Theol. gentil. 16, 21. p. 383.

V. 60. *Labra movet metuens audiri.* Vota et parum honesta et invidiosa tacite, i. e. *murmure, susurro* concipiebantur. Ita Pers. 5, 184. *Labra moves tacitus.* Lucan. 5, 104. (ib. Cort.) de templo Apollinis Delphici: *Haud illic tacito mala vota susurro Concipiunt.* Petron. 85. (p. 418 Burm.) *timidissimo murmure vota feci.* Senec. de Benef. 6, 38. *Quam multa sunt vota, quae etiam sibi fateri pudet: quam pauca, quae facere coram teste possumus.* Ibid. 2, 1. *Adeo etiam deos, quibus honestissime supplicamus, tacite malumus et intra nosmet ipsos precari.* Id. Epist. 10. *Quanta dementia est hominum! Turpissima vota die insusurrant: si quis admoverit aurem, conticiscent et, quod scire hominem nolunt, deo narrant.* De hac et alia precum tacitarum ratione conf. Vulp. ad Catull. 63 (64), 104. Broukh. ad Tib. 4, 5, 17. Casaub. ad Pers. 2, 5. Rupert. ad Juv. 6, 589. 10, 289. Wüstem. ad Theocr. Id. 2, 11. Wund. ad Sophocl. Oedip. Colon. 130. Electr. 630 sqq. Brouer. l. l. p. 965. et magnam partem v. 59. laudati. De formula *metuens audiri* conf. Heind. ad Sat. 2, 5, 65. Lambin. ad Od. 2, 2, 7. O. Jahn. ad Pers. 1, 47. 4, 29. — *Pulchra Laverna! Da mihi fallere* etc. i. e. λανθάνειν, ut v. 54. Similes sunt preces mercatoris ap. Ovid. Fast. 5, 681—690. *Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro: Et face ut emtori verba dedisse juvet.* Imitatur locum Pers. 2, 9. *Illa sibi introrsum et sub lingua murmurat: „O si Ebulliat patruus!* Lactant. Inst. 5, 19, 30. *veniunt gladiatores, latrones, fures, benefici et precantur nihil aliud, quam ut scelera impune committant.* Prudent. Cathem. 2, 21 (ibiq. Weitz. p. 550). *Versuta fraus et callida Amat tenebris obtegi Aptamque noctem turpibus Adulter occultus fovet.* Malch. Ecbas. Captiv. 120. *Peccatis noctem, quin fraudibus obice nubem.* Conf. Ouz. ad Minuc. Fel. Octav. 10, 2. De *Laverna* ipsa Schol. Cruq.: „Laverna in via Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum ejus fures colunt et qui consilia sua volunt tacita; nam preces ejus cum silentio exercentur; sic dicta fortasse a latendo, nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur.“ Idem fere Acro, sed dicit: „Dicta Laverna *) a *lavando*, nam fures

*) In Acronis loco Vossius (Etymolog. v. *Laverniones* p. 282) *levando*

lavatores dicuntur.“ Porphyr.: „Laverna est dea, quae furibus praeest.“ Plaut. Aul. 3, 2, 31. *Ita me amet Laverna, te jam, nisi reddi Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante aedis.* (Zell. „Ferienschrift.“ III. p. 160). Id. Fragm. Cornic. 8. *Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.* (Stewech. ad Apul. Met. X. p. 731 ed. Oudend.) Novius ap. Both. p. 56. *Per deam sanctam Lavernam, quae sit cultrix quaestuis.* Lucil. 17, 6. *Si messes facis Musas, si vendi' Lavernae.* Commemorant Serenus ap. Wernsdorf. Poet. lat. II. p. 90. Prudent. in Symmach. 2, 870. Varr. L. L. IV. p. 45. Bip. (5, 163). Fest. p. 87. v. Laverniones. Non. Marcell. 2, 509. Arnob. III. p. 115. IV. p. 143. [3, 26. 4, 24. ib. Hildebr.] ed. Salm. et, si scriptura certa est, Auson. Epist. 4, 103. Fidem Scholiastarum de luco *in via Salaria* quidem recte in dubium vocat *Ambroschius* l. l. p. 162 itemque similitudinem quandam, quae inter *Vedium* et *Lavernam* intercesserit, quam quidem sibi reperisse visus est *Hartungius* in „Relig. der Römer“ II. p. 54—58. Ceterum eadem est *Fraus* ap. Mart. Capell. 1, 51. p. 97. Kopp. Epitheton *pulchra*, in quo inesse videtur notio quaedam pietatis Mercurialis [Düntzer.: „Verehrungswürdige Laverna“!] pluribus illustrat *Schmidius*, quocum conf. Forbig. ad Virg. Aen. 7, 656. Formula autem v. 61. *da*, *δός*, Graecis (Hom. Il. 3, 322. 351. Eurip. Phoen. 628. Xenoph. Cyrop. 6, 4, 9. al.) et Latinis in re tali usitatissima est. Exempla suppeditant Sitzm. ad Boeth. 3, 9, 22. (metr.) Burm. ad Val. Fl. 2, 324. Bach. ad Ovid. Met. 1, 486.

---

et *levatores* legendum censet, testem citans Petron. 140. (p. 663. ed. Burm.) et Plaut. Asin. 1, 2, 9. Atque haud scio an *lavĕre* et *levare* et origine et significatione sibi tam cognatae fuerint quam *dare* et *dedere*, *tangere* et *tingere*, ita ut a verbo *lavere* ducta sit *Laverna*, uti a v. *lucere lucerna*. De *Matt. Martinii* (Lex phil. p. 180) sententia Laverna *Luerna* est, „quod ejus beneficio fures luant bona rapta.“ Alii aliter, ut *Buttmannus* (Mythol. I. p. 17), qui *Lavernam* cum *Latona*, i. e. dea noctis, comparat. *Latuerna* igitur ut *tuello*, vello, ex *τίλλω* simil. Neque male *Conr. Schwenk.* Seebod. „Archiv“ 1825. I. p. 162. Lavernam a verbo *latendi* ductam putat et contractam ex *Lativerna* in *Lavernam*. Contra *Lindemanno* (Fest. p. 475) *Laverna* „descendere“ videtur a Sanscrito *labh*, Graeco *λαβεῖν*, sumere, unde *Laberna* sive *Laverna*. Ita quidem glossae Isidori ibidem: „*Laberna*, latro, aut qui filios alienos seducit.“ Mecum facit *Doederlinius* (Handb. d. lat. Etymol. p. 96), conf. quoque Erhard. ad Petron. l. l. Savar. ad Sidon. Apollin. Epist. 7, 2. Barth. Adv. 8, 5. et ad Stat. Theb. 4, 502. p. 1123. Stuck. Opp. II. p. 42. et Despr. ad h. loc.

Thiel. ad Virg. Aen. 11, 789. Cort. ad Lucan. 2, 348. O. Jahn. ad Pers. 2, 45. *) coll. Hess. ad Tac. Dial. 7. p. 42. et Schol. Cruq. ad Sat. 2, 3, 191. De laude viri *justi sanctique*, qua nihil majus est, conf. Cort. ad Plin. Epist. 1, 12, 5. Gruner. ad Sednl. p. 2. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 306. 309. Bentl. ad Od. 4, 4, 26. Ceterum junguntur δικαιότεροι καὶ ὁσιώτεροι ap. Lucian. Tox. 9. ibiq. Jacob. p. 55. et ὅσια καὶ δίκαια ap. Plutarch. Consol. ad Apollon. VI. p. 386. Quodsi *Orellius* ad v. *nubem* v. 62. „quemadmodum," ait, „dii apud Homerum heroibus, quos quum maxime tutantur," haud scio an haec interpretatio acutior, quam verior sit. Conf. Gatak. ad M. Antonin. 3, 7. p. 80.

V. 63 — 66. *Qui melior servo — non erit unquam.* Sententiarum ordo: „Talis est homo ille, quem multitudo pro *viro bono* habet, mea quidem sententia pro servo habendus, quippe qui servilis sit animi avaritiaque ardentis." Dicendi rationem a Stoicorum porticu denuo petitam habes. Ad avarum autem usquequaque primas partes **) deferri, ad 1, 33. observavimus. Ille unus igitur hic est instar omnium. In rem Sat. 2, 7, 81—94. Cic. Paradox. 5, 1, 35. *Non enim ita dicunt eos esse servos ut mancipia, quae sunt dominorum facta nexu aut aliquo jure civili; sed, si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi et arbitrio carentis suo, quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos?* Demophil. (Orell. I. p. 40) 32. Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. Pythagor. ap. Maxim. 3. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα. Brys. Fragm. (ibid. II. p. 334) 10. Ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίγνεται· ὁ δὲ κατὰ τὸν τρόπον τᾶς ψυχᾶς, ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τᾶς ψυχᾶς. Ὁ δὲ τοιοῦτος οὐχ ἁπλῶς δοῦλος, οὐδ' ὁ τᾷ φύσει δοῦλος, ἀλλὰ τῶν παθῶν δοῦλος καὶ ἐν καταχρήσει δοῦλος, καὶ μᾶλλον μοχθηρὸς ἄνθρωπος ἢ δοῦλος κατὰ φυσίν. Epict. Diss. 2, 1, 26—28. Bion. ap. Orell. II. p. 174. nr. 1. Rupert. ad Juv. 9, 120. Casaub. ad Pers. 5, 129. Senec. N. Qu. III. praef. p. 89. Bip. Beier ad

*) Nescio quo jure *Brissonius* de Formul. 1, 123. hic preces argentariorum viderit.

**) Haec ipsa observatio bonum illum Quintium a crimine avaritiae, cujus notam ei adspersit *Haberfeldus*, praestabit tutum. Quae idem v. d. de sententiarum ordine v. 63—72 disputat, ea assensum *Düntzeri* (p. 458) non tulerunt.

Cic. Offic. 1, 20, 66—70. Gatak. ad M. Antonin. 2, 2. p. 38. — V. 64. *In triviis fixum — ob assem.* Sic Pers. 5, 110. *Jam nunc adstringas, jam nunc granaria laxes, Inque luto fixum possis transcendere nummum, Nec gluto sorbere salivam Mercurialem?* Recte interpretum bona pars lusum puerilem intelligit, quo in viis nummo fixo illusi sint praetereuntes. Testantur scholia ad Pers. l. l. et ad prolog. 6., ubi in cod. Darmst. (ap. O. Jahn. p. 246) hoc exstat: „Antiquitus senes in apricis locis sedentes soliti fuerunt avaros probare; parvulam sarcinulam in similitudinem denarii nectentes in lutum projecerunt, ut, si quis praetereuntium denarium sustulisset, ab omnibus derideretur.“ Conf. Barth. Adv. 37, 22. Alii, ut *Schmidius, Braunhardus, Düntzer* ludo illo omisso avarum sentiunt, qui in triviis assem in luto „latentem“ (ut ait Schol. Cruq.) vel fortuito qui in coenum deciderit tollere non erubescat. At recte verbis *in triviis* et *fixum* quoddam pondus additum sentit *Orellius*, qui idem de loco communi ap. Sophistas haud infrequenti laudat Liban. *περὶ δουλείας* II. p. 69. Reisk. *ὁ ἕνεκα ἕνεκα στατῆρος ἢ καὶ ἔτι σμικροτέρου τοῦ φροντίζων καὶ ἁρπάζων* etc. Similiter Petron. 43. *Ab asse crevit et paratus fuit, quadrantem de stercore mordicus tollere.* Alia vide in edit. *Schmidii.* — V. 65. *qui cupiet, metuet quoque;* de hac sententia vid. ann. ad 6, 9. et cf. Senec. Epist. 5. *Desines, inquit, timere, si sperare desieris. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Utrumque pendentis animi est, utrumque futuri exspectatione solliciti.* — V. 66. *porro Qui metuens vivet* etc. Ita Epict. Diss. 2, 1, 24. *Οὐδεὶς ἄρα οὔτε φοβούμενος, οὔτε λυπούμενος, οὔτε ταραττόμενος, ἐλεύθερος ἐστιν.* Pers. 5, 83 sqq. ibiq. O. Jahn. p. 194. *) Ex his ipsis effici vult Poeta, „avarum non esse liberum.“

V. 67. 68. *Perdidit arma — obruitur re.* Sententia: „Talis, qui totum se rei addixit, virtutem, i. e. vitae humanae praesidium, deseruit.“ Alii: „*ῥίψασπις* et *λιποτάκτης* est, hoc est, summa ignominia dignus.“ Recte quidem, vid. hujus ignominiae exempla a *Bentlejo* ad h. l. Cort. ad Sall. Jug. 38, 7. Hess. ad Tac. Germ. 6, 9. Stallb. ad Plat. Symp. 6. (p. 179. A.) allata et de v. *arma*

*) Acumen particulae *porro* quanquam aliquot interpp. non senserunt, in commoda tamen publica peccarem, si quae plana sunt planius dilatarem. Qui igitur aliorum parum accuratam interpretationem nosse gestiet, eum amandabimus ad *Düntzerum* p. 458.

pro scuto Duk. ad Flor. 1, 10, 4., at aliud voluit sapiens Poeta. Conf. Plat. Apol. Socr. 17. (p. 28. E.) *τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος, ὡς ἐγὼ ᾠήθην τε καὶ ὑπέλαβον, φιλοσοφοῦντά με δεῖν ζῆν καὶ ἐξετάζοντα ἐμαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους, ἐνταῦθα δὲ φοβηθεὶς ἢ θάνατον ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα λίποιμι τὴν τάξιν.* Est igitur: „talis homo munus humanum sive legem, ad quam natus est, defugit.“ Virtus autem et sapientia non raro cum militia et certamine ludorum comparantur. Senec. Epist. 51. *Nobis quoque militandum est et quidem genere militiae, quo nunquam quies, nunquam otium datur.* Id. de Constant. sap. 19. *Etiamsi premeris et infesta vi urgeris, cedere tamen turpe est: assignatum a natura locum tuere. Quaeris, quis sit hic locus? Viri.* Boeth. de Consol. phil. 1, metr. 4, 15 sqq. Minuc. Fel. 36, 7. (ibiq. Cellar.) Lactant. Inst. 6, 4, 19. Bünem. ibid. 7, 27, 16. interpp. ad Paul. Epist. ad Timoth. 2, 4, 7. Böttig. „Prophet. Stimmen aus Rom.“ II. p. 185 sq. et Gatak. ad M. Antonin. 2, 17. Apprime autem homo *augendae rei* (7, 71.) sedulo intentus *re obrui* dicitur, quippe qui animo impar *rei* succumbat; in quam rem conf. 10, 47. Tacit. Agric. 17, 3. *quum successoris curam famamque obruisset, sustinuit molem Julius Frontinus* (Misc. Obss. IX. p. 355). Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 3. *Neve et obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas.* Id. de Orat. 1, 21, 94. *obruimur ambitione et foro.* Claud. de Laud. Stil. 2, 121. *non obruta virtus Paupertate latet.* Flor. 3, 21, 9. Paulo aliter *Orellius:* „pecunia, veluti terrae labe; ita ut ab ea impeditus libere movere sese nequeat.“ *Dacerius* comparat 7, 85. *Immoritur studiis et amore senescit habendi.*

V. 69—72. *Vendere quum — penusque.* „At idem ille, quippe cujus animus avaritia captus ingenue sentire aeternaque moliri nequeat, suis fungatur officiis servilibus more modoque servi naturalis, qui tibi utiliter serviens vel arat, vel pascit etc., i. e. servum servum esse sine.“ Ita similiter de avaro Sat. 1, 1, 63. *Jubeas miserum esse, libenter Quatenus id facit.* Propter magnum autem interpretum dissensum res jam altius repetenda est, ut locus elegantissimus, sed ab interpretibus mire vexatus luce collustretur sua. Quod supra v. 63—66 Horatius philosophorum more significavit, „avarum non liberum esse,“ id v. 67—72. poetarum ratione planius et significantius exponit, ut hanc habeas solidam imaginem a re militari desumptam: „Avarus ignavi militis instar armis amissis et loco virtutis deserto captivus fit, ex captivo servus, cujus non honestum, sed

utile munus est arare, pascere" etc. Ac ne de solo jam servo naturali cum *Diintzero* cogites cave. Qui tum *arare, pascere* etc. dicebantur, erant viri locum haud infimum in civitate tenentes, homines industria insignes, at quaestui omni inhiantes. Hos igitur tecte significat, de his in hac imagine ad vivum facta circa praecordia ludit Horatius, qui, ut bonus ille Homerus, nil molitur inepte. Utramque rem confudit *Lambinus* *), quem sequuntur complures alii. Versus autem 69. nihil continet nisi *servi* descriptionem ex origine verbi haustam. Sic Institutt. lib. 1. tit. 3. § 2. *Servi autem ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere ac per hoc servare, nec occidere solent; qui etiam mancipia dicti sunt eo, quod ab hostibus manu capiuntur.* Conf. Theophil. paraphras. ad hunc titulum. Digest. lib. 1. tit. 5. fr. 4. § 2. 3. et lib. 50. tit. 16. fr. 239. § 1. Consentiunt in ea re Donatus ad Terent. Adelph. 2, 1, 28. Isidorus Orig. 9, 4. Augustinus de Civ. D. 19, 15. Petr. Avellanus c. 23. p. 36. in Triga Opusc. critt. rar. etc. atque e nostratibus **) *Ballhorn-Rosen.* in „Juristisch-philol. Studien." Fasc. I. p. 12 (de dominio). Inde iidem ap. Graecos σώματα ἀλλάλωτα vocantur, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 578. Nimium igitur versui 69. *Schmidius, Orellius,* alii tribuere videntur, quum dicunt, „avarum, hominem detestabilem, facile ex humana societate prorsus ejiciendum videri posse; attamen ei utilem esse, quatenus negotia suscipere soleat, quibus sapiens vacare dedignetur." At Poeta, qui est suus mos (de quo conf. 6, 29), nihil aliud, nisi hoc indicat: „Captivum servum esse jube; is enim [vel quocumque nexu servus est factus] tibi utiliter serviet." Sic Bryso (l. v. 63. laudato): *Κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος ὁ δυνάμενος αὐταρκῶς τὰς διὰ τοῦ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις, καὶ ἐν τῷ ὁδοὺς πορευθῆναι καὶ φορτία βαστάξαι καὶ κακοπαθείας καὶ διακονίας ὑπομένειν, μή-*

*) *Lambinus:* „Quemadmodum captivum occidere non solemus, sed servamus, ut nobis usui sit: sic hominem avarum, nihil a captivo differentem, utpote qui se pecuniae tradiderit constringendum, neque a suo studio abducere, neque occidere debemus, sed ei permittere, ut pascat, aret, naviget et ceteris servilibus muneribus fungatur."

**) Dissentiunt (et recte) alii. Vid. *Creuser.* „Abriss d. Röm. Alterth." § 34. p. 38. et „Deutsche Schrift. Viert. Abtheil." Heft 1. p. 19. *Doederl.* Synon. I. p. 30. III. p. 306. *Lasen* in „Rhein. Mus." 1834. II. p. 163. *C. Schwenck* in „Zimmerm. Zeitschr. d. Alterthumsw." 1837. p. 208. *Göttling.* „Gesch. d. Röm. Staatsverfassung" etc. p. 132.

τε δὲ ἀρετάν, μήτε κακίαν ἐπιδεχόμενος ψυχικάν. Adde Aristot. Ethic. 8, 11, 6. p. 375. Z. Polit. 1, 5, 9. p. 33. S. *Becker.* Charicl. II. p. 25. Conf. de familia bello captorum constituta Heyn. Opusc. acadd. IV. p. 129 sqq. Aliam autem in his vv. inesse sententiam opinatur *) *Dacerius,* quum tali homini ipsum servum naturalem praeferendum esse dicit, quippe qui semper praestet aliquam, immo magnam utilitatem, avarum nullam; verba igitur ad Quintium relata significare: „Ne vous avisez pas de tuer votre Esclave lorsque

---

*) Similiter *Sanadonus:* „Un homme tirannisé par ses apétits déréglés est non seulement un escláve, c'est quelque chose de pis, c'est un homme inutile et dont on ne peut tirer aucun service." Longe a vero *Düntzer* quoque abest: „*Und gibt es etwas Schlimmeres, als eine Sklaverei, welche uns alle freie Bewegung raubt und uns ganz in die Macht Anderer gibt!* — Hast du einen Kriegsgefangnen, so darfst du ihn nach dem Kriegsrechte tödten; aber, da du ihn als Sklaven verkaufen kannst, tödte ihn nicht; dann wird er noch schlimmer dran sein, als wenn du ihm den Tod geben würdest." etc. Contra *G. E. Köhler* l. l. „Horaz beweist 2) dass der avarus nicht mehr und nicht minder als der Knecht verdiene, nämlich, dass man ihn nicht geradezu todtschlägt; den Knecht schlägt man aber nicht todt, weil er noch einen Verkaufspreis einbringen, weil er noch nützliche Dienste leisten kann v. 69—72. „Parce tamen capto, pretio quum vendere possis" konnte Hor. sagen. Nur ist an die Stelle des servus in gleicher Bedeutung der captivus getreten, weil dieser Ausdruck sich besser an die nächst Vorigen gebrauchte Kriegssprache anschliesst, sowie er anderseits passend zu dem nachdrucksvollen Schlussgemälde hinüberleitet, worin Hor. an dem schön gewählten Beispiele des Bacchus captivus zeigen will, dass man auch in Banden ein vir bonus sein könne. v. 73—79." At dixerim potius: „So wie du einen Gefangnen nach dem Kriegsrechte zu einem dir nützlich dienenden Sclaven machen darfst, so magst du auch den Sclaven der Habsucht als einen nützlichen Lastträger der menschlichen Gesellschaft gewähren und sich im sclavischen Dienste derselben abmühen lassen." Alii aliter intelligunt, tanquam sit prosopopoeia avari excusantis sese, cur non interficiat servum a bello redemptum. Conf. *Landin.* — *Cruquius:* „Quin ex hypothesi bellum statuit virtutum vitiorumque, nec non avarum constantiae et liberalitatis armis abjectis stationeque abjecta ab avaritia duci captivum; quem quum jure belli occidere possit, precatur tamen avaritiam, ut vendat potius quam enecet sinatque servire utiliter. *Occidere noli* igitur: sed vende et effice servum." — Rursus *C. L. Roth* in luculenta Disputatione *de Satirae Romanae indole, ejusdemque de ortu et occasu.* Heilbronnae 1844. p. 9. quum Horatium „in Satiris urbis Romanae, in Epistolis totius mundi audit loquentem," de hoc loco ita disserit: „Inducitur vir bonus, qualem illo tempore Roma solebat praedicare, colloquens cum eo, cujus in potestatem est redactus, atque iis ipsis verbis animum servilem et ad

vous pouvez le vendre; c'est comme disoit, n'est-il pas vrai que vous ne vous aviserez jamais de tuer votre Esclave? ou vous le vendrez, ou vous trouverez le moyen d'en tirer quelque utilité" etc. At vide de enuntiationis conformatione ann. ad 6, 28. 29.

V. 70. *sine pascat durus aretque.* Senec. Epist. 89. *Quousque arationes vestras porrigetis, ne provinciarum quidem satione contenti circumscribere praediorum modum? — Hoc quoque parum est, nisi latifundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadrianum et Jonium Aegeumque vester villicus regnet* etc. Id. Epist. 114. *Aspice quot locis vertatur terra, quot millia colonorum arent, fodiant.* Ibid. 87, 6. Sallust. Cat. 4, 1. *agrum colendo aut venando, servilibus officiis intentum, aetatem agere.* Conf. Epod. 4, 13. Pers. 4, 26. De agricultura per servos facta conf. Lips. Elect. 2, 15. Pignor. de Serv. p. 1293—98; de *aratoribus* illis quidem et *pecuariis* Burm. de Vect. P. R. 3. (Polen. Thes. I. p. 952.) Ernest. Opusc. philol. p. 6 sqq. — V. 71. *Naviget ac mediis hiemet mercator in undis.* Intelliguntur aut servi, qui navibus frumenti copiam ex provinciis, praesertim ex Africa et Aegypto vel cum dominis *) suis vel soli ut servi publici Romam advehebant, aut servi illi erectioris animi, per quos senatores et equites mercaturam facere et negotiari solebant, uti observat *Beier.* ad Cic. de Off. 1, 42. p. 299. Mercator igitur non est *uti mercator*, sed *mercator ὤν.* Ita quoque interpretes nostrates *Vossius, Passovius,*

---

quaelibet flagitia paratum prae se ferens: quum contra vir bonus et sapiens, sive philosophiae innutritus, id quod versus a tertio inde et septuagesimo insequentes docent, magno elatoque animo humana omnia velut infra se posita et vitam ipsam, si res ita tulerit, aspernetur" etc. Magis in nostram sententiam, quanquam parum accurate *Walckenaer.* (II. p. 302): „Celui qui se laisse dominer par les soins grossiers de la fortune, ressemble au guerrier qui s'est laissé désarmer. Le vainqueur tuera-t-il son captiv? Non. Le vendra-t-il? Non; il en fait son esclave. Allons! qu'endurci à la peine il laboure les champs" etc. De verbo *durus* conf. 7, 91. et Duk. ad Flor. 2, 3, 4.

*) Ita *Orellius* quoque, qui addit; „Hoc enim est *annonae prosit.* — Amara autem simul *σίφωνία* significat etiam ingenuorum mercaturam a servilibus officiis non longe distare. — *Düntzer*, me refutare dum conatur, explicat: Er treibe drittens die Geschäfte des Hausklaven, der für den Vorrath zu sorgen, als Hausknecht Getreide und alles Nöthige herbeizuschaffen hat: vv. *annonae prosit* aut cum vv. *portet frumenta* mire confundit, aut prorsus transit."

J. Merkel, *) hic: „Mag er in stürmischer See als Kaufmann segeln und handeln." — V. 72. *Annonae prosit,* i. e. „viliorem reddat quocumque modo," ut non opus sit cum *Orellio* hoc ad v. 71. referre. Minus recte *Vossius:* „Steh' er der Lieferung vor." Intellige autem negotiatorum servos et Horatiana *εἰρωνείᾳ* negotiatores ipsos omneque hominum genus, in quo numero est ille M. Vergilius Eurysaces, cujus mentio fit in Jahnii NJbb. 1839. XXVII. 3. p. 326. Conf. Ernest. l. l. et Clav. Cic. v. *Negotiator,* imprimis Creuzer. „Abriss der Röm. Antiquit." § 39. p. 54. 55. Ceterum a. u. 732. summa erat caritas annonae, ut Augustum curatores annonae constituisse haud infeliciter suspicetur *Lipsius* in Elect. 1, 8., conf. de *praefect. annonae* Burm. de Vectig. P. R. 8. l. l. p. 1004. Orell. Inscr. nr. 3331. Erant etiam mancipes (posteriore quidem tempore *Catabolenses* vocati), qui per servos terra marique frumentum panemque advehebant. Inde Plin. H. N. 33, 13. *pretia rerum mutari, prout navigationes constiterint, aut — aut aliquis praevalens manceps annonam flagellet.* Operariis illis, **) qui onera fiscalia per veterina animalia horreis et pistrinis inferebant, praefectus urbis praeerat, conf. Drakenb. de *Praef. urb.* c. 7. p. 33 sq. Ad horreorum custodiam et servi, quos *horrearios* vocabant, positi erant; de his et de ipsis illis horreis tum publicis tum privatis, uti sunt *horrea Galbana, Sulpiciana, Pupiana, Sempronia,* conf. Porphyr. ad Od. 4, 12, 18. A. F. *Gorius* de Libert. Columbar. (Polen. Thes. III.) p. 281. *Reines.* Var. Lectt. 3, 12. p. 545 sq. Burm. l. l. p. 952. Fest. p. 238. et 660. ed. Lindem. Orell. Inscr. nr. 4092. 5004. Jam ex his, quae disputavimus, facilia intellectu erunt vv. *portet frumenta penusque.* Hoc quidem verbum fortasse *obsonatores, olitores* et alios id genus indicat. Illorum erat, coemere quae usus domesticus postulabat, hi in portandis oleribus asino aut caballo utebantur, quod et nunc Romae fieri dicit Pignor. p. 1303;

*) Similiter *Vossius:* „treib' als Krämer [?!] in winterlich wogender Meerfluth." Notionem uterque verbo *hiemandi* subjecit, qualis est Sat. 2, 2, 17. *hiemat mare.* Ita quidem Graeci, ut Luc. Act. Apost. 27, 18. (ib. Kuinoel.) *σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν* et translate Aristoph. Ran. 361. *πόλεως χειμαζομένης,* de Latinis me tale exemplum legere non memini. Quidni proprie intelligas, vel uti *Campenon:* „qu'il trafique sur la mer pendant la saison rigoureuse?"

**) Haec et talia nobis extorsit *Düntzeri* mira horum versuum interpretatio.

cf. Schmid. ad Epist. 1, 18, 36. Voc. *penus* illustrat (auctore Cicerone de N. D. 2, 27, 68.) Firmic. de Error. c. 15. *Nam omne, quo vescuntur homines, penus vocatur*, coll. Stuck. Antiq. conviv. 2, 8. p. 251. et, quem laudat O. Jahn. ad Pers. 3, 74, Klausen „Aeneas u. die Penaten" II. p. 636., voc. *portare* Doederl. Syn. I. p. 150. coll. Herz. ad Sall. Jug. 46, 5. *Orellius* potissimum omnis generis salgama ex transmarinis regionibus advecta intelligit.

V. 78. sqq. *Vir bonus et sapiens* etc. i. e. „in ipsis vinculis liber est, ut nulli neque perturbationi nec homini succumbat et mori malit quam jus fasque violare." Facillime transitur ab illo captivo ad captum Bacchum, qui in persona sacerdotis Pentheo regi cruciatus et vincula minanti respondet: *λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς ὅταν ἐγὼ θέλω*. Eurip. Bacch. 492 sqq. Poeta autem *virum bonum* descripturus partem ponit, ut inde totum quoddam cogitetur, i. e. *„vir bonus et sapiens*, qui neque bonorum jactura, neque acerbo dolore aut metu mortis subactus ab officio unquam discedat, quique adeo ab aliis pro scelesto habitus esse malit qui non videatur, quam videri *) qui non sit, virtutem suam morte comprobaturus tanquam signo, unde totius vitae laudabiliter actae decus ac probitas cognoscatur, imposito." Similis est viri *boni, justi, sapientis* descriptio Od. 3, 3, 1 sqq. 4, 9, 50. Sat. 2, 7, 83 sqq. Cic. Acad. 2, 8, 23. *ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam ut officium prodat aut fidem* etc. Id. de Offic. 2, 11, 38. (ibiq. Beier) Parad. 2, 18. Tusc. 2, 7, 17. 5, 19, 56. Senec. Epist. 76. et ap. Lactant. 6, 17, 28. coll. 7, 27, 3. 5, 13, 15—17. Juv. 8, 80 sqq. Aristot. Eth. Nicom. 9, 8. Socrat. ap. Orell. I. p. 12. nr. 2. Epictet. Enchir. 52, 4. Diss. 1, 2, 19—22. 18, 17. et 19, 8. 9. 29, 5—8. 16—19. 3, 22, 21.

---

*) Vid. supra v. 39. 40. et Cic. de Fin. 2, 22, 71. *certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur.* Contra Plato de Rep. 2, 5. (p. 361. E) „ut vere justus exhibeatur," ait, „opus esse, ut virtus ejus omnibus ornamentis spolietur, ita ut ille habeatur ab aliis pro scelesto, illudatur, suspendatur denique." Ita Hug. Grot. *de veritate relig. Christ.* 4, 12., quem laudat Creuzer. ad Cic. de Rep. 3, 17. p. 374. coll. Lactant. Inst. 5, 12, 5. 6. 18, 9., adde Stallb. ad Plat. l. l. et Ackermann. „Das Christl. im Plato" p. 65. De sententia autem: *ἐπιφωνείζεσθαι τὴν ἀρετὴν θάνατῳ* cf. Lennep. ad Phalarid. Epist. 55. p. 201. Inde Plat. Apol. Socr. 17. (p. 53. Stallb.) *τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι, μὴ ὄντα.*

4, 1, 90. 172. et 1, 1, 23. *Εἰπὲ τὰ ἀπόῤῥητα. Οὐ λέγω· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἐμοί ἐστιν. Ἀλλὰ δήσω σε. Ἄνθρωπε, τί λέγεις; ἐμέ; τὸ σκέλος μου δήσεις, τὴν προαίρεσιν δὲ οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται. Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. Τὸ σωμάτιον. Ἀποκεφαλίσω σε. Πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι μόνον ἐμοῦ ὁ τράχηλος ἀναπότμητός ἐστι; Ταῦτα ἴδει μελετᾶν τοὺς φιλοσοφοῦντας* etc. Uti Horatius, ita ea interpretandi ratione, quam ad Epist. 1, 2. p. 130. indicavimus, locum Euripideum ad suam rem, i. e. philosophiam accommodavit Plutarchus de Tranquill. anim. VII. p. 861. Rsk. Similiter Libanius *περὶ δουλείας* II. p. 63. Rsk. quodam Euripidis loco ex Hecuba, ut *Orellius* observavit, usus est. — V. 74. *quid me perferre patique Indignum coges?* Conf. 15, 17. et Liv. 28, 19, 12. *omnia foeda atque indigna passi.* — V. 76. *Lectos, argentum.* Illos recte jubet *Schmidius* intelligi omnem supellectilem et hoc argentum factum, vasa argentea, ut 6, 17. — *tollas licet.* In rem Cic. Paradox. 1, 1, 6. *Quam ob rem licet irrideat, si quis vult: plus apud me tamen vera ratio valebit, quam vulgi opinio. Neque ego unquam bona perdidisse dicam, si qui pecus, aut supellectilem amiserit* etc. Senec. Med. 176. *Fortuna opes auferre, non animum, potest.* De compositione verborum *t. lic.* conf. Schmid. et Hand. Tursell. III. p. 543. — V. 77. *In manicis et* *) *Compedibus — tenebo.* Ex Romana consuetudine: „te servum faciam," sed omnino: „te pro scelesto tractabo." Vid. Heinr. ad Juv. 8, 179. In sententiam Epictet. Fragm. IX. *Ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα λελυμένος, τὴν δὲ ψυχὴν δεδεμένος, δοῦλος· ὁ δ' αὖ τὸ σῶμα δεδεμένος, τὴν δὲ ψυχὴν λελυμένος, ἐλεύθερος.* Cic. de Fin. 3, 22, 76. *sapiens recte invictus, cujus etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possint.* Id. Tusc. 5, 28, 80. 31, 87. Senec. Epist. 24. *Num quid accidere tibi, si damneris, potest durius, quam ut mittaris in*

---

*) *Manicis* constringebantur et connectebantur manus deprehensorum. Virg. Ge. 4, 439. coll. 405. *Manicisque jacentem occupat.* Id. Aen. 2, 145. Ovid. Met. 11, 252. ibiq. Bach. Prudent. Hamartig. 434. et 443. *jam compede dura Nectitur, et pedibus servilia vincula limat.* Tib. 2, 6, 25. (ib. Diss.) *Spes etiam valida solatur compede vinctum; Crura sonant ferro, sed canit inter opus.* Juv. 11, 80. *squalidus in magna compede fossor.* Conf. de vario compedum usu Mitsch. ad Epod. 4, 4. Bünem. ad Lactant. Inst. 4, 13, 7. de Mort. Persec. 21, 3. Rupert. ad Tac. Ann. 12, 47, 3. Diss. ad Tib. 1, 7, 42. Kuinoel. ad Act. Apost. 16, 24. Bergl. ad Alciphr. 3, 24, 11.

exilium? ut ducaris in carcerem? numquid ultra quioquam corpori timendum est, quam ut pereat? Id. de Constant. Sap. 8. Imitatus est Malchus in Ecbasi Captiv. 1180. *Compedibus tales num sub custode *) tenebit.* — —

V. 78. *simul atque volam.* Hoc de sententia Stoicorum εὔλογον ἐξαγωγὴν praecipientium. Senec. Epist. 77. *Nam vita, si moriendi virtus abest, servitus est.* Id. 71. *Nihil melius aeterna lex fecit, quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego exspectem vel morbi crudelitatem, vel hominis, quum possem per media exire tormenta et adversa excutere?* Alia dabunt Schmid. ad h. l. Welck. in Mus. Rhen. 1833. IV. p. 616 sqq. Pabst. et Rup. ad Tac. Ann. 2, 63, 2. Gatak. ad M. Antonin. 3, 1. 5, 29. Beier. ad Cic. Offic. excurs. XV. I. p. 350 sqq. et ad Cic. Oratt. Fragm. p. 148—153. — *deus me solvet.* Ita Plin. Epist. 1, 12, 8. de Corellii voluntaria morte: *Adfuit tamen deus voto, cujus ille compos, ut jam securus liberque moriturus, multa illa vitae, sed minora, retinacula abrupit.* — *me solvet*, i. e. „carcere animi, qui est corpus.“ Ita φρουρᾶς λύειν ἑαυτόν dicebant, vid. Stallb. ad Plat. Phaed. 6. (p. 62 B.) et Goerenz. ad Cic. de Fin. 1, 15, 49. Inde Cic. Tusc. 1, 49, 118. *emitti nos e custodia, et levari vinculis arbitremur.* Senec. Epist. 10. *Nobis solvi perire est.* Virg. Aen. 4, 703. *teque isto corpore solvo.* Aelian. V. H. 5, 6. ἀπολῦσαι αὐτὸν ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν, Plutarch. Consol. 13. ἐὰν καθαρεύωμεν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Philetes ap. Lact. Inst. 7, 13, 5. Ψυχὴ μὲν μέχρι οὗ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται etc. Arnob. 2, 77. Themist. de an. 9., quem inter al. laudat *Orellius*, conf. Barth. ad Claud. in Rufin. 2, 483. Gatak. ad M. Antonin. 2, 17. p. 59. 11, 3. p. 319. Duk. ad Flor. 4, 11, 11. Beier. l. l. p. 150. Wetsten. N. T. I. p. 665.

V. 79. „*Moriar — rerum est.*“ Haec verba *sapiens* ille (non solum „*moriar*“) sentire censendus est et ita, ut mortem non tam vitae, quam malorum finem dicat, id quod recte jam sensit *Cruquius*, quem sequitur *Sanadonus* contra *Dacerium*, qui mortem

---

*) Formulam *sub custode* illustrant Ruhnk. ad Ovid. Her. 8, 8. Bach. ad Ovid. Met. 6, 178. Schmidt. ad Juv. 7, 18. Rupert. ad Tac. Ann. 3, 36. Sanct. Minerv. 4, 6. ibiq. Bauer p. 243.

omnium rerum finem interpretatus est, haud absurde disputans. Utriusque sententiae exstant exempla. Senec. ad Marc. 19. *Mors omnium dolorum et solutio est et finis, ultra quam mala nostra non exeunt.* Id. Epist. 24. *Moriar? Hoc dicis, desinam aegrotus posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. — Mors non una fuit, sed quae rapit, ultima mors est.* (Wernsd. P. lat. IV. p. 216). Id. de Benef. 7, 1. *illi liquet, mortem nullius mali materiam, multorum finem esse.* Caes. ap. Sall. Cat. 51, 20. *in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultra neque curae, neque gaudio locum esse.* Lucan. 8, 395. *quoniam mors ultima poena Nec metuenda viris.* Plin. Epist. 2, 11, 8. *Mors ultima poena.* Cic. Epist. ad Div. 6, 22, 3. *ferre moderate, praesertim quum omnium rerum mors sit extremum.* Id. Tusc. 1, 42, 100. 3, 25, 59. Cat. 4, 4, 7. pr. Mil. 37, 101. Demosth. pr. coron. p. 258. *Πέρας μὲν γάρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος.* Plutarch. Consol. ad Apollon. VI. p. 412. *Μηδεὶς φοβείσθω θάνατον, ἀπόλυσιν πόνων, ἀλλὰ καὶ κακῶν τῶν μεγίστων.* Aeschyl. ibid. p. 404. *Ὡς οὐ δικαίως θάνατον ἔχθονται βροτοί, Ὥσπερ μέγιστον ἆμα τῶν πολλῶν κακῶν.* Longin. 9. *ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπέκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος.* Epictet. Diss. 4, 10, 27. *Εἰ οὕτω τάλας εἰμί, λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν.* Conf. Cort. ad Sall. l. l. et ad Cic. Ep. ad Div. 6, 4, 15. Gatak. ad M. Antonin. 3, 3. p. 67. et Misc. Obss. Posth. c. 10. p. 508 sq. Triller. Obss. crit. 4, 19. Burm. ad Prop. 2, 21, 27. Lennep. ad Phalar. Epist. 107. p. 338. Valcken. ad Eurip. Hippol. 1372. Fr. Jacobs. ad Anth. gr. III. 1. p. 111. et Delect. Epigr. 7, 82. Gierig. ad Ovid. Met. 1, 662. Usteri ad Plutarch. Consol. ad Apollon. 10. p. 106. C. et ejus censor Schuch. in Jahn. NJbb. 1832. VI. 2. p. 168. Bach. ad Tac. Hist. 4, 58. Ceterum in *ultima linea* similitudo a cursoribus in stadio intra duas lineas currentibus ducta est, ut Cic. Tusc. 1, 18, 15. *nunc video calcem, ad quam quum sit decursum, nihil sit praeterea pertimescendum.* Vid. ib. Kühn. et Gernh. ad Cic. Paradox. 3, 1, 20. p. 194. Cat. maj. 23, 83. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 1, 1. Wernsd. P. L. IV. p. 417. et Schmid. ad h. l. Pariter Graeci, ut Eurip. Antig. Fr. 13. *Ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.* Electr. 954 sq. interpp. ad Paul. Epist. ad Timoth. 2, 4, 7. Perperam igitur *Lambinus* et *Cruquius* translationem vel a figuris mathematicis vel a pictura desumptam opinantur. Verum vidit *Tor-*

rentius. Num haec clausula *) ad Epistolae initium ita referenda sit, ut Horatius praeceptum Quintio illa boni viri descriptione datum mitigaturus quasi dicat: „uti ego in praediolo meo libere jucundeque vivo, ita et tu tuam beatitudinem in te sitam ac non a vulgi rumoribus aptam puta," id equidem neque affirmare, neque negare ausim. Est enim saepe ea Epistolarum Horatianarum ratio, ut Poeta a certis vitae momentis exorsus ad altiora ascendat communiter praecipiens quae faciunt ad rem, i. e. ad bene beateque vivendum, si quis bene sentire recteque facere velit. Multi autem interpretes nihil antiquius habent, quam ut libere vagantem Poetae animum limitibus quibusdam ab aesthetice praescriptis includant, quanquam iis raro contingit, ut Protea illum capiant, captum vinculis adamantinis constringant. Quemadmodum autem Horatius philosophia Stoica utatur, i. e. adminiculo quodam ad virtutem suo decore ornandam veramque commendandam, ad v. 55 sq. indicavimus, ita ut non difficile sit, de *Walckenaerii* annotatione (II. p. 302 sq.) recte judicare: „Voilà bien la philosophie stoïcienne dans toute âpreté, cette philosophie qui mettait sur le même niveau les moindres fautes et les crimes les plus atroces; qui, pour consacrer la liberté du sage, faisait du suicide une necessité et un devoir; et c'est de cette philosophie que Wieland dans son commentaire sur cette êpitre (p. 236 ou 238, de l'édit. de 1837.) a pu dire qu'il n'en connaissait pas de meilleure, et qu'il a pu prêter à Horace. Oui, certes, c'était la philosophie dont Horace se targuait quand il écrivait cette épître. Mais, dans la pratique, combien il en était loin! Tous ses écrits témoignent qu'en bien des points sa raison la repoussait. La philosophie d'Horace était, sous plusieurs rapports, plus relâchée que celle du stoïcisme, et, sous ces rapports, elle ne la valait pas: il le sentait; mais sous d'autres, elle était plus sensée, plus conforme à la nature humaine, plus rapprochée des doctrines de Socrate, de Platon et de la vrai sagesse." Qua mente Horatius ad Stoicorum se accommodaverit disciplinam, sollerter, ut solet, edocuit *Weber* p. 357.

---

*) Conf. quae de ea observant *Fr. Jacobsius* l. l. p. 57. et *Düntzerus* p. 462.

EXCURSUS A AD V. 1. 2.

Capmartin de Chaupy Découverte etc. III. p. 544 sqq.: „La maison de Campagne d'Horace fut dans la Vallée de Licenze (à quatorze milles de Tivoli, à cinq de Vico-Varo, autrefois de Varia, conf. ad 14, 3.); elle y occupa le lieu précis appellé les Vignes de Saint Pierre; — — — Ce qui forme proprement la Vallée et notamment la partie que j'ai dit qu'Horace en posséda, qui est surtout la rive droite de *Licence*, est d'un terrein rendu également bon et par sa qualité et par les eaux abondantes qui l'abbreuvent. La Charru put le plus utilement s'y exercer; et cette partie se juge aisément à l'oeil de l'étendue *) qu'il falloit pour former une juste provision de froment pour Horace et pour les Gens de Ville et de Campagne que nous avons vu qu'il eut. Dans cette étendue même il est la partie la plus voisine de la rivière, qui en seroit emportée, dans le tems qu'elle enfle, si elle se trouvoit en guéret. D'après une telle raison la bonne économie en dut toujours faire le pré qu'elle est à présent. L'uni de cette forme et la solidité qu'ajoutent à la surface les racines de l'herbe qui l'établit, ne la defendent pas cependant suffisamment toujours; ce qui donne lieu aux travaux dont l'Esclave Intendant de la Campagne d'Horace se plaignoit. Pour avoir les Vignes, les champs plantés d'arbres fruitiers et d'Oliviers, que le Poëte rapporte de sa possession, il n'étoit besoin pour la *Vallée de Licence*, sinon qu'elle fut du tems de Poëte dans l'état de culture, où l'on la voit aujourd'hui. Je remarquerai sur les Vignes qu'elles y ont conservé la forme antique peinte par Horace, qui consiste à y être exactement *mariées aux ormeaux*. Dans la *Vallée de Licence* et dans le reste de la Sabine antique en effet, les Vignes sont en ce qu'on appelle *Alberetti*. On plante en même tems et on taille ensuite dans la même saison le

*) *Ger. Heerkens* Notabil. Libr. II. p. 31.„ circumspiciens aliquamdiu, montes oculis dimensus sum, qui multo dumo virides vallum videbantur quinque millium includere."

Cep, qui forme la vigne et l'ormeau qui doit l'élever et l'appuier; les deux plantes croissent et vivent ainsi ensemble avec un sort si uni, que de même que l'ormeau devient inutile lorsqu'il perd la Vigne, ainsi la vigne reste quasi sans ressource, si l'arbre qui lui sert d'appui, vient à mourir. L'olivier est moins cultivé à *Licence* maintenant à cause de la grande quantité de cette espèce, qu'on a fait à *Tivoli*. Mais cella même prouve combien le climat est favorable à cette production. L'abondance et la bonté continuent à caractériser les autres fruits à *Licence*. La culture de la vallée est cependant bien eloignée d'en empêcher le Champêtre qui en doit être le Caractère, que nous avons vu dans le Poëte. A peine banni des lieux les plus soignés, il seroit attaqué en vain dans la plupart des situations, tant elles y sont décidées pour lui. — Il y est formé par les rochers et par les arbres et arbustes, que la Nature se plait à produire d'elle-même, et qui sont justement ceux que nous avons entendu nommer par Horace, c'est à-dire, les chênes verds et noirs, et ceux qui produisent les Prunelles qui sont d'une beauté frappante et les Cornouilles qui sont très-communes partout et que Dacier a très bien remarqué n'être pas inutiles, puisque dans le tems on les voit exposées dans les marchés avec les autres fruits." — — Olivarum et vini quanquam non ita boni proventum, qui quidem hodie ibi est, alii quoque testantur, vid. Anglum doct. ap. *Jam. Tate* — *Horat. restitut.* p. 35. ed. 2.; vineas, castaneas pomaque istic vidit *Gerningius* („Reise durch Oesterreich und Italien." III. p. 180—83.), frumenti triturum in area sub divo collocata tempore messis factam itemque pascua cum gregibus pastum passim vagantibus *Eichholtz* („Reise nach Licenza" etc. in *Hauffii* Philol. II, 1. p. 156.). Quodsi auctor „Some Account of an Excursion from Rome to Horace's Sabine Farm" in Classical Journal 1824. N. LX. p. 231. villam Horatianam non eo qui nunc monstretur loco, sed in introitu vallis „de Licenza" montibus „Campanile" et „Pellachia" inclusae, ubi pingues nunc sint campi et florida gemmeaque prata, sitam fuisse arbitratur, quidni credamus, agros ad villam pertinentes in ima valle per planos campos patuisse? Alios ne commemorem, unum in sententiam hujus loci adscribam locum de ratione agrorum dividendorum, quae quidem nunc in tractu Romano cernitur teste *Guil. Müllero* („Rom, Römer und Römerinnen" I. p. 123.): „Hecken und Gräben trennen die einzelnen Stücke von einander, die wiederum in Getreidefeld, Obstgärten, Kohlacker, und sind sie von weiterm Umfange, auch in Weinpflanzungen

zerschnitten sind. Die Olivenbäume stehen reihenweise in den grössern Saatfeldern, und auch andre Obstpflanzungen, wenn sie nicht gar zu dicht werden, sind dem Getreidewuchse durch ihre Schatten eher förderlich als schädlich.“

EXCURSUS B AD V. 5—7.

Capmartin de Chaupy ibid. p. 284 sqq.: „La Vallée de *Licence* est la seule qui tranche le vaste corps de Montagnes, qui s'étend depuis la Plaine de Rome au dessus de *Tivoli* jusqu' à celle au milieu de laquelle j'ai dit qu'avoit été située l'ancienne Carséoles. Sans cette Vallée ce corps immense ne seroit qu'une masse continue. Ce corps de Monts — ne forme pas au reste la Vallée de Licence par quelque simple abaissement, il s'ouvre jusques dans ses fondemens pour la produire, ce qui fait qu'elle ne seroit qu'imparfaitement représenté sans l'épithête d'*opaca*, c'est à-dire, de très profonde qu'Horace emploie. J'ai dit que le texte du Poëte, qui exprime le caractère dont nous parlons, est parallèle à un autre qui apprend la figure particulière de sa Campagne qui en resultoit: c'est celui où il en parle sous le nom de *latebrae*, nom qui au propre veut dire trou, cache, caverne et qui au figuré ne peut s'entendre que d'un lieu enfermé de tous les cotés. Telle est justement *la Vallée de Licence*. Elle résulte au fonds, ainsi qu'on vient de le voir, d'un grand creux qui se trouve au milieu des montagnes, mais lorsqu'on y est dedans, elle se montre formée par une chaine qui après lui avoir donné un de ses cotés, se replie pour n'être pas moins la cause du coté opposé. Cette chaine, qui forme la Vallée en s'élargissant vers son milieu, semble rejoindre ses deux bouts: en sorte que la Vallée sans aucune issue semble n'être pas moins sans entrée. Celle-ci n'est en effet qu'une sorte de gorge jusqu' au delà de *Rocca — giovine*.“ ——— p. 286 sq. „Par la même raison (contra Cluver., qui vallem ab Horatio significatam a septentrione ad meridiem porrigi opinatus erat, in qua sententia *Zumptius* quoque est apud *Wietemann*. p. 17.) et par celle que la Maison d'une Campagne paroit être le seul point d'après lequel on peut en fixer la droite ou la gauche, on doit dire que quoique le Poëte ne nomme que les cotés de sa Campagne en général, son expression doit s'entendre surtout de ceux de l'habitation qu'il y avoit. D'après cette explication, qu'on peut appeller des

termes, rien de plus frappant que le caractère des Aspects marqués dans le lieu découvert. La Vallée s'y trouve exactement percée de la manière la plus propre à le donner, c'est à dire, d'Orient en Occident; et le Chateau annoncé par les ruines y eut justement la place qui dut les lui faire recevoir nécessairement, c'est à dire, au pied des Monts du Midi avec la principale vue vers le Nord. Tel y est enfin ce Mont du Midi, que la Maison qui s'en trouva dominée ne put recevoir le soleil qu'avec l'occident que la phrase d'Horace suppose, qui est qu'elle en étoit frappée librement la matinée dans son coté droit, mais qu'elle n'en recevoit par son flanc gauche que quelques raions échappés vers le soir. — — p. 289. La cause de cette diversité ne pouvoit être quelque obstacle qui deroboit le Soleil au Chateau dès vers le Midi. Or c'est ce qui a justement lieu pour l'endroit des Ruines découvertes. Exposé sans moien au Soleil du Matin, il le reçoit pleinement: mais l'astre du Jour près du milieu de sa carrière se trouve intercepté par rapport à lui par les Monts qui le dominent. Ces monts sont appellés par le Païs *i Campanili*, c'est-à-dire, les *Clochers*, et ils meritent ce nom par l'extrême hauteur et par la singulière rectitude des cimes qu'ils élevent au dessus du haut corps de Montagnes dont ils font partie. Le lieu des Ruines reste dans leur ombre jusqu' à ce que le Soleil les a entièrement tournés, ce qui n'arrive que lorsqu'il est près de se derober derrière le sommet appellé de la *Sponga* qui est l'Occident équinoctial de la Vallée de Licence. C'est à ce point que le lieu découvert offre le caractère des Aspects. Ce n'est point encore tout. Sa vue seule justifie Horace du reproche intérieur qu'on est tenté de lui faire au récit des Aspects de son Chateau, dont il resulte que le principal étoit vers le Nord. Elle convainc que cette exposition si défavorable par tout ailleurs étoit la plus avantengeuse de toute la Vallée par la vue qu'elle lui donne sur un demi-cercle de Monts, depuis celui de la *Sponga* jusqu' à celui sur lequel est le bourg de Licence, qui forme le plus agréable des Amphithéatres." Conf. cum his p. 157—63., ubi *Capmartinius* unum ex his montibus *Lucretilem* hodie *Monte-gennaro* fuisse ait et pluribus describit: „le *Monte-gennaro* s'avance en demi cercle vers la Plaine qui forme sur ses derrières dans la Montagne la Vallée de *Licence*, qui se trouve sous son ombre. Le lieu découvert y fait partie de son pied etc. Conf. *Gerning*. l. l. p. 181. et *Sickler*. „Handbuch der alten Geogr." I. p. 377. ejusdemque „Erklärung der 30 Bilder zu Horazens Werken" p. 13., *Lord Byrons*

Poesien. 12. Bändchen. Uibersetzt von *J. L. Witthaus.* Zwickau 1822. p. 148. — — — De nomine vallis, quae h. l. *opaca* appellatur, observanda sunt haec: Vallis et montis nomen *Usticam* esse dicunt Acro et Schol. Cruq. ad Od. 1, 17, 10—12., Porphyrio autem *Usticam* tantummodo pro monte habet, quem Poeta „*cubantem* suaviter dixerit ad resupinam regionem ejus attendens.“ De hac quidem re *Capmartin de Chaupy* ita disputat (III. p. 336 sq.): „La forme des lieux compris dans cette étendue ne put fonder plus justement au reste les noms de *Montagnes* et de *Vallée* qu'Horace donne indifféremment à sa Campagne en l'appellant tantôt ses Monts Sabins *arduos Sabinos* et tantôt sa Vallée Sabine *Valle cur permutem Sabina.* La Vallée de Licence mérite le second par la manière dont elle s'ouvre à l'endroit des ruines, et le premier non seulement par les petits monts qui la remplissent, mais encore par les Montagnes les plus considérables qu'on rencontre dès les premiers pas des courses qu'on y pent vouloir faire. Les uns et les autres de ces Monts sont exactement de la matière qu' Horace dit, c'est-à-dire, d'une pierre unie jusqu'au poli, et de la forme la plus propre à produire l'effet qu'il leur attribue qui est de former de tous cotés des Echos. Qu'il me suffice de dire touchant ce dernier point, que c'est le premier caractère sensible, que je pus reconnoître dans la Vallée de Licence, en y entendant répeter par ses rochers jusqu' aux sons de mon discours ordinaire dès ma première arrivée qui fut vers le soir. Cette petite terre d'Horace s'appelloit *Ustique*, ainsi qu'on le voit par le même texte qui marque les particularités, que je viens de dire (Od. 1, 17, 10—12). L'épithète de *cubantis* qui lui est donnée, ne signifie pas sa situation dans un fond, comme l'entendent les Interprêtes, mais sur un penchant, parceque la métaphore est prise non des lits ordinaires, mais des lieux de la Campagne, où l'on aime à se coucher lorsqu'on la parcourt. Telle fut en effet celle du hameau d'Ustique à en juger, soit d'après les ruines de son Chateau, qui fut la M. de C. d'Hor., soit d'après l'Hermitage *delle Case*, ainsi appellé sans doute, comme nous l'avons vu, de l'*Ad duas Casas*, c'est-à-dire, de l'*aux deux Maisons* auxquelles les cinq qui le composoient du tems d'Horace étoient réduites dans le IV. siècle.“ — — *Eichholtz* l. l. p. 159. „Die so flache oder abhängige Seite der Gebirge rechts, besonders so wie sie sich in der Gegend von *Cantalupo* zurücklegen, passt herrlich zu dem Ausdrucke „*cubantis Usticae*,“ das liegende Ustika, den er von diesem Thale

gebraucht.“ *Capmartinio* assentiuntur *Vanderbourg* I. p. 108., alii, Porphyrioni *Sickler* in „Erklärung“ etc. p. 13., rursus *Usticam* pro sola valle habent *Nibby* (Viaggio 2. p. 194.), *Byron*, qui nomen vallis *Rustica* ex antiquo nomine *Ustica* ortum putat (l. l. p. 144), alii aliter; cf. *Walckenaer* I. p. 412. De verbo *cubantis* locum significante vid. *Mitscherlich.* ad Od. 1, 17, 11. *Doederl.* Synonym. I. p. 135. Similiter Graeci κατακεῖσθαι, ἧσθαι et κεῖσθαι usurpant, vid. *Diss.* ad Pind. Nem. 4, 52. *Wüstem.* ad Theocr. 18, 40. coll. *Drak.* ad Sil. Ital. 6, 645. et *Wernsd.* ad Calpurn. 7, 25.

EXCURSUS C AD V. 12—14.

Fons, quem Hor. hic intelligit, de sententia *Capmartinii* (III. p. 542 sq.) nunc *Ratini* (plenius „*fonte del Oratino* seu contracte *fonte Ratino*,“ Eichholtz p. 157) vocatur. Desilit quidem alius fons prope villam Horatianam ex rupibus, quem *Fonte bello* vocant, sed eum Vir ille doctus ad tempus tantum fluere et pro natura rerum crescere et decrescere sibi persuasit. De illo quidem fonte annotavit haecce: „Il fut une autre Fontaine qui n'en put être un caractère plus propre, étant qualifiée par le Poëte de voisine de l'habitation qu'il y avoit — et celle-ci se trouve dans le lieu découvert avec toutes les qualités qu'Horace lui attribue. Ces qualités — furent non seulement la proximité que je viens de dire, mais *une abondance*, qui dut la faire tenir pour la principale source de la Rivière de la Vallée, une pureté et une fraicheur non moindres que celle que nous avons vu en la Fontaine de *Bandusie* (quem reperit sexto fere milliario, quod abest a Venusia, quemque vocant *Fontanagrande à Paluzzo* p. 538—541), et enfin une vertu singulière, qui étoit de faire tomber les maux de tête, en leur ôtant le fondement qu'ils pouvoient avoir dans les embarras du Ventre. Toutes ses prérogatives se reconnoissent dans la Fontaine de *la Vallée de Licence* appellée de *Ratini*. — Cette source avec des vestiges de l'ouvrage antique relatif se voit en effet justement près du lieu où sont les ruines découvertes et un peu au dessus, ce qui la rendit encore plus propre à être entièrement à l'usage de l'édifice antique qu'elles formèrent. J'ai dit ailleurs, qu'en en détournant une partie, les derniers Seigneurs de *Licence* avoient pu orner le Jardin, qu'ils voulurent avoir près du lieu des ruines de la plus magnifique Cascade.

Cette abondance produisoit exactement l'effet, que le caractère, qu'elle forme, lui attribue, puisque sans elle il ne tiendroit pas à cinq autres sources de la *Licence*, qui sont quasi telles, que celle de *Fonte bello* dont j'ai parlé, que cette rivière ne fut souvent à sec; et que celle-ci ne tire que de la Fontaine d'Horace la qualité de Rivière perpétuelle, incapable de recevoir d'aucune sécheresse la moindre interruption. Le peu d'usage, que l'éloignement de la Fontaine, dont nous parlons, en faisoit faire à *Licence*, y laissoit ignorer la vertu, qui forme la quatrième et dernière qualité de la *Fontaine d'Horace*. Mais mon opération littéraire y aïant réveillé l'attention sur ce point, il m'a été attesté dans mes derniers Voïages, qu'on y courroit dans les cas que j'indiquai, et qu'on l'éprouvoit assez constamment telle que je l'ai faite connoître. — — —

Ceterum Horatii vallem Sabinam *Capmartinio* prior reperit *Heurkens*, si iis fidem habueris, quae (Notabil. libr. II. Groning. 1765. p. 33.) de „Abbate aliquo Gallo" retulit. *Capmartinii* liber „Découverte de la maison de campagne d'Horace" tribus tomis emissus est „à Rome" 1767—69. Utrumque praecivit *Domenico de Sanctis* sua „Dissertazione sopra villa di Orazio Flacco." In Roma 1761. 4., sec. ed. ib. 1768. 4.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XVII.

AD SCAEVAM.

Quamvis, Scaeva, satis per te tibi consulis et scis,
Quo tandem pacto deceat majoribus uti,
Disce, docendus adhuc quae censet amiculus, ut si

Ad Scaevam. Mss. Mon. b. (hic addit: *loquitur*) c. f. *Ad Scevam.* Ms. Jk. 1. cum gl. Dess. 3. (— *cevam.* Dess. 2.) Lips. 2. 3. Mon. l. Edd. Lips. 492. 98. 502. Ven. 492. Loch. 498. *Qu. Hor. Fl. Scaevae S.* Ven. 477. 79. 81. *Ad Scaevam Lollium.* Ed. Praedic. *Ad Saevam.* Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argentor. 515. Bas. 527. Britann. 520. Gymnic. 541. Muret. 578. Min. 584. — De commutatione v. *Scaev.*, *Saev.*, et *Sev.* vid. Cort. ad Lucan. 10, 544. — V. 1. *Scaeve.* Ms. Dess. 1. *Sceva.* Dess. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. Morell *). *Saeva.* Edd. ante laud. — *et sis.* Ex frequenti errore Gott. 2. Mon. m. et ed. Lips. 492. Ven. 486. *at scis — uti?* Sic ed. Praedic. De tali caesura *et scis* in fine versus ut 23. 45. 56. 18, 77. 20, 7. posita conf. Kirchn. ad Sat. p. LXXII. — V. 2. *pacto liceat.* Ms. Bersm. et Barth. (Adv. 37, 22.) un. Fe. 1, a. 3, a. a 1. m. *pacto doceat.* Ik. 5. Guelf. 2.

V. 3. *Disce, docendus adh.* Sic distinguunt praeter al. Talb. Bentl. (qui def.) et recentt. fere omn. *Disce docendus adh.* Hanc distinct. a Porphyrione ad v. 16. significatam cum edd. vulg. comprobat Düntzer. — *quid censet.* Ms. Berol. 2. Mon. m. Rudolst. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Asc. 519. Cruq. (indicta causa). — *et si.* Mss. Fe. 1, i (a 1. m.) 3, c. 5,

*) Est Orellii E., sed accuratius a *Kirchnero*, V. Cl., collatus et mecum humanissime communicatus. Ipse alias de hac re dicet.

Coecus iter monstrare velit; tamen aspice, si quid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies et primam somnus in horam
Delectat, si te pulvis strepitusque rotarum,
Si laedit caupona, Ferentinum ire jubebo;
Nam neque divitibus contingunt gaudia solis,
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit!
Si prodesse tuis pauloque benignius ipsum
Te tractare voles, accedes siccum ad unctum.

f. *amiculus*. *Ut si — velit*: *tamen* i. e. *si*, quamvis velit monstr. iter, *ut coecus*. Ed. Gottschl. Praeivit Cruq., qui *ut si* explicat etsi vel etiamsi. *amiculus! At sit*; sic ed. Praedic. — V. 4. *quod si*. Ms. Fe. 3, a. — V. 5. *quos cures*. Bersm. un. *cures quod*. Oberl. D. *si cures*. Ik. 4.

V. 6. *prima somn. in hora*. Ms. Lips. 1. *in herbam*. Mon. g. — V. 7. *Delectet*. Mss. Fe. 5, a. f. Guelf. 2. Edd. Bas. 527. Gymnic. 541. Biedm. 599. T. Fab. Dac. Juncker. — *populus strepitusq*. Ms. Mon. l.

V. 8. *Si laedit*. Mss. ut vid. pleriq. ap. Lamb. un ap. Bersm. Comb. B. C. F. Fe. 1, 5. Ik. 1. 5. 6. Pott. 18. 19. e nostris Gu. 3. Dorv. 1. Mon. b. [de ms. *i* non liquet] Ed princ. ap. Fe. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Bas. 527. Britann. 520. Gymnic. 541. Glar. Lamb. Muret. Xyl. Pulm. H. Steph. Fabr. Piscat. Biedm. Bersm. Torr. Rutgers. D. Heins. Burm. Oberl. Comb. Fe. (et quos laudat) Jahn. Schmid. Hoched. Orell. et al. complur. tum vett. tum recentior. *Si laedet*. Mss. aliq. Lamb. Pulm. omn. Cruq. 1, duo, Bersm. tres, Torr. omn. Oberl. C. D. Comb. D. G. Alt. ap. Haberf. Bad. 1. Fe. et Pott. plurim. Ik. 4. Orell bSEc. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. 3. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. c. d. f. g. m. Rudolst. Dorv. 2. et cod. Mentel. Ed. princ. ap. Comb. Ven. 479. [77?!] 81. 83. 92. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. reliq. Asc. 519. Cruq. Talb. Bentl. Cun. Sandb. Pott. *Si laedat*. Mss. Cruq. omn. praeter duos. Bersm. duo. Fe. 1, k. z. Pott. 13. Mon. e. At Futurum mera librariorum correctio videtur ut 10, 40; de simili Praesentis Indic. cum Fut. compositione vide exempla a Schmidio allata, quibus adde Od. 1, 1, 35. 2, 6, 9. 4, 12, 15. A. P. 48 — 51. coll. „Archiv f. Philol. u. Paedag." 1832. p. 465. Hess. ad Tacit. Dial. p. 185. — *Tarentum*. Ms. Ik. 5. Guelf. 1. a 1. m. — *videbo*. Ms. Corbei. Mon. e.

V. 10. *Nec male vixit*. Ms. Fe. 2, h. *Nec vexit*. Mss. ap. Cort. ad Lucan. 8, 479. Lips. 3. a 1. m. *Nec jussit* Ms. Fe. 7, b. — *quem natus*. Berol. 2. — V. 11. *prodesse tibi*. Ms. Dorvill. 2. — *populoque benign*. Ms. Fe. 1, t. *paulloque benignior*. Ed. Cuning. — V. 12. *velis*. Ms. Dorv. 1. *volet*. Gott. 2. *vales*. Mon. l. — *accedis*. Fe. 5, a. a 2. m. *accedas*. Fe. 6, c. et notatum in ora ed. Ald. 509. in bibl. Barberin. Gott. 1. — *inunctum*. Ms. Cruq. 1, a. Torr. liber vetustissim. Ed. Cuning. *ad undam* cum

„Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus.“ „„Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.““ Utrius horum
Verba probes et facta, doce, vel junior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia; namque
Mordacem Cynicum sic eludebat, ut ajunt:
„Scurror ego ipse mihi, populo tu: rectius hoc et
Splendidius multo est. Equus ut me portet, alat rex,
Officium facio; tu poscis vilia rerum

schol. „ad divitem.“ Mon. e. — V. 18. *holus*. Sic etiam v. 15. 39. Mss. Dess. omn. Berol. 1. Goth. Guelf. 3. Lips. 3. Morell. Conf. ad 5, 2. Wagn. Orthogr. Vergil. p. 442. Jahn. ad Pers. 6, 20. — *sapienter* Dorv. 2. — V. 15. omisit prima manus ms. Lips. 1. — V. 16. *vel facta*. Ms. Alt. ap. Haberf. *et verba*. Ik. 5. *ac facta*. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. (762 et 777.) — V. 17. *Mordac. cinic.* Sic Gu. 4. Dess. 3. Lps. 3. — *illudebat*. Ed. Cruq. *eludebat: ut ajunt, Scurror*. Ed. Praedic. *eldebat*. Ms. Mon. g.

V. 19 — 22. *hoc est*. Mon. e. *regibus hoc est Splendidius multo*. Ms. ap. Scalig., similiter, sed additur: „al. rectius“ cod. Mentel. *regibus, hoc et Splendidius m. est*. Conjecit D. Heinsius. [„Nihil enim,“ ut ait, „venustius. Ego, inquit, mihi ipsi parasitor, dum reges colo; regibus enim parasitari, hoc splendidius multo est.“] Vulgo distinguunt: *rectius — est, equus — rex. Officium* etc. Illam dist. comprobat Bothius ap. Fe., ut post *tu* et *rex* punctum, post *multo est* comma poni jubeat. Sed verum olim tuitus est Bentlejus frustra obloquente Dacerio. De ratione grammatices i. e. usu Pronominis *hoc* recte dixerunt Jahn. et Schmid. — V. 21. *tu pascis*. Mss. Cruq. 2, 4. Goth. *tu possis*. Ms. Ik. 6. Mon. e. — *vilia rerum*. Mss. Lamb. 1, tres. 2. 6. 5. 7. 8, a. b. 9, a. b. c. Pulm. 7. Cruq. 6. 2. (sed hic addit: *est*.) Bersm. tres. Talb. quat. Val. duo. Oberl. duo (ut vid.). Comb. B. Bad. 1. Fe., b. d. e. k. o. r. s. t. 2, i. 3, a c. 5, a. 6, b. Ik. ut vid. omn. Pott. 10. 12. Orell. bSc.; ex nostris Guelf. 2. 4. Dess. 3. 2. (hic ascripsit: „*vel verum*“) Dorv. 1. Goth. Gott. 1. Lips. ut vid. omn. cod. Mentel. Edd. Lamb. Min. Chab. D. Heins. [*vilia, rerum*] Rutg. Despr. Talb. Baxt. Bentl. et recentior. duob. exceptis. Conf. Cuning. Animadv. c. 18. p. 340. *vilia*, [:] *verum*. Mss. Cruq. 1, a — d. 4, un. 7. 3. Pulm. 1. 2. 3. 4. Bersm. un. Torr. ut vid. aliqt. Fe. 1, d. e. i. 2, b. c. e. f. 3, d. f. 5, f. Pott. 8. 14. 19. Orell. E. sive Morell. Gu. 1. Dess. 1. Mon. a. b. c. d. f. g. Ed. princ. ap. Comb. Zar. ap. Fe. Cruq. approbante Torr. *vilia*, [:] *verum es Dant*. Porphyr. editus et ms. ap. Fe. Schol. Cruq. aliq. mss. Lamb. Pulm. 10. Cruq. reliq. Bersm. duo. Val. reliq. Comb. C. D. F. G. Fe. 1, a. p. 2, d. h. (a 2. m.) 5, e. 6, a. (a 2. m.) e. (a 1. m.) 7, a. b. Pett. pleriq. Gu. 3. Gott. 2. Corbei. Berol. 1. 2. Mon. e. i. l. m. Victor. Edd. quas laudat Fea, prae-

Dante minor, quamvis fers te nullius egentem.“
Omnis Aristippum decuit color et status et res,
Tentantem majora, fere praesentibus aequum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor, vitae via si conversa decebit.
Alter purpureum non exspectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret non inconcinnus utramque;
Alter Mileti textam cane pejus et angui

terea vett. ap. Maitt. Ven. 477. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Junt. 514. 19. Asc. 519. Argent. 515. Gymnic. 541. Glar. Vascos. Irenic. Xyl. Fabr. Pulm. H. Steph. Piscat. Torr. Biedm. de Maroll. Fab. Rodell. Zurck. Burm. Tarter. Fe. (qui def.) Pott. At contra Feam recte disputat Bothius in annot. p. 185., de commutatis verbis *rerum* et *verum* vid. Drak. ad Liv. Epit. 55. p. 138. ed. nov. — V. 22. *fers te.* Ed. Ald. 501. et vulg. *te fers.* Mss. Gott. 1. 2. Gu. 1. Berol. 2. Mon. l. m. Rudolst. Edd. vett. Lips. 502. Britannic. 520. Cruq. Cuning. — *ullius egentem.* — Ms. Ik. 4.

V. 23. laudat Jo. Saresber. Nug. Curial. 8, 14. — V. 24. *Temptantem.* Sic mss. omn. Bersm. Oberl. C. D. Ik. 1. Gu. 1. 3. Dess. 1. 3. Goth. Lips. omn. Morell. — *majora fere, praes. aeq.* Sic dist. edd. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Praedic. Doering., jure improbat Bach. in Zimm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw.“ 1834. p. 1043., ubi de eadem distinguendi ratione Münteri in Obss. crit. Hambg. 1751. mentionem facit. — *querentibus aeq.* Ms. Bad. 3. — V. 25. *Verum est* pro *Contra* mss. Ik. 5. 6. — *velat patientia panno.* Ms. Fe. 1, z. — *sapientia velat.* Conj. Markland. ad Maxim. Tyr. 32, 9, II. p. 133. Reisk., recepit Wakef., contra disputant Schmidius ad h. l. et Fr. Jacobs. V. p. 91. — Versum laudat Servius ad Virg. Aen. 5, 421. — V. 26. *decebat.* Ms. Goth. — V. 27. *expectabat.* Mss. Fe. 1, q. z. 3, d. 5, f. Ik. 5. Gu. 1. Berol. 1. (sed. corr. *i.*) Mon. g. Ed. Junt. 519 (non 514). *expectavit.* Ms. Fe. 3, a. Dorv. 2. *evitabat.* Fe. 2, b. *evitabit.* Lamb. 2. Val. un. — *amicum.* Dess. 2.

V. 28. *Quodlibet.* Ms. Berol. 2. Mon. g. (sed suprascr. *i.*) *Quilibet.* Mon. m. *Quolibet* — *vadit.* Sic versum laudat Jo. Saresb. l. supra v. 23. laud. — *inductus.* Ms. Ik. 6. Gu. 3. cod. Mentel. — *vadit.* Mss. Fe. 1, 0. 2, e. 3, a. f. 9, c. Ik. 4. 5. Dess. 3. Lips. 1. Mon. c. d. cod. Mentel. — V. 29. *utrique.* Ms. Oberl. D. — V. 30. *angui.* Ms. Bersm. un. Fe. 2, d. 5, a. Pott de suis tac. Orell. bSE. Dess. 1. Lips. 1. 3. Mon. c. i. m., testatur Priscian. 7, 13, 68. I. p. 338. Kr. (p. 258. ed. Bas.) Edd. Ald. 501. 509. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Britann. 520. Bas. 527. Gymnic. 541. Glar. 543. Irenic. 567. et complur. al. quas laudant Cuning. Animadv. p. 76., Fea ad h. l., Bentl. Fe. Pott. Meinek. Hoched. Jahn. Schm. Braunh. Orell. al. *angue.* Mss. et edd. vulg. etiam Lamb. Pulm. Cruq. Bersm.

Vitabit chlamydem, morietur frigore, si non
Retuleris pannum: refer et sine vivat ineptus!
Res gerere et captos ostendere civibus hostis,
Attingit solium Jovis et coelestia tentat;
Principibus placuisse viris non ultima laus est.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
Sedit qui timuit, ne non succederet: esto;
Quid, qui pervenit fecitne viriliter? Atqui

Torr. Talb. Maitt. Jon. Gesn. Sandb. Bask. Phil. Dorigh. Sivr. Comb. Oberl. Bad. Wetz. Jaeck. Camp. Doer. Charp. Amar; sed conf. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 612. Conr. Schneid. Formenl. p. 227.

V. 31. *vitabat.* Ms. Ik. 1. Berol. 1. (sed suprascr. *i*) Lips. 1. et Priscian. l. l. Edd. Gymnic. 541. Bas. 580. *vitavit.* Mss. Pulm. 2. 4. 7. 10. Bersm. duo. Fe. 1, e. i. m. o. 2, c. f. (a 1. m.) 9, c. Gott. 1. Dess. 1. 3. Lips. 2. Mon. f. Edd. Ven. 477. 79. et teste Fea 78. — *clamidem.* Mss. Berol. 1. 2. Dess. omn. Lips. 1. 3. Morell. *clamydem.* Mss. al. et aliq. edd. ut Ven. 483. 86. *chlanidem.* Sic legi maluit Cruq., sed vide ad 6, 40. et Schmidt ad Juv. 8, 101. — V. 32. *Retuleris.* Sic quidem ex nostris Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. Gu. 3. Lips. 1. 2. 3. Mon. omn. excepto ms. b. Rudolst. Edd. Loch. 498. Bas. 527. Gymnic. 541. Irenic. al., e recentt. Cun. San. Gesn. Fe. Jahn. et al. complur. *Rettuleris.* Ex nostris Berol. 2. Dess. 3. Gott. 1. 2. Gu. 1. 2. 4. Dorv. 1. Mon. b. [*reddul.? f*] Morell., de reliquis non liquet. Edd. vet. fere omn., e recentior. Talb. Bentl. Bad. Pott. Schm. Meinek. Orell. al. mult. *Detuleris.* Ms. Fe. 5. f. Dorv. 2. De scriptura *retuleris* vid. quos laudant Cort. et Weber ad Lucan. 3, 552. Jahn. ad Sat. 2, 3, 191. Bach. ad Tib. 1, 3, 12. et ad Ovid. Met. 6, 212. Foertsch. ad Voss. Arist. I. p. 184. Non sibi constat Fea ad Od. 2, 1, 28., conf. Wagn. ad Orthogr. Vergil. p. 463. — *et sic vivat.* Sic Nestor Dionysius in Lexic. teste Fea.

V. 33. *Rem gerere* etc. Sic laudant Muret. V. L. 9, 7. et Tennul. ad Frontin. Strateg. 2, 16. — *hostis.* Sic mss. Orell. SEc. Lips. 2. (a 1. m.) 3. Ceterum v. 33 et 34 inverso ordine in ms. Fe. 2, i. — V. 34. *Attinget.* Guelf. 1. — *temptat.* Sic mss. Ik. 1. Dess. omn. Goth. Gu. 1. Lips. omn. Mon. b. in marg. — V. 35. *Princip.* — *est.* Versum hunc ante v. 33. in ms. Gu. 4. positum laudat Vincent. Bellov. Spec. hist. 7, 68., expressit Malch. Ecbas. Captiv. 1131. Verba autem Bothius ad Fe. sic distingui jubet: *tentat; Prine.* — *laus est: Non* etc. — V. 36. *Nec cuivis.* Ed. Ascens., qui explicat. — *hominum.* Mss. Fe. 2, i. 5, f. (a 2. m.) 6, b. c. notatum ex ms. in ora ed. Ald. in Bibl. Angel. Gu. 2. Mon. e. g. — *continget.* Ik. 5. — *abire.* Gu. 4. *ire.* Oberl. C. Bad. 1. — *Corinthon.* Ed. Cuning. — Hunc v. Dacerius a sciolo quodam homine adjectum putat, contra disputat Sanadon. — V. 37. *Sedet.* Ms. Dess. 3. — *qui metuit.* Bersm. duo. — V. 38. *Sed qui perv.*

Hic est aut nusquam, quod quaerimus. Hic onus horret,
Ut parvis animis et parvo corpore majus;
Hic subit et perfert. Aut virtus nomen inane est,
Aut decus et pretium recte petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent: distat, sumasne pudenter
An rapias: atqui rerum caput hoc erat, hic fons.

Pulm. 11. Mon. g. *Quid? qui — viriliter?* Sic dist. edd. Bentl. Fe. al. *Quid, qui — virliter?* edd. Schm. Hoched. Pass. Orell. *Quid, qui pervenit? — virliter?* Both. Jahn. Braunh. Web. Vid. ann. ad 1, 97. et Schmid. ad h. l. — *pervenerit.* Cod. Mentel. — *Atquin.* Ms. Berol. 1. Edd. Bersm. Rutgers.

V. 39. in suam rem paulo immutata oratione convertit Malch. Ecbas. Captiv. 1142. — V. 40. *Et parvis.* Ms. Fe. 6, b. — *tempore maj.* Dorv. 1. *parv. corp. majus?* Sic dist. Praedic. — V. 41. *ac perfert.* Ms. Guelf. 3. Ed princ. ap. Comb. Zar. 470 ap. Fe. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. Hunter. *et praefert.* Ms. Mon. l. Edd. Argent. 515. Bas. 527. 31. Gymn. 541. *et profert.* Ms. Fe. 2, i. Mon. e. m. — Verba: *Hic — perfert* expressit Malch. l. l. 528. — *Virtus aut.* Mon. d. — V. 42. *ac pretium.* Ed. Asc. 519. *aut pret.* Ms. Bersm. un. Fe. 2, i. 6, a. Ik. 6. Dess. 2. Gu. 3. Mon. un. *ut pret.* Sic scribi maluit H. Stephan. in Diatr. secund. p. 150. coll. Schediasm. 5, 8. ap. Grut. V. p. 201. — *pretium recti.* Conj. Passerat. ap. Lambin. — *experiens mens.* Ms. Pulm. 2. — De exitu versus cf. Orell. ad A. P. 139. Kirchn. ad Sat. p. LXXIII. et Morgenstern de Sat. atque Epist. Hor. discrim. p. 36.

V. 43. *rege suo.* Mss. et edd. vulg., contra *sua de paup.* ms. Bentl. 8. Val. un. Oberl. C. („suo vel sua") Fe. 2, d. Pott. 20. Berol. 2. et Santen. Edd. Bentl. (qui def.) Bart. Maitt. San. (qui def.) Merv. Phil. Sandb. Gesn. Franc. Bask. Val. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Daru. Praedic. Zeun. Camp. Jaeck. Both. Doer. Zell. et teste Fea Batt. Hanc scr., quam meris argutiis Bentlejum in textu adoptasse dicit Fea, expresserunt quos laudat Cuning. in Animadv. c. 5. p. 55., etiam Voss., Schell., Günth. in transl., praefert Buttmannus in „krit. Bibl." 3, 1. p. 392., contra disputant praeter al. Schmid., Orellius, qui „vel propter versus caesuram *suo* praestare" dicit. — V. 44. *ferunt.* Mss. Fe. 1, a. (a 1. m.) i. s. Mon. b. (a 1. m.) Santen. Edd. Cun. San. Merv. Francis. *ferant.* Ms. Fe. 1, p. Ed. Venet. 495. — *sumatne.* Ms. Mon. f. *sumantne.* Ik. 6. — *prudenter.* Bad. 3. Lips. 3. (a 2. m.) Mon. l. cum schol. „honeste." Ed. Junt. 514. — *Coram rege suo — ferent? distat — An rapias?* Sic distingui jubet Tunstall. ap. Duncomb. II. p. 616. Ceterum hic versus et sqq. usque ad v. 51. exciderunt in Guelf. 3. — V. 45. *Quae rap.* Bersm. un. *An, rapiunt ut qui. Rerum* etc. Ed. Praedicov. — *Atquin.* Berol. 1. — *caput hic.* Ik. 1. Mon. e. cum schol. „vel hoc." — *erit.* Ik. 6. Mon. e. —

„Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis nec pascere firmus,“
Qui dicit, clamat: „Victum date!“ Succinit alter:
„Et mihi dividuo findetur munere quadra.“
Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis et rixae multo minus invidiaeque.
Brundisium comes aut Surrentum ductus amoenum,
Qui queritur salebras et acerbum frigus et imbris,
Aut cistam effractam et subducta viatica plorat;

et fone. Fe. 1, a, a. 1. m. — V. 47. *neque vendib.* Goth. Deest hic versus in Dess. 2. — V. 48. *Qui clamat, dicit.* Mss. Ik. 4. 5. Mon. g. — *victum clamat dato.* Mon. e. *victum date clamat.* Dess. 2. *victum dare.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 477. 81. Loch. 498. *victum dato; succ.* Ed. Valart., idem legi maluit Jones. — *succinet.* Ms. Bersm. un. Dess. 1. *succinat.* Bersm. un.

V. 49. *dimidio find.* Ms. Ik. 5. et v. l. ap. Minoem. — *findatur.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, k. Edd. Val. et Praedic., sed ille: *Et Mihi. Dividuo findatur* etc., hic: *Ut mihi div. findatur m. quadra!* Tuentur *findatur* Lamb. Dac. J. Clericus, improbat Torrentius. *fundetur.* Ms. Oberl. C. Lips. 2. 3. Mon. m. *scindetur.* Fe. 3, d. ex gloss. — *quadrans.* Liber Donati ap. Lamb., Pulm. 11. Cruq. 7. Comb. G. Berol. 1. (non improbat Torr. „quavis pecunia“ intellecta). — V. 50. *Et tac.* Ms. Bad. 1. *Si tac.* Gu. 1. — *pasci tacitus.* Orell. d. (Hic liber ms., qui a 16, 22. defecerat, incepit 17, 30). — V. 51. *rixae minus et minus.* Ed. Cadom. 480 (teste Cuning.), quam seq. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Sandb. Bask. Sivr. Dorigh. Bodon. At vide Orell. ad 16, 14. — V. 52. *Brundisium*, *Brundusium* [*Brundrusium.* Dess. 2]. Sic variant libri mss. et editi, illud quidem habent Pulm. 1. 2. 3. 7. et ut vid. Lamb. Cruq. Torr. Bersm., mss. Oberl. C. D. Orell. b S E c d. (hic prim.) Guelf. 1. 2. 4. Dess. 1. Mon. omn. de Lips. non liquet, hoc mss. Pulm. 4. 10. (sed dissident ad Sat. 1, 5, 104) Pott. et Ik. ut vid. omn. Orell. d. (ex correct.) Berol. 1. 2. Dess. 3. Dorv. 2. [*Brindus.* Dorv. 1] Goth. Gott. 1. 2. Guelf. 3. Rudolst. Sed vid. Fe. et Kirchn. ad Sat. 1, 5, 104. coll. N. Heins. ad Sil. Ital. 8, 576. Wesseling. ad Antonin. Itin. p. 118. Burm. ad Suet. Caes. 34. Drak. ad Liv. 42, 17, 2. — V. 53. *et umbras.* Ms. Mon. e.

V. 54. *Aut cist. effract. et subd.* Mss. plerique eorum, qui non ipsis verbis nominant, Comb. B. C. D. F. G. Bad. 1. Ik. 4 [*fract.*] 5. 6. Fe. ut vid. omn. Orell. omn., e nostris Gu. 1. 2. Berol. 1. Dess. 1. 2. 3. Mon. omn. except. un. Dorv. 1. 2. Corb. cod. Mentel. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Britann. 520. Bas. 527. 80. Gymnic. 441. Glar. Muret. Pulm. Irenic. Xyl. Fabr. Pisc. Biedm. Chab. Torr. Bersm. D. Heins. Bond. Rutg. de Maroll. Rodell. Despr. Zurck. Burm. Talb. Tort. Bentl. Maitt. Cun. San. Jon. Merv. Sandb. Franc. Bask.

Nota refert meretricis acumina, saepe catellam
Saepe periscelidem raptam sibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.
Nec semel irrisus triviis attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lacrima, per sanctum juratus dicat Osirim:
„Credite, non ludo; crudeles tollite claudum!“

Val. Sivr. Dorigh, Haberf. Daru. Praedic. Hunt. Fe. Camp. Jahn. Schm. Hoched. Web. Pass. Mein. Braunh. Orell. (qui def.) Süpfle. *Aut cist. effract. aut subd.* Mss. Lamb. Cruq. Oberl. Pott. ut vid. omn. Ik. 1. (sed habet: *et cist.*) Edd. Lamb. Cruq. H. Steph. Lubin. Fab. Dac. Baxt. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Zeun. Both. Ik. Pott. Doer. Zell. Charp. Amar. Praeterea variant libri mss. et editi: *Et cist.* Ik. 1. Berol. 2. Rudolst. Ed. princ. ap. Comb. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Asc. 519. — *et fractam.* Ms. Berol. 2. Gott. 2. Edd. ante nominatae et Ven. 492. except. Asc. quae habet: *cist. fract.* et Lips. quae habent: *effractam.* — *fractam et.* Ms. Ik. 4. Gu. 3. 4. Berol. 2. Edd. ante nomin. — V. 55. *Mota ref.* Var. lect. ap. Ik.

V. 56. *perischel.* Berol. 1. Edd. Junt. 514. 19. Ald. 519. Argent. 515. Bas. 527. 80. Gymnic. 541. al. — *ruptam.* Ms. Bersm. un. Dess. 1. *captam.* Ed. Zurck. — V. 57. *dampnis.* Sic mss. Bersm. sex. Dess. 1. 3. Lips. 3. — *verisq. sodalibus.* Mon. e. — *assit.* Sic Dess. 1. 3. Gu. 1. 3. Goth. Lips. 3. Ed. Min. *arsit.* Var. lect. ap. Min. — V. 58. *inrisum.* Dess. 1. *irrisis.* Guelf. 3. — *curet.* Sic propter praeced. *adsit* legi mavult H. Steph. in Diatr. p. 68., improbat Xylander. — V. 59. *Plan.* lit. maj. edd. Fabr. Xyl. Irenic. — *manat.* Mss. Fe. 3, a. 5, e. Lips. 1. a 2. m. — *plura manaret.* Ed. princ. ap. Fe. (sed *maneret* suppeditant Ven. 77 — — 86.) — V. 60. *Lacrima.* Prima syllaba hic et Od. 4, 1, 34. producta corripitur ap. alios, vid. Klussm. ad Naev. p. 41. — *per sanctum et jur.* Conj. Tan. Fab. — *dicat juratus.* Ms. Bad. 3. — *Osirim.* Mss. et edd. vulg., in quibus et Talb. Fe. Pott. Orell. *Osyrim.* Ms. Dess. 2. Edd. Xyl. Fabr. Piscat. Bas. 580 *Osirin.* Ms. Ik. 1. 4. Dess. 3. Morell. Edd. Fab. Rodell. Bentl. Maitt. Cun. San. Dac. Merv. Phil. Franc. Sivr. Haberf. Praedic. Zeun. Both. Ik. Zell. et teste Fea Bodon. — Terminationem *im* in eodem nomine cum aliis tuetur Bach. ad Tib. 1, 7, 27. aliter sentiente Cortio ad Lucan. 8, 833; sed pleniorem formam in talibus Virgilius quoque praetulit, de quo conf. Wagn. Qu. Virg. p. 389. et Jahn. ad Eclog. 2, 1. Quodsi Bentlejus terminationem *im* (Od. 3, 17, 7.) ad sola nomina Italica refert, plus aequo subtilis est; sed cf. omnino quos laudant Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 593 sq. et Haase ad Reisig. „Vorlesungg.“ §. 66.

V. 61. *non ludit.* Mon. d. — *credite claudum.* Fe. 2, i. — *cauta reclamat* (non *reclamet*, uti legitur ap. Fe. atque Orell.) Ita conjecit Marklandus in Epist. crit. p. 135 sqq. et legi mavult Valartus (praefat. XIII.),

„„Quaere peregrinum!““ vicinia rauca reclamat.

recepit Jones, improbant Eichstad. ad van Ommer. p. 228, Fea, alii. *tota reclamat.* Ms. Valart. un. — *reclamet.* Ms. Fe. 5, f. Dess. 3. Mon. g. *reclamant.* Conj. N. Heinsius, sed vid. Bentl. ad Sat. 2, 5, 106. — Observa autem, in ed. Praedicov. sequentem Epistolam cum hac conjunctam uno tenore legi.

COMMENTARII

IN

HORAT. LIB. I. EPISTOLAM SEPTIMAM DECIMAM.

Uti olim florente republica adolescentes Romani, qui foro et curiae parabantur, ad unum aliquem virum in civitate principem, cujus prudentia doctiores fieri studebant, deducebantur, ita tum, quum penes unum omnis fere erat potestas, si viam ad opes, honores, munera sibi munire vellent, ad virum illum ipsum vel ad viros illi sive dignitate, sive opibus proximos, ad amicos potentes, majores, sese conferrent necesse erat. Fieri autem non potuit, quin saepe erectioris indolis adolescentes hanc viam utpote libero et ingenuo viro parum dignam inire dubitarent et vitam otiosam civili atque actuosae vel reapse praeferrent vel praeferre in animum inducerent. In quo quidem numero num Scaeva fuerit, plane nescimus, quanquam sunt, qui illud praefracte affirment. Horatius igitur sapienter, non adulatorum modo temporibus serviens, in hac Epistola id unum egit, ut sive Scaevae ipsi, cujus sentiendi rationem haberet cognitam, sive aequalibus saluberrima majoribus utendi daret praecepta. Itaque docet, qui principum familiaritates appetat, eum rem suscipere non modo non ingloriam, verum etiam decore ac laude dignam, praesertim quum amicitia virorum principum et difficulter paretur et nisi prudenter non servetur. In utramque autem rem i. e. vitam et hominum otiosorum sibique viventium et in usu rerum communitateque versan-

tium proponitur Diogenes Cynicus et Aristippus Cyrenaicus, e quibus uter eligendus sit, facillime apparet. Ab hac liberali ingenuaque cum potentioribus vivendi ratione quantum abhorreant ii, qui impudenter et humiliter se gerendo rem per se laudabilem perdant, non sine grata legentium oblectatione et quibusdam praeceptis explanatur et aliquot exemplis illustratur.

Qui autem Poetam fere morosum aliorum castigatorem et si non atra bile tumentem, at certe risum sibi excutientem faciunt, Scaevam auctore Porphyrione „severum et tristem hominem suis molestiis in principum odium incurrentem“ fingunt. Ab hac sententia non multum abhorret *Cruquius*, quum „pro senio suo,“ inquit, „monet Horatius Scaevam juniorem, ne in usu et rerum cognitione vitaeque humanae conversatione nimium sibi tribuat, sed discat vivere et uti majoribus, prius id quam se novisse jactitet“ etc. Melius et moderatius ii agunt, qui quum Scaevam juvenem „in Herculis quasi bivio constitutum et deliberatione omnium difficillima defixum, quod vitae genus susciperet, aulicone an otioso se applicaret“ videre sibi visi sint, ei Horatium natu grandiorem in utramque partem praecepta dedisse putant. Vid. *Rappolt.* p. 779. At viros illos versibus 6 — 10 nimium tribuentes, quid caput rei esset, fefellisse videtur. Sunt etiam, qui uti *Wielandius*, *Haberfeldus* Scaevam in appetenda majorum amicitia parum processisse opinentur, ita ut amicus eum, quomodo in re incoepta pergat prudenterque se gerat, edocere velit. Simile quid, sed de re incipienda cogitans, sensit *Hoofdeer*. A vero prope absunt *Daeerius* et *Sanadonus*, praeterquam quod pleniore ore locuti esse censendi sunt. Ab his alii*) ita discedunt, ut Horatium juveni juniori vitam otiosorum utpote faciliorem et tutiorem suasisse opinentur. Nescio autem, quo jure *Doeringius* sententias sentiat, quas ex ore Epicuri fluxisse dixeris. Is enim sic „Felicitatem scilicet corporis voluptate et fructu eorum, quae vitam dulciorem, molliorem et jucundiorem reddant, metiens, auctor existit Scaevae, ut collecta sibi beatiorum et potentiorum gratia in quotidiana eorum consuetudine lautius et solutius vivat.“ Angustius

*) *Walckenaerius* (II. p. 186.): „Dans cette épître, comme dans celle qui est adressée à Maximus Lollius, Horace fait toujours de la vie active et mondaine une nécessité de position, mais on voit qu'il préfère l'indépendance et la vie retirée, et il la conseille à son ami.“ Nobiscum sentit *Süpfle* in „Aufgaben zu latein. Stilübungen. II. p. 161. (Karlsruhe 1835).

quam verius de omni re olim disputavit *Weichertus* (*Prolus. de Qu. Horat. Fl. Epist.* p. 22.), quum Horatium id spectasse fingeret, ut, quae cum Augusto et Maecenate ipsi intercederet necessitudo, planum faceret ac de speciosa istius vitae ac necessitudinis felicitate quid ipse sentiret, simpliciter edoceret. Ab hac sententia non multum abhorret *Wielandius* N. 3. coll. *Car. Passov.* N. 256. 282. Eleganter, ut solet, de sententia hujus quoque Epistolae disserit *Fr. Jacobsius**) V. p. 75 sq., quanquam ea praecepta, quae magis delectationis causa scripta sunt, severe ad normam quandam retulisset nollem. Contra *Grotefendus* („Allgem. Encyclop." X. p. 475) in hac et sequente Epistola Aristippi praecepta majorem in modum videt commendata. In eandem fere sententiam *Walckenaerius* haec observat (II. p. 185.): „Le but du poète n'est pas d'instruire Scaeva, ni de lui tracer des règles de conduite; mais de mettre en opposition la philosophie de Diogène et celle d'Aristippe, ou la secte de cyniques et celle de cyrénaïques, afin de donner l'avantage à cette dernière. Il veut montrer qu'il est honorable de plaire aux grands, mais qu'il faut se garder de solliciter leurs faveurs avec importunité et bassesse; et il prend occasion de louer Auguste, et de se faire un mérite d'avoir su lui plaire." At in illis vir doctus exempla pro re ipsa habet. Facile autem judicatu est, cur Horatius Aristippum praeter ceteros in deliciis habuerit. Rem tetigit *Weberus* p. 30 sq., quocum conf. *Wieland.*, qui de Aristippi natura ac moribus N. 4. recte disserit.

Scaevam Scholiastae equitem Romanum fuisse dicunt. Neque tamen scio, quo opinionis errore eum Acro *Lollium Scaevam*, Porphyrio *Scaevam Lollium* appellet. Scaeva enim cognomentum Juniorum, Cassiorum, Didiorum fuit. In tanta igitur rei incertitudine viri aliquot docti conjectura collegerunt, Scaevam hunc filium Scae-

---

*) Mecum sentit *Düntzer* p. 465. qui *Jacobsii* verbis: „Es sind die Lehren eines rechtschaffenen Vaters, der einen wackern Sohn in die Welt schickt, und voll des Wunsches, ihn geehrt und in Wohlstand wieder zu erhalten, einige Regeln der Klugheit mitgiebt, die er selbst vormals auf ähnlichen Wegen brauchbar gefunden hat" — haec addit: „Solche Lehren können wir hier nicht finden; vielmehr scheint uns der Schluss rein humoristisch." Nescio autem, unde hauserit haec: „Dem jungen Scaeva, der bisher nur seinen Studien obgelegen und sich der Wissenschaft und Kunst gewidmet hatte, mochte der Uebergang zu dieser neuen Bahn nicht wünschenswerth erscheinen, worüber er vielleicht dem Dichter, dessen Liebe für die Freiheit ihm nicht unbekannt sein konnte, seine Klagen geäussert hatte" etc.

vae Caesariani *) virtute bellica insignis fuisse. Scholiastae quidem Scaevam cum Lollio sequentis Epistolae hic, non istic, confudisse et quasi conglutinasse videntur. Huc accedit, quod Lollius, ad quem Epistola 18. scripta est, licet utraque epistola similis argumenti sit, aliam ac Scaeva fert personam, quapropter nihil agunt, qui hanc Epistolam, *Baxtero* et *Gesnero* non improbantibus, *Lollio Scaevae* inscribant et vel adeo uti *Praedicovius* cum sequente epistolio uno quasi tenore conjungunt et continuant.

Quum Epistola temporis notationem plane nullam habeat, eorum quoque ratio **), qui eam duodevicesima posteriorem putant, solidis radicibus fundata non videtur. In patrium sermonem Epistolam separatim transtulerunt liber baro de *Canitz* in: „Gedichte — — — ausgefertigt von Joh. Ulr. Koenig.“ Leipz. u. Berl. 1727. p. 146 sqq. et *Cons* in Hauffii „Philologie I, 3. p. 179 sqq.

V. 1 — 5. Allocutio summa humanitate condita, qua Hor. omnem importuni magistri vel monitoris a se removet culpam; A. P. 367. Praecipit enim, quanquam praecipere non vult videri, de modo, quo quis se in amicitia potentiorum erga illos ipsos gerere debeat. Praecepta autem ita elevat, ut, quae Scaeva in suam rem convertere possit, se non docere, quippe qui ipse edocendus sit, sed lo-

*) Viri illius fortissimi mentionem faciunt Caes. B. C. 3, 53. coll. Cic. ad Attic. 14, 10. Plutarch. vit. Jul. Caes. 16. Appian. B. C. 2, 60. [ubi λοχαγός, ᾧ Σκευᾶς ὄνομα ἦν, vocatur] Suet. Jul. 68. Flor. 4, 2, 40. Val. Max. 3, 2, 23. Lucan. 6, 144. Stat. Theb. 2, 606 (ib. Barth.). Alius mentio fit ap. Cic. ad Attic. 13, 23. Ceterum scriptura *Scaeva* vere latina est, scriptura *Sceva* a verbo *Σκευᾶς* ducta non item. Conf. *Torrent.* ad h. l. *Drakenb.* ad Liv. 2, 13, 1. 8, 29, 2. interpp. ad Act. Apost. 19, 14. Cum hoc Scaeva cave confundas *Scaevam nepotem* Sat. 2, 1, 53., ubi Poeta lusit in verbi origine, id quod parum observavit *Fr. Jacobs.* V. p. 870. De illa nominum interpretatione vid. ann. ad 13, 9. De *Scaeva Memore* dixerunt *Lange* in Vind. Roman. p. 9. et Schopen ad Schol. Juv. 1, 20.

**) *Sanadon:* „Elle paroit avoir été écrite dans les derniers années du poète, c'est à dire long-tems après l'épître *Si bene te novi.* Parce qu'elles ont toutes deux un sujet commun, les grammairiens les ont mises de suite; ils ont même renversé l'ordre des tems, en plaçant la première celle qui est de beaucoup postérieure à l'autre“ etc. Cum *Sanadono* quodam modo faciunt *Kirchner* et *Walckenaer*, quorum hic Epistolam ad a. 734., ille ad a. 735. refert. Similiter *Düntzer:* „Wir möchten den Brief am Liebsten spät setzen, kurz vor die Herausgabe des Buches, 735, frühestens 734.“ Rursus *Weber* propter simile argumentum, quod hanc cum Ep. secunda commune habere dicit, utramque anno 731. exaratam opinatur.

qui dicat. Hinc illa contraria, quibus Scaeva *per se sibi consulere* dicitur et Horatius *veluti coecus iter monstrare* jocose fingitur. Quanquam non ita premenda sunt verba: *docendus adhuc*, quod quidem fecit *Sanadonus:* „qui auroit besoin lui-même de vos conseils," quippe quae hominem significent, qui ut nostrates dicunt, „selbst noch nicht ausgelernt hat" sive experientia nondum satis edoctus est. Hoc loci acumen *Diintzerum* latuit, quum sua interpretatione veteres interpretes secutus Scaevam *docendum adhuc* proponeret. At quomodo *caecus* hominem per *se sibi consulentem* rite doceat, difficile est intellectu, neque cadit in illud Hesiodi *), quod in proverbii consuetudinem apud Romanos venit: *primam esse virtutem, per se sapere, secundam bene monenti obedire.* Huc accedunt similes aliorum sententiae a *Bentlejo* olim allatae; Auson. Praef. ad Centon. (p. 205 Bip.) *si pateris, ut doceam docendus ipse* et Epist. 17. (p. 264) *ego te docebo docendus adhuc.* Adde in rem Hieronym. Epist. ad Paulin. 13. I. p. 67. H. *Haec non, sicut ajunt, sus Minervam, sed ingredientem pelagus amicus amicum monui, malens a te facultatem meam requiri quam voluntatem, ut in quo ego lapsus sum, tu firmo pergeres gradu.* In dictione autem *per se sibi cons.* pleramque inest notio quaedam rei difficilis, ex qua quis pro sua se sollertia expedit, Ovid. Met. 2, 141. *Fortuna melius, quam tu tibi, consulat opto*, coll. Cort. et Kritz. ad Sall. Jug. 62, 1. Eadem rei difficultas haud obscure significatur particula *tandem*, de qua dixit *Schmidius.* Subtilius autem quam verius Socraticam dissimulationem callide hic expressam vident *Heinsius* et *Rappoltus*, quid, quod de sententia *Zurchii* Poeta verbum *loquendi* a Socrate hausit.

V. 2. *majoribus uti.* *Majores* et *magnos* (Rupert. ad Juven. 6, 313.) a clientibus patronos et divites vocari constat. Inde Sat. 2, 1, 61. *metuo — majorum ne quis amicus Frigore te feriat.* Pers. 1, 109. *vide sis, ne majorum tibi forte Limina frigescant.* Ex qua quidem re explicabis Pers. 3, 92. *majorem domum.* Iidem *potentes amici* 18, 44., *potentiores* **) audiunt ut Epod. 2, 8. et

*) Vid. Goettling. ad Hesiod. Opp. et D. 293. Drakenb. ad Liv. 22, 29, 8. interpp. ad Cic. pr. Cluent. 31, 84. et ad Senec. Epist. 52. de Benef. 5, 25. coll. Trilleri Obss. crit. 4, 21. et Wund. ad Sophocl. Antig. 714.

**) Rarior in talibus singularis numerus est ut Cic. pr. Mil. 18, 47. *Milonis manu caedem esse factam, consilio vero majoris alicujus.* Conf. Fabr. ad Liv. 22, 12, 12.

Mart. 7, 76, 1. *Quod te diripiunt potentiores Per convivia, porticus, theatra* etc. Vide quos laudant *Schmidius* ad h. l. et *Seebodius* in „*Scholien zu Horat. Flaccus*“ I. p. 8 sq. — V. 3. 4. *Disce, doc. adh. — velit.* Qui verba: *ut si Caecus it. monstr. velit* ad verbum *Disce* referunt, cum *Düntzero* fere id caveri opinantur, „ne Scaevola temere amiculi monitis dicto audiens sit, ac potius ea exploret subtilisque quaerat.“ Ex nostra interpretatione sola proverbii subtilitas vitanda videtur. De proverbio illo vide imprimis Orell. *Opusc. vett. Graec. sententios.* I. p. 432. nr. 10. Kuinoel. ad Matth. 15, 14. Omeis ad Juvenc. Hist. Evang. 3, 157. Erasm. Adagg. 1, 8, 40. 3, 3, 78. interpp. ad Cic. Tusc. 5, 38, 112. Porphyrion illud proverbium confert: *sus Minervam docet.* Male *Cruquius* statuas in triviis indices viarum coecos, viatoribus tamen non inutiles, quas *ἀνδριάντας* sive *ἑρμαῖα* vocent, significatas dicit, idem mire cum aliis errat in verbis *ut si*, quae „etsi, etiamsi“ explicat. Nomen diminutivum *amiculus* nisi teneram, qua Hor. in Scaevam affectus sit, amicitiam non indicat; conf. Vulp. ad Catull. 30, 2. *Jam te nihil miseret, dure, tui dulcis amiculi.* De sententia *Chabotii ὑποχορισικὸν* ita sumendum est, „ut nulla de fidelitate veri amici diminutio fiat, sed talis extenuatio referenda sit ad modestam scientiae opinionem tanquam dixisset: Quae suadet sciolus amicus;“ contra *Sanadonus* in voce blandientis, qua Horatium Scaeva adolescens vocarit, exiguam Poetae staturam significatam sentit. Huic explicationi assentitur *Walckenaer.* Aliter alii errant, ut *Dorighello*, qui „fortasse superbi animi indicem in nobili juvene fuisse“ dicit, ut *Düntzer: Amiculus, der Befreundete*, ist kein Ausdruck innigster Freundschaft, wie man meint, sondern bezeichnet das Verhältniss näherer Bekanntschaft, welches man nicht gerade Freundschaft nennen will“ etc.

V. 4. 5. *tamen aspice.* Et ex proverbio et ex Horatio *docendo adhuc* suam vim habet illa formula, qua ad rem aliquam accurate considerandam admonemur, vid. Schol. Cruq. ad 18, 76. coll. 2, 1, 170. 2, 2, 92. Formula *) quasi provocat curam *propriam*

*) Coripp. in Laud. Justin. 1, 182. *Aspice, quanta fuit nostrae simul urbis et orbis Provida cura seni.* Conf. Ovid. Met. 7, 70. 13, 842. 15, 765. Trist. 5, 5, 29. Amor. 2, 7, 15. Bach. ad Met. 15, 577. Virg. Aen. 6, 856. 8, 385. Eclog. 4, 52. Pers. 1, 125. Prop. 1, 2, 9. 2, 18, 35. Val. Flacc. 4, 250. Sil. Ital. 15, 90 — 92. Drak. ad Liv. 42, 5, 8.

fecisse, i. e. in suam rem vertendi, quod quis in pluribus et alienis invenit. Hanc contrariorum notionem (Lübk. ad Od. 1, 1, 9.) hic sentire malo, quam sibi vindicandi, quod animo semper fixum et immotum inhaereat. Recte dictionem Porphyrione auctore interpretatus est *Lambinus*, male *Cruquius*, qui tibi proprium esse dicit „a te inventum, tibi uni cognitum.“ Varr. Sat. Menipp. 12, 2. (ib. Oehler) *Unam virtutem propriam mortalibus fecit, Cetera promiscue voluit communia habere.* Dubito quoque de similitudine, quam a carne comesa et in succum ac sanguinem conversa sumptam opinatur *Dacerius*, quum dicit: „Le garder pour vous en servir, le convertir, comme on dit, en vôtre propre substance. C'est une métaphore prise des viandes dont on se nourrit.“ De Infinitivo*) Perfecti et hic et v. 35. recte disputat *Schmidius*.

V. 6 — 8. *Si te grata — ire jubebo.* Jam Poeta amico consilium de eligenda vitae ratione daturus monet, „ut quo eum natura trahat, id potissimum sequatur et ita, ut, si quiete atque otio delectetur strepitum clamoremque moleste ferens, Urbem turbulentam deserat et in locum quendam infrequentem, uti Ferentinum secedat.“ Rem autem latius patentem insigni quodam incommodorum quorundam, quae urbs Roma habet, descriptione quasi ob oculos ponit. Locis in eam rem ad 7, 45. laudatis adde Tib. 2, 3, 43 (ib. Diss.) Mart. 4, 64, 20 sqq. (ib. Rader p. 343) 5, 22 (23), 7, 8. (Rad. p. 382). Sententiam tam planam obscurat improba *Orelli* subtilitas, quippe qui hic multa et molesta itinera, quae una cum potente amico suscipienda fuerint, nescio quo pacto videat. Praeivit autem *Fr. Jacobsius* (V. p. 87) et quodammodo *Schmidius* suspicione sua leviter, ut in talibus assolet, jacta. Viros illos doctissimos hysteron proteron ab ipsis admissum (in seqq. enim hac quidem rerum conditione vel existente vel non existente (v. 11) de potentiorum amicitia appetenda agitur) non sensisse miror semperque mirabor. *Grata*

*) Ut v. 35. notio Perfecti non exstincta, ita hic illud Tempus ex notione verbi *cures*, uti alias ex verbis *volendi*, *nolendi*, similibus aptum est. Conf. Heind. ad Sat. 1, 2, 28. Wüstem. ad 2, 3, 187. O. Jahn. ad Pers. 1, 41. Schmid. ad 18, 59. *fecisse curas*, Fabr. ad Liv. 22, 59, 10. Alia aliorum locorum est ratio, vid. ad 1, 42. p. 62. coll. Lübk. et Dillenb. ad Od. 1, 1, 4. Haase ad Reisig. „Vorlesungg.“ N. 453. Bach ad Ovid. Met. 6, 370. Madvig. Opusc. II. p. 119 sqq. Qui *curare* cum Infinitivo a scriptoribus solutae orationis jungi negant, conferant censeo Cic. Acad. 1, 2, 4. ad Attic. 15, 5, 2. Tusc. 5, 31, 87. pr. Flacc. 27, 64.

quies et primam somnus in horam non indicant iter per aestatem grati frigoris matutini causa ante lucem susceptum, sed officiorum antelucanorum, quae somnum turbent, quum patronorum, tum clientium incommoda ac molestias, ut Sat. 1, 1, 10. Epist. 1, 7, 68 (ib. ann.) 2, 1, 104 (ib. Schmid.). Inde Mart. 4, 8, 1. *Prima salutantes atque altera continet hora.* Id. 1, 50, 35. *Non rumpet altum pallidus somnum reus: Sed mane dormies.* Id. 10, 70, 5—8. *Nunc resalutantes video nocturnus amicos — Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.* Ibid. 74, 1. 2 — 12. *Jam parce lasso, Roma, gratulatori, Lasso clienti — Quid concupiscam quaeris ergo? dormire.* Id. 12, 18, 13. *Ingenti fruor improboque somno, Quam nec tertia saepe rumpit hora.* Id. 12, 68, 1—5. *Matutine cliens, urbis mihi causa relictae Otia me somnusque juvant, quae magna negavit Roma.* Id. 1, 56, 6. 8, 44, 4. 5. 9, 93, 3 — 6. 10, 51, 5. 6. 58, 11. 82, 1. 2. 12, 26, 1 — 9. Juven. 3, 127. Lucian. Nigrin. 22. Hinc Plinius Epist. 7, 3, 2. (ib. Gesn. et Gierig.), quum amicum a longo secessu in urbem revocat: *Quousque regnabis? quousque vigilabis, quum voles? dormies, quamdiu voles?* Quanquam haec ita sunt, tamen alias somni abrupti causas minime negabimus, ut Sat. 1, 6, 119. Juv. 3, 234 — 238. Mart. 12, 57, 24. *Prima* autem *hora* est, quum sol solstitio quidem quarta matutina oritur et octava vespertina occidit; veteres enim Romani diem aeque aestivum atque hibernum in duodenas horas dividebant, ut horae aestivae hibernis multo productiores essent. Conf. Rappolt. p. 786. Heind. ad Sat. 1, 5, 23. Rader. ad Mart. 12, 1, 4. Indicium autem ignaviae et indolentiae, quod in hac re sentiunt *Sanadonus* et *Dorighello*, plane nullum est. In seqq. recte *Orellius* ἀβλεψίαν eorum notat, qui *pulverem et strepitum rotarum**) ad nocturnum tempus (Juv. 3, 236. Mart. 4, 64, 20), quo ille quidem in lectulo suo jacentibus molestus esse nequit, referre non dubitant. Neque enim jam de causis insomniorum, sed de molestiis, quas quaevis diei hora affert, agitur. Atque haud scio an plus aequo acutus sit *Daru*, quum ex facta *pulveris* mentione effici vult, vias urbis Romae aut plane non, aut male stratas fuisse. Illarum autem molestiarum commemoratio non fugit alios, ut Auctorem Nucis elegiae

*) Intellige plaustra eorumque in vicis concursum; etenim quam non licuerit in urbe quidem rhedis, cisiis vehi vide apud *Becker.* Gall. I. p. 219 sq.

87. *Felix secreto quae nata est arbor in arvo — Non hominum strepitus audit, non illa rotarum, Non a vicina pulverulenta via est.* Quapropter eos noli audire, qui hic certamina quadrigarum et pulverem in Circo collectum intelligi malunt.

V. 8. *Si laedit caupona* non est: „Si (propter cauponas per vias publicas et in oppidulis tunc pessimas) te offendunt multa illa itinerum incommoda“ *), „sed si te offendit clamor ille ac tumultus, qui ex cauponis**) in vicis Romae constitutis ad tuas aures accidit“ etc. conf. *Zellii* „Ferienschriften“ I. p. 30 sqq. In seqq. verbis *Ferentinum ire jubebo* fere intelligunt altum Hernicorum oppidulum (hodie *Ferentino* teste *Sicklero* in „Handb. d. alt. Geogr.“ I. p. 374) et auctore Schol. Cruquii „municipium viae Labicanae ad XLVIII. lapidem.“ Cum hac numeri ratione consentit Antonin. Itinerar. p. 305 ib. Wesseling. coll. Westphal. „Röm. Kampagne“ p. 84. 94 sq. Alii, ut *Torrentius* atque *Walckenaerius* (II. p. 186) pro Etruriae oppido habent, quod hodie *Ferenti* in Toscana esse dicitur, conf. Sigon. et Duk. ad Liv. 9, 16, 1. *Cramer's Ancient Italy* I. p. 225.; contra *Capmartin de Chaupy* (II. p. 80 sq.) locum non longe ab urbe Roma ad radices montis Albani situm fuisse opinatur. Conf. Drak. ad Liv. 1, 51, 9. et *Gell's* Topogr. of Rome and its vicinity I. p. 230 ***). At quum quae nescias scire velle arrogantis sit, hoc unum nobis cavendum videtur, ne cum nonnullis interpretibus (*Fr.* quoque *Jacobsio* V. p. 88) de Scaevae praedio quodam cogitemus; in promptu enim est, Poetam, quum Ferentini mentionem faceret, id egisse, ut locum quietum ac vacuum ut 7, 45. 11, 7. 8. 30. ob oculos poneret. Quapropter mihi quidem magnopere probatur *Capmartinii* opinio.

---

*) *Düntzer*, quanquam versum antecedentem recte interpretatus est, hic etiam peregrinationes intelligit.

**) Mire *Hocheder:* „Die Uebersetzer geben *caupona* durch: *Gasthof*, worauf etwa *laedit*, wie unser *prellen* zu fassen wäre. Mir scheint aber durch dieses Wort noch eine Zuthat zu dem Schlummer störenden geräuschvollen Leben Roms gegeben zu sein, so dass das Wort wie ein Collectivum — *Mäklerei* — zu fassen ist.“ Quodsi *Scaevam* prope portam Capenam, ubi plurimae tabernae erant (Cic. ad Qu. Fratr. 3, 7) et rheda ibatur (Mart. 3, 47, 1 — 5), habitasse crediderim, suum cuique relinquetur judicium.

***) Oppidum Campaniae nemo nisi *Bothius* ad Feam et il noverunt, qui *Ferentinates* apud Plin. H. N. 8, 5. male explicaverunt. Confer de hac omni re *Düntzerum* p. 470. *)

V. 9. 10. *Nam neque divitibus — fefellit.* Loci illius infrequentis commemorationi haec annectitur sententia: „Nam pauperibus quoque parvo contentis sua sunt gaudia *), nec infeliciter ii existimandi sunt, qui sibi viventes in hominum ignoratione versantur.“ Jam constituit H. duo hominum genera, otiosorum et potentiae cupidorum. Illorum vitam Epicureorum praecepto: λάθε βιώσας, metitur ac dirigit. In eandem sententiam 18, 103. *fallentis semita vitae* et Ovid. Trist. 3, 4, 25. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra Fortunam debet quisque manere suam.* Cic. Tusc. 3, 24, 57. *De contemnendo honore: multi inhonorati proferuntur et quidem propter id ipsum beatiores; eorumque, qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur.* Id. 5, 37, 108. ib. Klotz. Senec. Thyest. 391 sqq. Pertinet huc imprimis Plutarchi libellus: εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας (Vol. X. p. 685 sqq. Reisk.) et Eurip. Iphig. Aul. 17. (quem locum *Lambinus* aperuit) ζηλῶ δ'ἀνδρῶν, ὃς ἀκινδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής· τοὺς δ'ἐν τιμαῖς ἥσσον ζηλῶ. Chrysost. Epist. ad Olymp. 3, 1. (p. 195. Loml.) Καὶ οἱ μὲν δορυφορίας ἀπολαύοντες καὶ δόξης καὶ τιμῆς πολλάκις ἑαυτῶν ἐπηρέασαντο τῇ ζωῇ, οἱ δὲ ἄσημοι καὶ ἐξ ἀσήμων καὶ οὐδενὶ γνώριμοι πολλῶν ἑαυτοὺς μακαριωτέρους εἶναι ἐνόμισαν. Cum hac hominum otiosorum, imprimis philosophorum, vita (de qua vide Car. Passov. N. 57. Beier. ad Cic. Offic. 1, 20, 69. 26, 92. Halm. ad Or. pr. Sest. 10, 23. coll. 66, 138. 139. Senec. Epist. 55. 68.) cave confundas vitam solitariam naturae adversantem, de qua conf. Beier. ibid. I. p. 302. et II. p. 225. Non incommode *Cruquius:* „Videtur itaque Horatius ludendo Scaevae hic quidem applaudere, sed non ita ut Aristippi sententiam non pluris faciat, ut videre est in sequentibus.“ De formula *male vivere* vid. ann. ad 6, 29**).

V. 11. 12. *Si prodesse tuis — ad unctum.* „At qui majora

*) Toto coelo aberrat *Ed. a Zurck*, quum *gaudia* gratas divitibus vices intelligit, ita ut Horatius Scaevam ad „sedem subinde mutandam“ adhortetur. *Doeringio*, qui *gaudia* intellexit „voluptatem, quae in amoenis locis percipiatur,“ *Fr. Jacobs.* (V. p. 89) hanc opponit Poetae sententiam: „dass man, um froh zu sein, nicht nöthig habe reich zu sein.“ At ne de divitiis quidem, sed de vita quieta, otiosa, obscura hic agi recte vidit *Düntzer.*

**) De constructione v. *fallendi* cum ipsis Participiis Graecorum more junctis conf. Lübk. ad Od. 3, 16, 32. Wagn. et Gossrau. ad Virg. Aen. 7, 350. Fabr. ad Liv. 21, 48, 5. et de Perfectis *vixit — fefellit* ann. ad 19, 49.

appetit et actuosa quadam officiosaque vita sibi suisque prodesse vult, is ad potentioris cujusdam sese applicet*) amicitiam.“ *Prodest suis* non qui, ut *Cruquius* et *Lubinus* nimis late interpretantur, „patriae et amicis utilis est“ (in quam sententiam Senec. de Vit. beat. 30. *si quis bene de se meretur, hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat*), sed qui facit, ut sese insinuando in patroni alicujus amicitiam hujus favor in liberos quoque, propinquos et amicos redundet. Majus tamen commodum in ipsum influit, quippe qui *paulo benignius se tractet* (Sat. 2, 2, 85) lautius et liberalius apud patronum vivendo. Conf. Lamb. ad Od. 1, 17, 15. Hildebr. ad Apul. Met. p. 64. Hanc loci sententiam *Rappoltus* quoque pervertit, quum explicat: „Prosunt enim suis, qui parcunt sumptibus, et, ut rem luculentiorem liberis relinquant, genium defraudant suum. Tales qui sunt, h. e., parce et aride qui victitant, atque aliquando tamen coenare benignius paulo volunt, eos ad unctos accedere, h. e., lautorum hominum mensas sectari jubet, ut et fiant voti sui compotes, et rem cum damno suorum ne affligant.“ Recte *Lambinus* verba: *accedes siccus ad unctum* explicat: „tu pauper et tenuis ad amicitiam copiosi et divitis te applicabis.“ Qui autem ex his ipsis effici volunt, Scaevam pauperem et tenuis fortunae hominem fuisse, ii haud scio an Horatii jocosam neque austeram praecipiendi rationem ignorent. Festive autem Hor. similitudinem a re coenatoria sumit parasitorum mores leviter ridiculeque tangens**). Cave autem *unctum* ut *Ascensius*, *Lambinus*, alii, unguentatum, unguento delibutum interpreteris. Est enim is, qui laute vivit et conquisitis epulis mensas exstruit vel „qui,“ ut ait *Cruquius*, „non tam caput quam guttur habet condimentis inunctum.“ Mart. 11, 6, 1. *Unctis falciferi senis diebus* et ann. ad 14, 21. *Siccus* autem ut alias *uvido*, *madido*,

---

*) De sententia *Eduardi a Zurck.*: „Si rem velis facere, submissus et obnoxius veni ad unctos seu divites“, *Haberfeldi:* „Aber auch die Verbindung mit den Grossen hat, wenn sie anders deinem Geschmacke angemessen ist, ihre Vortheile.“

**) *Düntzer* (p. 471): Humoristisch drückt er hier das ganze Verhältniss im Sinne des *Scaeva* etwas herab, stellt es als ein blosses Mittel dar, im Leben fortzukommen und sich Etwas zu Gute zu thun; „ja, wer fortkommen will, muss sich darnach bequemen.“ Das Bildliche des Ausdruckes und der lachende Humor musste dem *Scaeva* um so deutlicher hervortreten, je mehr er selbst [?!] dies Verhältniss als ein niedriges, unwürdiges dargestellt hatte.“

madidato (Orell. ad Arnob. 5, 1.), ita hic, ubi de esu agitur, *unoto* contrarius est, ut mireris, *Haberfeldum* verbo nimium inhaerentem *non unctum* intellexisse. Neque opus videtur, *siccos* cum *Torrentio* ξηροφάγους, quibus Cynica coena apponatur, putare, quanquam Christianorum ξηροφαγίαι in jejuniis apud Tertullianum, ut de Jejun. 5. (p. 704 Rigalt.), notissimae sunt. *Orellius* comparat *victum aridum* apud Cic. pr. Rosc. Am. 27, 75. At res non eadem est. Nilus ap. Orell. (Opusc. Graec. II. p. 416) *Νηφάλαιον φρόνημα ἐν ξηρότητι διαίτης· ὑγρὸς δὲ βίος βαπτίζει νοῦν εἰς βυθόν.*

V. 13 — 17. *Si pranderet — sententia.* „Et sane praestat potentis amici familiaritate sapienter uti quam ea per ingenium fortasse parum versatile uti nolle.“ Hanc sententiam Poeta exemplo Aristippi Dionysio Siculo amicissimi et Diogenis (usque ad v. 32.) explanat et dilatat. Alii singulas illius exempli partes subtilius rimantes hoc dici opinantur, „satius esse utrique rei vitae et inerti et actuosae officiosaeque aptum esse, ut qui illam sequatur, hanc quoque sequi non nesciat.“ Quae partes in hac re ipsi Scaevae dandae sint, quis est qui pro comperto habeat? Quanquam sunt, qui ex hac lepida narratiuncula Scaevam potentiorum usum extenuasse atque abjecisse concludant. Quid, quod de sententia *Cruquii* „sub persona Diogenis Horatius a Scaeva notatus, quasi Maecenatis et Augusti principumque virorum assentator, cum sub Aristippi persona remordet, tanquam incomtiorem ineptioremque quam qui regibus uti nosset eisque convivere.“ Verba Diogenis Cynici apud Diog. Laert. 2, 68: *Παρίοντά ποτε αὐτὸν (Ἀριστιππον) λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε καί φησιν· εἰ ταῦτα ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἠσπάζου, Ὁ δέ, καὶ σύ, εἶπεν, εἶπερ ἤδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες*, et apud Valer. Max. 4, 3. extern. 4. Simile quiddam Metrocles Cynicus Aristippo dixisse fertur apud eundem Diog. Laert. 2, 102. Contra idem illam rem inter Diogenem et Platonem factam 6, 58. enarrat. Locum in suam rem convertit Joann. Saresber. Nug. Curial. 5, 17. „Quum vero philosophandi sint multae semitae, illa prae ceteris mihi videtur esse nobilior et laudabilior, *Quae sic prandet olus patienter, rebus ut uti Noverit, et rerum quae sic versatur in usu*, ut olus et quaelibet extremae paupertatis xenia, docta sit non fastidire.“ Verba autem *prandere olus patienter* idem fere significant quod *olus securum* Sat. 2, 7, 30. et *secura patella* Pers. 3, 26., i. e. animum parvo contentum. Num hoc ipso *prandendi* verbo levis ac vilis cibus (5, 2)

prandio quam coenae aptior significetur, ut *Orellius* putat, dubitaverim cum *Dünzero*, qui confert *impransus* 15, 29. et Sat. 1, 6, 127 — 28. 2, 3, 245. (ib. Wüstem.) A. P. 340. Juv. 6, 102. (ib. Weber p. 216). Pers. 1, 67. 3, 85. 5, 18. Adde Vespae Judic. 51. *Tu facis in tenebris miserum prandere Thyestem.* Hieronym. adv. Jovinian. II. p. 58. F. *Qui jejunus miracula fecerat, pransus illico saturitatis poenas luit.* In rem autem idem ad Salvin. 9. (I. p. 48. H.) *Ubi vile olusculum et cibarius panis, et cibus potusque moderatus, ubi divitiae supervacuae, ibi nulla adulatio, quae vel praecipue fructum respicit. — regibus uti nollet Aristippus.* Lucian. de Paras. 33. *Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν Διονυσίῳ· πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῷ.* In sententiam Diphilus ap. Athenae. 5, 15. (p. 232 Schwgh.) et Lucian. Cynic. 19. IX. p. 214. Bip. V. 14. *Si sciret regibus uti.* Apte confert *Orellius* illud Epicuri apud Diog. Laert. 10, 121.: *καὶ μόναρχον ἐν καιρῷ θεραπεῦσαι τὸν σοφόν*, cui adde quod de Aristippi arte parasitica dicit Lucian. de Parasit. 33. *ἦν πλέον τι τῶν ἄλλων πρὸς τὴν τέχνην εὐφυής.* Ceterum sic *scire* Od. 3, 7, 25. A. P. 19. Liv. 22, 51, 4. ib. Fabr. — *qui me notat*, ut Sat. 1, 3, 24. *Improbus hic amor est dignusque notari* et 4, 5. *multa cum libertate notabant.* — V. 16. 17. *junior audi* quum more Romanorum, apud quos juniores natu majoribus facile in omni re cedebant, tum ratione ipsius Horatii utpote majoris et experientia magis edocti dicitur. In illam rem conf. Cic. Lael. 9, 11, 32. *Tu vero perge, Laeli; pro hoc enim, qui minor est natu, meo jure respondeo.* Seyff. ib. 19, 69. p. 425. Beier. ad Cic. Offic. 1, 34, 122. interpp. ad Cic. in Verr. 4, 64, 142 sq. Ad verba: *Aristippi potior sententia*, comparari potest Claud. de Bell. Gild. 353. *quae sit potior sententia, quaerit.*

V. 18 — 22. *Mordacem Cynicum — egentem.* Quanquam, qui rem in ore hominum versatam (*ut ajunt*, vid. ann. ad 7, 49.) memoriae prodiderit, hodie ignoratur, tamen nemo cum *Praedicovio* verba: *ut ajunt* cum seqq. *scurror ego ipse mihi* conjunget. Festive autem *mordax Cynicus eludi* i. e. ejus *) oratio risu et joco

*) Alii *cludebat*: „irridebat" coll. Cic. Acad. 2, 39, 123. *vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eludilis*, alii: „callide evitabat" coll. Senec. de Benef. 1, 1. *variis artibus properantes necessitatem eluit. Voss*: „Denn man sagt, er entschlüpfte dem beissigen Cyniker also." *Schaller*: „Denn, wie man sagt, so verhöhnt er den beissigen Cyniker also." Cum *Vossio* facit *C. Pas-*

refelli dicitur vanaque esse ostenditur ex notissimo usu a gladiatoribus sumpto, de quo vide Schmid. ad h. l. Hess. et Pabst. ad Tac. Dial. 5. coll. Fabr. ad Liv. 21, 50, 2. Halm. ad Cic. pr. Sest. 43, 94. et Wagn. ad Virg. Ge. 4, 406. Epitheton *mordacem Cynic.* illustrant Diog. Laert. 6, 60. *Ἐρωτηθεὶς τί ποιῶν κύων καλεῖται; ἔφη, τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων.* Aelian. V. H. 13, 26. *Διογένης — — ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικόν· καὶ ὅτι ἦν πρὸς τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα δυσάρεστος.* Lucian. Fugit. 16. coll. interpp. ad Sueton. Vespas. 13.

V. 19. sqq. *Scurror ego* — „Equidem si, ut dicis, regum scurra sum, *mihi* scurror in mea commoda, tu populo, te propter durum vitae genus admiranti, unde tibi aliquid commodi non accidit. Hoc *), quod ego facio, multo praestantius est et honestius. Meis enim officiis consequor, ut decore lauteque libertate non amissa vivam. Tu contra, quamvis nullius hominis te egentem affirmes, vilissima tua mendicitate inferiorem te dantibus praebes.“ Hac autem ipsa re Aristippus quum hominem officiosum se esse significaret, scurrilitatem sibi exprobratam redarguit. In verbis autem *populo tu* oblique tangitur Diogenis contemptus gloriae, quo quidem viam ad gloriam sibi munire voluit. Vid. Gatak. ad M. Antonin. 12, 27.

---

covius [et *Wielandius:* „Wie geschmeidig er dem bissigen Cyniker, der ihn schon fest zu halten vermeinte, sich entwunden haben soll“], cum *Schellero Jo. Merkel.* Nos sequimur *Xylandrum*, *Lambinum*, *Chabotium*, alios.

*) Olim prava distinctione et ignorata pronominis *Hoc* interpretatione sic (ut *Desprezius*) interpretati sunt: „Atqui longe potius illud et honestius est, ut me vehat equus et rex nutriat. Ego obsequium praesto; tu vero res viles poscis donante inferior, tametsi dicis te nulla re (?) indigere, hac quidem sententia: quanto rex plebe sit excellentior, tanto videri melius, regi quam populo gratiosum esse,“ vel uti *Lubinus* variata verborum *Officium facio* explicatione: „quamvis apud reges scurrer, officium meum facio, nihilque in me admitto, quod sit contra officium viri boni; nimirum a prudenter tacendo munera accipio magnifica. Tu contra“ etc. At hic de *officio* sententia Romana agitur, vid. ann. ad 7, 8. De usu pronominis *Hoc* ad rem remotiorem quidem, sed ad caput rei relati vide quos laudat *Schmidius* ad h. l. coll. Forbig. ad Virg. Aen. 8, 358. Wagn. Qu. Virg. XX. Bach. ad Ovid. Met. 10, 213. Haase ad Reisigii „Vorlesungg.“ etc. N. 365 b). *Doeringius* quoque, quum *Scurror — mihi* ex mente Horatii [„salse autem philosophum *scurrari* dicit“] dici opinaretur, a *Friderico Jacobsio* V. p. 89. melius edoctus est. Dictionem *equus me portat* pluribus illustrat *Seebodius* in „Scholien“ I. p. 17.

p. 360. coll. Hieronym. Epist. ad Ocean. 30. I. p. 128. D. *Interdum gloriosie tumemus sordibus et vendibilem paupertatem populari aurae offerimus.* In sententiam Aristippi facit Lucian. de Parasit. 58. πλούσιος ἄνευ παρασίτου ταπεινός τις καὶ εὐτελὴς φαίνεται. Καὶ μὴν ὁ μὲν πλούσιος ποσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ παράσιτον πλούσιος οὐδέποτε ποσμεῖ. Ἄλλως τε οὐδὲ ὄνειδος αὐτῷ ἐστιν, ὡς σὺ φῄς, τὸ παρασιτεῖν δηλονότι, ὡς κρείττονι χείρονα etc. Proverbium graecum, quod hic laudant Scholiastae: ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει legitur apud Diogenian. 5, 31. p. 195. Gaisf. coll. Erasm. Adagg. 2, 7, 20. — *alat rex.* Ita Graeci τὸν δεσπότην τῷ παρασίτῳ opponunt, ut Crobylus in Grot. Exc. p. 829. ab *Orellio* laudatus: Παράσιτος αὐτὸν γοῦν τρέφων Τὰ πλεῖστα συνεράνιζεν ἂν τῷ δεσπότῃ. Conf. Taubm. ad Plaut. Capt. 1, 1, 24. Casaub. ad Theophr. Char. 2. p. 84. F. Seebod. l. l. p. 8.

V. 21. *tu poscis vilia rerum.* Ita Diog. Laert. 6, 46. χρημάτων δεόμενος ἀπαιτεῖν ἔλεγε τοὺς φίλους, οὐκ αἰτεῖν. Ibid. 49. Αἰτῶν τινα, (καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν) ἔφη, Εἰ μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς κἀμοί· εἰ δὲ μηδενί, ἀπὸ ἐμοῦ ἄρξαι. Id. 6, 105. Aelian. V. H. 13, 26. Auson. Epigr. 53. — V. 22. *Dante minor*, i. e. „quoniam tu quum poscens accipis parva non es tam liber, quam ego, qui magna consector.“ Diog. Laert. 2, 82. *Cruquius* et *Bothius minorem* interpretantur impotentiorem, pauperiorem, oppos. *majori*, potentiori v. 2. Immo dânti subjectum ex eoque pendentem atque aptum i. e. populi servum dicit. Eleganter *J. Merkel:* „du, Bettler um dürftige Brocken, Huldigst dem Geber.“ Lucian. Cynic. 2. διαφέρεις γὰρ οὐδὲν σὺ τῶν πτωχῶν, οἳ τὴν ἐφήμερον τροφὴν μεταιτοῦσι. Satyrus apud Hieronym. II. p. 55. H. *quod Diogenes ἡμερόβιος vulgo appellatus sit, in praesentem horam**) *poscens a quolibet et accipiens cibum.* In verbis seqq.

---

*) Quum inter *vilia poscentem* et *dante minorem* nulla sit oppositio, unice vera est scriptura *vilia rerum*, de qua, ut Sat. 2, 2, 25. *vana rerum*, 2, 8, 83. *ficta rerum*, A. P. *abdita rerum* conf. quae observarunt *Schmid.* ad h. l. *Heind.* ad Sat. 2, 2, 25. *Lambin.* ad Od. 4, 12, 19. *Markland.* ad Stat. Silv. 2, 2, 137. *Rupert.* ad Tacit. IV. p. 805 sq. *Haase* ad Reisig. „Vorlesungg.“ §. 350. N. 524. In hac verborum compositione Horatius Lucretium habuit auctorem, ut 1, 87. *prima virorum*, 1, 341. *sublima coeli*, 1, 355. *clausa domorum*, 1, 660. *vera viai* 1, 1068. *prima viai*, 1, 1089. *coeli coerula*, 1, 316. 4, 416. *strata viarum*, 2, 1100. *coeli serena*, 3, 497. *munita viai*, 4, 614. *clausa viarum*, 5, 36. *pelagique severa*, 5, 1381. *cava calamorum*,

quamvis fors te inest si non notio quaedam praedicandi, jactandi (ut Virg. Aen. 5, 373. *Qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat*), certe prae se ferendi, profitendi (ut Vell. Paterc. 1, 11. *Pseudophilippus — — qui se Philippum regiaeque stirpis ferebat*) coll. Drak. et Rupert. ad Liv. 4, 45, 7. Fabr. ad 21, 41, 7. Qui cum *Baxtero:* „te geris" volunt, habent quodammodo, quo se tueantur, cf. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 8, 4, 4. Noli autem verba *nullius egentem* „nullius rei" explicare, qua quidem explicatione omnis contrariorum vis*) evanescit. Ita Diog. Laert. 6, 55. *Πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας τὸν ἀποδράντα αὐτοῦ δοῦλον ζητεῖν, Γελοῖον, ἔφη, εἰ Μάνης μὲν χωρὶς Διογένους ζῇ, Διογένης δὲ χωρὶς Μάνου οὐ δύναται.* Cic. Lael. 9, 30. *Ut enim quisque sibi plurimum confidit et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat* etc. In genus Neutrum convenit illud ap. Lucian. Cynic. 3. *Οὐδὲν ἄρα τῶν ἐμῶν ἐνδεὶς ἐστιν, οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ὅ, τι οὐ την χρείαν ἐκπληροῖ τὴν ἐμήν.* Hoc sensit praeter alios *Campenon*, quum verteret: „et tu te vantes de n'avoir besoin de rien!" Similiter *Günther:* „du erniedrigst dich unter den Geber, So du nur Lumpen verlangst und vorgiebst, nichts zu bedürfen."

V. 23. 24. *Omnis — aequum.* Laudem v. 23. indicatam Platonem Aristippo tribuisse nescio quo auctore tradunt Scholiastae.

5, 418. *profunda ponti*, 6, 810. *terrai abdita.* De Graecorum consuetudine conf. Forbig. ad 1, 87. et quos laudat Gossr. ad Virg. Aen. 1, 422.

*) Quanquam Masculinum genus propter sententiam praeferendum est, tamen Neutrius usus in casibus obliquis non negatur. Ita A. P. 324. *Grajis — praeter laudem nullius avaris.* Od. 3, 16, 18. *Majorumque fames.* Sat. 2, 6, 8. *Si veneror stultus nihil horum.* A. P. 164. *Utilium tardus provisor.* Liv. 2, 59, 7. *nemo ullius, nisi fugae, memor.* Cic. Lael. 4, 13. (ib. Seyff.) *ut in plerisque.* Ovid. Met. 1, 17. *nulli sua forma manebat.* Id. ex Pont. 3, 1, 29. *finem quaerentibus horum.* Lucan. 3, 364. (ib. Cort.) *perit magnus nullis obstantibus ignis.* Liv. 21, 62, 6. *aliis operandis prope tota civitas operata fuit.* Flor. 1, 26, 6. *interque haec omnia nullius aerior custos, quam libertatis fuit.* Tacit. Ann. 3, 15, 2. *Piso nullo magis exterritus est.* Id. Agric. 41, 4. *pronum deterioribus principem.* Justin. 5, 1, 1. *mysteria Cereris — nullo magis quam silentio sollemnia.* Quintil. Inst. 2, 4, 13. *nullo magis studia quam spe gaudent.* Senec. de Benef. 2, 25. *Nullo magis Caesarem Augustum demeruit, quam quod* etc. Haec et talia suppeditant Becker ad Eleg. Roman. p. 91. Bach. ad Ovid. Met. 15, 242. Fabr. ad Liv. 21, 11, 12. Duk. ad Flor. 3, 10, 13. Benecke ad Justin. p. 84. Roth. ad Tacit. Agric. Exc. XVIII. p. 188. Haase ad Reisig. „Vorlesungen" §. 343, 6. N. 515.

Pertinet autem huc Diog. Laert. 2, 66. *ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίας ὑποκρίνασθαι.* Plutarch. de Anim. Tranq. VII. p. 836. *Ὁ Ἀρίστιππος — — ἀγαθὸς, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ πρὸς τὰ βελτίονα τῶν ὑποπιπτόντων ἐξαναφέρειν καὶ ἀνακουφίζειν αὑτόν.* Conf. Heusing. ad Cic. de Offic. 1, 41, 10 (148). Recte a Scholiasta Cruquii *color* „omne genus vitae et conditio," ab aliis, ut *Cruquio, Sanadono, Campenono*, amictus intelligitur, propterea quod purpurae et diversarum vestium (Diog. Laert. 2, 67) mentio fiat, sed cf. Sat. 2, 1, 60. ib. Wüstem. *vitae color*, Stat. Praef. Silv. lib. 2. *Melior, in omni vitae colore terissime.* Senec. Epist. 20. *ipsa inter se vita unius sine actionum dissensione coloris sit.* — *status*, ratio et secum et cum aliis inita; *res*, res familiaris, qualiscumque variis temporibus fuit. De illo ad legem philosophorum Epictet. Enchir. 48. (ib. Heyn.) *Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.* — V. 24. *Tentantem majora* etc., i. e., ut utar verbis Lambini, „quaerentem quidem majora, praesentibus autem fere contentum: praesentia aequo animo ferentem." Idem fere de Aristippo testantur Diog. Laert. 2, 66. *ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων*, et Athenae. 12, 11. p. 544 (Cas. 12, 63. p. 521. Schwgh.), ubi similiter Aristippus nec praeteritarum voluptatum memoriam, nec spem futurarum ad se pertinere existimasse, *ἀλλ' ἓν μόνῳ τὸ ἀγαθὸν κρίνων τῷ παρόντι* dicitur. Ita Isocrat. ad Demon. 61. *στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.* Cic. Tusc. 5, 18, 54. *sapientia semper* *) *eo contenta est quod adest, neque eam unquam sui poenitet.* Adde Perizon. ad Aelian. V. H. 14, 6. et Gatak. ad M. Antonin. 1, 16. p. 25. Vetus illud praeceptum *τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν* Horatius quoque suis idque varie commendavit, vid. ann. ad 11, 22 — 24. coll. Mitsch. ad Od. 3, 29, 32.

---

*) Qui particulam *fere* cum antecedentibus jungunt, ejus vim ignorant (de qua conf. Hand. Turseli. II. p. 693.) et sententiae acumen hebetant. Melius locum vertit *Dacerius* („il savoit être content de l'état present de sa fortune") quam in eum commentatus est: „comme il est très difficile, ou plutôt impossible qu'on soit content de sa condition, quand on cherche à la changer, H. a eu raison d'adoucir ce mot par un *fere*, qui rend la chose possible et par consequent croyable: car on peut fort bien chercher à s'avancer, et n'être pourtant tout-à-fait mécontent de sa condition; c'est que signifie *en être à peu près content* etc.

V. 25 — 32. *Contra quem — vivat ineptus.* Sententiarum ordo: „Ut Aristippus utrique vitae generi et aulicorum et otiosorum, et laute et parce viventium *decenter* sese accommodavit, ita Diogenes unis sordibus fortunae et vitae *ineptae* deditus fuit.“ Rem ante propositam Poeta a v. 23. exemplis illustrat, ut non sit audiendus *Dacerius*, quum ad v. 23. observat: „Voici d'autres raisons qu' Horace ajoute, pour faire voir que les maximes d'Aristippe sont préférables à celles de Diogene. C'est qu' etc.“ Quum verbo *patientiae* omne genus durae vitae et quasi virtus Diogeniana (καρτερία, αὐτάρκεια Cic. de Or. 3, 17, 62. Delect. Epigr. gr. 4, 108, 3. 4. 109, 3. Lucian. Cynic. 5. 15.) significetur, conjecturam *sapientiae* ab Anglo illo in ipsis Poetae verbis positam jure mirabere. Festive autem verbis *duplici panno velat* Cynicorum habitus describitur, quorum pallium tam amplum fuit, ut, quum tunicam (quae aliis hominibus tota in anteriore parte pateret pallii laciniis ab utroque latere retrorsum rejectis et in humeris fibula strictis) non haberent, totum corpus pallio tegerent atque involverent, quod *) *duplex pallium*, διπλοῦς vocabant, ita ut alterum humerum exertum, alterum duplicato pallii textu coopertum haberent. Hanc pallii duplicationem Crateti quidam, alii Antistheni, nonnulli Diogeni adscripserunt. Inde Diog. Laert. 6, 22. τρίβωνα διπλώσας πρῶτος διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. Hieronym. adv. Jovinian. 2. II. p. 55. H. *Refert Satyrus, qui illustrium virorum scribit historias, quod Diogenes pallio duplici usus sit propter frigus.* Varr. Sat. Menipp. 81, 20. *Diogenem postea pallium solum habuisse et habere Ulixem meram tunicam* etc. Errant igitur, qui ut *Sanadonus* **), *Doeringius duplicem pannum* pro crasso et vili habent, erravit hic in eo quoque, quod adjectam vocem *patientia* satis ostendere dicebat, sermonem esse de pallio corpori admodum gravi et molesto. Non meminerat igitur illius vocis apud Lucian. Cynic. 1. τουοῦτον δὲ

*) Secutus sum *Salmasium* ad Tertull. de Pall. 5. p. 396 sqq., a quo non multum abhorret *Becker* Charikl. II. p. 325., quibuscum conf. Solan. ad Lucian. Cyn. 1. IX. p. 438 Bip. Rader. ad Mart. 4, 40 (53), 5. Fr. Jacobs. ad „Griech. Blumenlese“ 5, 28. p. 337. Schmid. ad Juven. 4, 76. p. 360. De *Batteuxio*, qui hic Antisthenem intellexit, vide *Feam.*

**) *Sanadono* praeivit Palmerius in Spicil. 15. ap. Gruter. IV. p. 879. Ceterum non omni ex parte huc faciunt loci, ut Virgil. Aen. 5, 421. (ib. Serv.) *duplicem ex humeris rejecit amictum* et Nepot. Datam. 3, 2. *agresti duplici amicula circumdatus.*

ὁποῖον ἂν πορισθείη ῥᾷστα καὶ τῷ πτησαμένῳ πράγματα ὡς ἐλάχιστα παρέχον· τοῦτον γὰρ ἀρκεῖ μοι, neque Tertulliani de Pall. 5. *At enim pallio nihil expeditius, etiamsi duplex, quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur. Pannus* autem ut res vilior *chlamydi* v. 31. opponitur; sic apud Graecos χλαμὺς et ῥάκος contraria sunt, vid. *van Heusde* in Stud. critt. in C. Lucil. p. 299. et de *panni* usu *Schmid.* ad h. l. coll. Heins. ad Ovid. Fast. 2, 572. O. Jahn. ad Pers. 4, 21. In rem Lucian. l. l. 5. Ἔτι δὲ ἱμάτιον φορεῖς οὐδὲν ἐπιεικέστερον ἀκλήρου. Ibid. 17. Οὐκοῦν τό γε ἐμὸν σχῆμα τοιοῦτόν ἐστιν, — — τρίβωνα ἔχειν etc. Diog. Laert. 4, 51. et Stallb. ad Plat. Phaed. 9. p. 48. D. De sententia *D. Heinsii* Poeta Cercidae in Meliambis lepidissimum versiculum respexit (Diog. Laert. 6, 76): Ὁ βακτροφόρας, διπλοσείματος, αἰθερισβόσκας. At in re notissima quis est, qui pro comperto habeat, quid expressum sit! — V. 26. *vitae via conversa*, i. e. mutata ut A. P. *Conversis studiis aetas animusque virilis.* Ceterum *vitae via* ut Juv. 18, 103. et infra 18, 103. *semita vitae.* Lucret. 2, 10. *viam palanteis quaerere vitae.* Cic. de Fin. 5, 6, 15. *vitae via.* Id. pr. Sest. 67, 140. de Offic. 1, 32, 118. Parad. 5, 1, 5. Tacit. Ann. 1, 54, 3. (ib. Rupert.) *morum via.* Delect. Epigr. gr. 4, 109, 4. Ἔδειξας — ζωῆς οἶμον ἀλαφροτάτην. Aeschin. Socr. Dial. 3, 8. ἡ τοῦ βίου ὁδός. Thucyd. 1, 122. ὁδοὶ τοῦ πολέμου. Conf. interpp. ad Act. Apost. 14, 16. Epist. Jacob. 1, 8. 5, 20.

V. 27 — 29. *Alter purpureum* etc. In sententiam Diog. Laert. 2, 67. διό ποτε Στράτωνα, οἱ δὲ Πλάτωνα, πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, Σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος. Plutarch. de Fortit. et Virtut. Alexand. VII. p. 306. Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικόν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον. Lucian. Bis Accus. 23. ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ (Ἀρίστιππος), ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων καὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν μύρων. Max. Tyr. 7, 9. p. 26. Dübn. Ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδι ἀμπισχόμενος καὶ μύροις χριόμενος οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει. Tertull. Apol. 46. *Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.* — V. 29. *Personam feret* etc. Ita Liv. 3, 36, 1. *Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit.* Cic. Tusc. 5, 26, 73. *Epicurus tantummodo induit personam philosophi.* Cic. in Pison. 29, 71. *Philosophiam qui profitetur, gravissimam mihi sustinere personam profitetur.* id. pr. Mureh. 3, 6. pr. Sull. 3, 8. de Offic. 1, 28, 97. 30, 107.

32, 115. Epist. ad Divers. 7, 33, 6. Teles ap. Stob. 5, 67. *Δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν ὅτι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς· οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ὅτι ἂν περιθῇ ἡ Τύχη* *). Ab explicatione Scholiastae Cruq.: „et pauperis et divitis" non admodum abhorret *Campenon:* „Courtisan ou philosophe, il saura soutenir l'un on l'autre personnage." Incommode autem *Doeringius:* „Aristippus, *iter facturus*, non desiderabit amictum splendidum."

V. 30 — 32. *Alter Mileti* etc. Cum narratiuncula a Schol. Cruq. hic fusius memoriae prodita et sine dubitatione ex ipsis Horatii verbis efficta similem comparat *Fr. Jacobsius* (p. 90) ex Sereno apud Stob. Florileg. 5, 46. p. 66. haustam, in qua quidem Diogenis partes Platoni datae sunt. Neque mirum; eandem enim, quod fugit viros doctissimos, rerum conditione paululum immutata enarrat Diogenes Laertius 2, 77. *Mileti* autem *texta chlamyde* antiquis temporibus nil pretiosius, vid. quos laudant Voss. et Forbig. ad Virg. Ge. 3, 306. Hartmann: „die Hebräerin am Putztische" I. p. 364. et III. p. 125. coll. Rader. ad Mart. 8, 28, 10. Inde Maxim. Tyr. 3, 10. *μνησθήσεσθαι Μιλησίων τῶν εὐειμονωτάτων.* Verba *cane pejus et angui* proverbii instar de rebus odiosis, quas fugimus quam maxime, dicuntur. *Erasmus* in Adagg. 2, 9, 63. canem rabientem sentit; esto! Mira autem est *Badii Ascensii* explicatio, qua „color purpureus canibus et anguibus invidiosus esse creditur." At confer Plaut. Merc. 4, 4, 20. *Nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeras Te odisse aeque atque anguis.*. Terent. Phorm. 4, 4, 25. *monstra* dicit *evenisse*, quod *Introiit in aedis ater alienus canis: Anguis in impluvium decidit de tegulis.* Adde de vitando serpen-

---

*) Similitudo a scena petita (18, 14. A. P. 316. Sat. 1, 9, 46. Cic. de Offic. 1, 31, 114. pr. Rosc. Com. 7, 20.) antiquis scriptoribus usitatissima. Exemplis vitam vel bene vel male peractam cum fabula comparantibus a *Fr. Jacobsio* (V. p. 90. 360 sqq.) allatis adde Senec. Epist. 77. 80. Epictet. Fragm. 174. ed. Dübn. Lucian. Menipp. 16. Icaromenipp. 17. 29. Max. Tyr. 7, 10. Orell. Inscr. lat. 4813. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 251. Ott. ad Cic. Cat. maj. 18, 64, 8. 19, 70, 13. Rupert. ad Juv. 14, 264. Ex hac frequenti comparatione explicandus quoque est ille *minus vitae Augusto commode respondus* (Suet. Octav. 99.), quem perperam in malam partem interpretatus est *Wielandius* ad Epist. 2, 1. (p. 10. ed. Lips. 1816); sed vide *Fr. Jacobsium* l. l. coll. *Loebell*, V. Cl., in *Raumeri* „Historisch. Taschenbuch" V. p. 238., nostr. ann. in Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1834. p. 911. *Drumann.* IV. p. 293. Erasm. Adagg. 1, 2, 35. p. 73.

tium veneno pestifero Mitsch. ad Od. 1, 8, 8. Forbig. ad Virg. Ecl. 8, 98. Rader. ad Mart. 3, 33 (44), 7. coll. Wüstem. ad Theocr. 15, 58. Halm. ad Cic. in Vatin. 2, 4. p. 41., de *canis* et *serpentis* intercursu inauspicato Mitsch. et Lübk. ad Od. 3, 27, 2 — 4. Ruhnk. ad Terent. loco paulo ante laudato, Casaub. ad Theophr. Char. 16, 1. p. 177. 180. coll. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 470. Cort. ad Lucan. 1, 548. Gies. ad Cic. de Divin. 2, 28, 62. itemque de timendis canibus ante januas vel catena alligatis vel ad parietem cum inscriptione: *cave canem!* pictis vid. Rader. ad Mart. 11, 17 (33), 4. Passov. ad Pers. I. p. 339. Oehler. ad Ter. Varr. Sat. Menipp. XIV. p. 105. coll. Becker. Gall. I. p. 76. et de anguium imagine ad deterrendos a quodam loco homines vel appicta vel apposita Pass. l. l. p. 342. et O. Jahn. ad Pers. 1, 113 *). At quicquid est, ineptit *Baxter* proposito parricidarum culeo recte castigatus a *Gesnero*, quum ei illud Theophrasti [1, 4] ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις apposite ingereret. De vitata chlamyde *Orellius* laudat Epict. Diss. 1, 24, 7. τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι λέγει, ὅτι κρεῖσσον ἐστι πάσῃ περιπορφύρου. — V. 31. *morietur frigore, si non* etc. Ne dicam de *Cruquii* explicatione, cui *frigus* hic tam ad animum pro stupore, metu, ineptiis, quam ad corpus pertinere videtur, mea quidem sententia potius philosophi describitur **) stultitia, quam „obstinatio animi," quam quidem *Rappoltus* sentit. Ita Cynicus ille ap. Lucian. 17. κἀγὼ μὲν ἱκανὸς καὶ ξίγους ἀνέχεσθαι καὶ θάλπος φέρειν etc. Eodem redit vox *sine vivat ineptus*, quod ἀκρόστιχον a Persio 5, 175. imitando expressum opinatur *Casaubonus* p. 553. Similem sententiarum ordinem irrisionis plenum indicavimus ad 16, 69. In sententiam ipsam Lucian. ibid. 5. τὸ δὲ πάντων τούτων ζῆν ἀπεστερημένον, ἄθλιον μὲν — — — πολὺ δὲ ἀθλιώτερον, εἴ τις

*) Verbum *pejus* est nostrum „ärger als" ut Od. 4, 9, 50. *Pejusque leto — timet.* Plaut. Most. 1, 3, 133. *Pulchrum ornatum turpes mores pejus coeno collinunt.* Cic. Epist. ad Div. 7, 2, 5. *oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium.* Id. Phil. 11, 5, 12. *quo neminem veterani pejus oderunt.* Brut. Epist. ad Cic. 16. *dum servire et pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis.* De constructione *cane pejus* (qualis est Od. 1, 12, 13.) vid. aan. ad 14, 23. et Gossr. ad Virg. Aen. 1, 15. *Vitandi* verbo contrarium est *petere*, vid. Hanth. ad. Pers. p. 399. coll. van Heusd. ad Sat. 1, 9, 34. Doederl. Syn. VI. p. 57.

**) *Düntzer* (V. p. 301): „Irrig bemerkt *Orelli* zu *ineptus*: Cynici ridet rusticitatem ac proterviam."

αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστεροίη πάντων τῶν καλῶν· μανία τε ἤδη τοῦτο γε σαφής et Epicuri praeceptum apud Diog. Laert. 10, 119. τὸν σοφὸν — οὐδὲ κυνιεῖν — οὐδὲ πνωχεύσειν. Vim autem ac naturam exempli Diogeniani in Scaevae sinistram agendi rationem sinistre derivat *Haberfeldus*.

V. 33 — 35. *Res gerere — laus est.* Sententiae a v. 13 — 17. propositae annectitur usque ad v. 42 haecce: „Ad illam autem potentiorum amicitiam parandam ac tuendam non temerario opus est studio, quod, quo difficilior res ipsa est, quam assequeris, eo majorem laudem habet.“ Alii aliter *), ut *Wielandius*, quum v. 36 sq.

---

*) *Cruquius*: „Quandoquidem supra concessit Epicureis, non omnino infelices eos esse qui latendo vixerunt; hic ex opinione Stoicorum demonstrat eos esse felicissimos et ad deos accedere proximos, qui reipublicae administrandae totos se devovent, fortitudineque patriam tutantur.“ *Torrentius* ea quae sequuntur, „ne quis difficultate rerum magnarum terreatur,“ adjuncta videt hac sententia: „Non ideo quod summa te posse consequi desperes, quale est Romae triumphasse, conquiescendum videri. Nam aliquo saltem perventurum: et qui inter principes esse nequeat, principibus tamen placere non parva cum laude posse; quum etiam qui audet tantum, laudari debeat.“ *Rappoltus*: „Continuat Dialogum et in reliquis argumentis: ut quum in eo, quod *ab honesto et facili* petit, Scaevam aut alium adversarium exaggerare facit difficultatem vitae activae vel Politicae, quod *Res gerere — tentet:* eique Aristippum aut alium respondere fingit, pulchrum tamen esse, si ipse res illas arduas gerere, aut inter principes esse non possis, Principibus tamen ob merita in Rempublicam placuisse. Quumque hoc quoque alter difficile esse perhibuisset, alter meticulosis et ignavis tantum difficile esse respondet: strenuis, fortibus et industriis nequaquam; qui non prompte tantum ad res arduas hujusmodi aggrediantur, sed jure quoque suo honores inde ac dignitates sibi poscant.“ Ad nostram magis sententiam accedunt quanquam non omni ex parte *Dacerius* et *Sanadonus*. Contra *Janius*: „Es giebt verschiedne Mittel, wie man in der Welt anständig leben kann; aber einer der verwerflichsten Wege, zu Ansehn zu gelangen, ist der, die Gunst der Grossen sich zu erwerben. Es ist dies nicht die Sache eines jeden; wer es aber ausführt, verdient sein Lob dafür.“ *Fr. Jacobsius* ratione interpretationis *Doeringianae* habita, qua „Horatius his omnibus Scaevae gnavum studium, quo potentiorum colligenda esset gratia, commendasse dicitur,“ sic p. 76. pergit: „Nicht also soll das, was der Dichter hierüber sagt, (33 — 42), dem Scaeva rüstigen Eifer empfehlen, um die Gunst der Mächtigen zu werben, sondern im Allgemeinen, was mancher bezweifeln mochte, die Unverächtlichkeit eines solchen Bestrebens darthun. Dass äussere Vortheile des Lebens dabei gesucht werden, wird nicht geläugnet; die Kunst ist, dieses mit Anstand und Würde zu thun; und diesem Zwecke sind die angefügten Lehren angemessen.“

„qui aliquid efficere se posse desperet, rem moliri desinat“ praecipi censet, ut *Haberfeldus*, quum v. 33 — 35 „ex summo ac paene divino honore, quo viri principes mactentur, in eorum amicos quoque aliquid splendoris redundare ac quasi refulgere“ dici existimat. At hi versus, si quid ego video, hoc fere significant: „Etsi laus viris principibus placuisse non summa est, quippe quae illis ipsis propter res fortiter gestas contingat, tamen eam utpote in illorum existimatione ac judicio tuarum virtutum positam pro permagna habebis.“ Liberiore autem enunciatorum compositione Poeta viros summo loco collocatos, ut Augustum, Agrippam, Tiberium, sua ipsius laude ornavit. Paulo aliter *Bothius* ad Feam, quem conf. p. 186. *Res* autem *gerere**) h. l. non est, „rempublicam in persona togati administrare,“ quod quidam intelligi malunt, ut *Landinus* et *Düntzer*, sed „rebus bellicis fortiter tueri, augere, ad summam gloriam evehere.“ *Res urbanas* utpote bellicis confusas eisque natura inhaerentes nemo erit, qui excludat; sed Poetae erat, summam rei tangere. Cicero enim pr. Muren. 9, 22. *rei militaris virtus*, inquit, *praestat ceteris omnibus*. Adde Offic. 1, 22, 74. 2, 13, 45. coll. 1, 18, 61. Inde descriptio pompae triumphalis: *captos ostendere civibus hostes;* vid. Schm. ad 2, 2, 191 — 93. Mitsch. ad Od. 2, 12, 11. Beier. ad Cic. Offic. 2, 8, 28. Loers. ad Ovid. Trist. 4, 2, 20. O. Jahn. ad Pers. 6, 46. *Düntzer* comparat Lucret. 5, 1126. — V. 34. *Attingit solium Jovis* (Virg. Aen. 10, 116. Ovid. Met. 8, 273. Fast. 6, 188. Stat. Silv. 3, 1, 25. Theb. 1, 203. Cic. de Rep. 3, 8. Petron. 51. Sueton. Calig. 57.) i. e. divinum quiddam est ut Od. 1, 1, 6. 36. 3, 3, 10. coll. Car. Pass. N. 70. et *coelestia tentat* cum notione rei arduae, ut Od. 1, 28, 5. 3, 2, 12. coll. Lactant. Inst. 1, 18, 8.— 16. Sil. Ital. 15, 100. Barth. ad Claud. in Rufin. 2, 2. Hinc Hieronym. ad Jovinian. 1. II. p. 38. F. *militaris gloria triumphusque novae gentis consecrat.* Coelestis enim majestatis imaginem triumphum veteres Romanos esse voluisse constat, conf. O. Müller. „Etrusker“ 2, 218. I. p. 372. —

---

*) Porphyrio: „*Res gerere* scilicet magnas.“ Varr. L. L. 5. p. 72. (6, 77. M.) *Contra imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est sustinet.* De discrimine, quod *Chabotius* hujus loci non immemor ad Od. 1, 6, 3. inter formulas *rem* et *res gerere* fecit, disputant *Bentlejus* ibid. et *Drakenb.* ad Liv. 10, 43, 6., quibuscum confer *Seyffertum* ad Cic. Lael. 17, 61. p. 385. De simili formula *rempublicam gerere* vid. Kritz. ad. Sall. Jug. 100, 5. Fabr. ad Liv. 22, 25, 6.

V. 35. In sententiam Vestrit. Spur. 1, 4. *Contemnit placitus nobilibus viris, Soli qui Sapientiae — — senium dicat* (ib. Wernsd.), Plin. Epist. 4, 8, 1. *gravissimi Principis judicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est. — non ultima laus est* non quidem, ut praeeunte *Piscatore Lubinus* interpretatur, „suo jure ac merito prima," sed magna, permagna, ut v. 29. *non inconcinnus*, 7, 17. *non invisa munuscula*, 7, 52. *non laeve*, Od. 1, 14, 18. *curaque non levis*, 1, 15, 26. *Non auriga piger*, 18, 8 *Sithoniis non levis*, 24, 17. *Non lenis precibus fata recludere*, 28, 14. *non sordidus auctor*, 3, 19, 2. *non timidus*, Epod. 1, 10. *non molles viros.* Ita Liv. 30, 30, 4. *Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum fuerit.* Ovid. Am. 3, 9, 68. *sit humus cineri non onerosa tuo*, i. e. levis *).

V. 36. *Non cuivis — Corinthum.* Graeci teste Sotione apud A. Gell. 1, 8. sic efferunt: *Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς*, quod festiva imitatione de scurra dicit Nicolaus ap. Stob. I. p. 273. Tchnz. *Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς.* Proverbium illud de difficultate rei cujusdam usurpatum (Erasm. Adagg. 1, 4, 1. Zellii „Ferienschriften" II. p. 44) qua ratione modoque in ora hominum venerit difficile dijudicatu est, quapropter rem (de qua erudite disputant *Schmidius* et *Orellius*) in medio relinquemus, modone eam cum *Rappolto* ad expeditionem bellicam a Mummio Corinthum susceptam, aut cum *Rupertio* (ad Juv. 8, 112.) ad voluptatem et mollitiem Corinthiorum referus, aut Poetae sententiam hac *Doeringii* turbes explicatione: „non cuivis homini, sed *ditioribus* tantum vel majora strenue et graviter tentantibus" etc., quum ille hoc indicet: „in potentiorum amicitias sese insinuare res ardua est virique non ignavi, sed fortiter agentis." Plus aequo autem argutatur *Haberfeldus*, quum Scaevam aditum ad potentiorum et limina et familiaritates pro re non admodum difficili habuisse et sibi et aliis persuadet.

V. 37. 38. *Sedit — viriliter?* „De homine ignavo, qui molestiis et incommodis deterritus rem non suscipit, amplius loqui

*) De hac negativa dicendi ratione, quam litoten vel *μείωσιν* vocant, vid. Bentl. et Heind. ad Sat. 2, 3, 158. Dillenb. ad Od. 1, 1, 19, 3, 26, 2. Obbar. ad Od. 1, 14, 18. Hertzb. ad Prop. 2, 1, 58. 20, 24. Drak. ad Liv. 30, 45, 5. Müll. ad Cic. de Or. 1, 25, 115. Seyff. ad Cic. Lael. 26, 99. p. 543. Kritz. ad Sall. Cat. 3, 1. Fabr. ad Liv. 22, 26, 4. Voss. Inst. orat. 4, 10, 8. p. 183. Zumpt. Gr. lat. §. 754.

omitto; at qui — ". Sic formulam *esto*, *εἶεν*, interpretari malo, quam cum aliis: „per me licet, meinetwegen," vel „recte facit, quod quum animus ei desit, rem arduam non molitur." Quapropter non prorsus assentior *J. Merkelio:* „Wer am Gelingen verzagt, bleibt lässig zu Hause — er mag es"*). *Sedit* de eo, qui cessat, otio vel fruitur vel languescit, hic apposite ei opponitur, qui Corinthum adiit. Val. Flacc. 6, 486. *Tu thalamis ignava sedes, tu sola paterna Fixa domo?* Hieronym. ad Marcell. 20. I. p. 86. B. *Sedere aptum est otiosis, in sacco jacere poenitentibus, calices habere potantibus.* Phalarid. Epist. 7. ἐξὸν σχολὴν ἄγειν καθεζόμενον καὶ μὴ θερμοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων. Alia vide ap. Schmid. et Orell. ad h. l. Ruhnk. ad Ovid. Her. 8, 21. Forbig. ad Virg. Aen. 9, 4. Halm. ad Cic. pr. Sest. 15, 33. — V. 38. *Quid*, —**) *pecitne viriliter?* i. e. *ἀνδρείως*, etenim non incommode Cicero Tusc. 5, 24, 68. *tardis enim mentibus virtus non facile comitatur.* Conf. Aristot. Ethic. Nicom. 2, 2, 7.

V. 39 — 41. *Atqui Hic est — et perfert.* Sententia: „Atqui in hoc uno et solo, i. e. in strenue agendo res omnis, de qua agitur, posita est." Locum paulo immutavit imitator Persius 5, 174

---

*) De illa transeundi formula dixi ad 1, 80. Conf. Both. ad Sat. 2, 2, 30. ed. Gesn. Wüstem. ad 2, 3, 65. et, quem laudat *Stallbaum* ad Plat. de Rep. 1, 15. p. 49., *Reisig.* in Comm. exeg. ad Sophocl. Oed. Col. 1303. Ad nos proxime accedit *Baxter:* „sit ut libet; de hoc nihil pronuntio." Contra *Dacerius*, quam *Sedit — succed.* verba eorum esse credit, qui vitam otiosam excusare velint, Horatium quasi dicentem facit: „voila qui est bien", hac annotatione: „Horace reçoit l'excuse qu'on lui donne, car elle lui est favorable, et sert à son dessein. En effet si la crainte de ne pas réussir vous a fait renoncer à la vie active, il s'ensuit de là necessairement que celui qui a eu le courage de l'embrasser, et qui a réussi, merite plus de louange que vous." *Bothius* quoque apud Gesn. excusationem hic videt Cynicorum et Epicureorum a rebus gerendis abstinentium. *Jam. Tunstallus Non cuivis — succederet* respondentis esse ait. Cum *Dacerio Zurckius* facit hisce verbis: „Concedit timidos et verecundos istos non male facere. At nonne qui — laudabiliores sunt?" Ceterum dubito quoque de *Bothii* explicatione: „*Sedit*, sedere solet."

**) *Lambinus:* „fecitne fortiter, an non?" Est potius: *nonne fecit?* ut Epod. 4, 7. *Videsne — Ut ora vertat hue et huc euntium Libertinus indignatio?* Sat. 2, 7, 61. *Estne marito — justa potestas?* ad quem locum vide Heind. et Wüstem. coll. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 123. Beier. ad Cic. Offic. 3, 17, 68. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 12, 35. Halm. ad Cic. in Vatin. 15, 35. Hand. Tursell. IV. p. 74. Madvig. Gr. lat. §. 462. a.

(ib. Casaub. p. 553.) *Hic, hic, quem quaerimus, hic est, Non in festuca* etc. Cave autem, ne notissimam formulam: *quod quaerimus* (Cic. de Offic. 1, 4, 14. 31, 110. Tusc. 5, 38, 110. de Fin. 5, 12, 34.) cum *Doeringio* in hanc detorqueas sententiam: „atqui ea, quae quaerimus et assequi studemus, unice hoc ipso viriliter tentandi omnia studio, aut nusquam, reperiuntur aut impetrantur" etc., aut cum *Wielandio* et *Wetzelio**) sententiam haud obscuram hypothetica quadam explicandi ratione obscures. — V. 40. *Hic onus — Hic***) *subit et perfert.* In alterutram enuntiati partem faciunt A. P. 39. 40. Senec. de Tranq. an. 5. *Debet enim semper plus esse virium in latore, quam in onere. Necesse est opprimant onera, quae ferente majora sunt.* Id. Epist. 108. *Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quam cui sufficere debemus.* Mart. 12, 99, 8. *Qui sua metitur pondera, ferre potest.* Hieronym. Epist. ad Heliod. 8. I. p. 14. C. *Grandes materias ingenia parva non sustinent, et in ipso conatu ultra vires quae succumbunt.* Dicitur autem *corpore majus* ut Aristot. Meteor. 1, 10. καθάπερ φορτίον φέρουσα πλέον — ἢ καθ' αὑτήν et Sophocl. Trach. 1018. (1027) τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει ἢ κατ' ἐμὰν φάμαν. Conf. infra 20, 21. Ad dictionem *onus horret* cf. Cic. Tusc. 5, 30, 85. *imbecillius horrent dolorem et reformidant.* Ovid. Amor. 2, 11, 25. *ventos horret*

---

*) Transscribere huc libet *Wetselii* interpretationem, ut quantis difficultatibus obnoxius sit locus elegans, quivis intelligat: „Atqui si illic (Corinthi, in gratia principum, sive regum 43, i. e. amicorum majorum cl. Ecl. 1, 7, 37), aut nusquam alibi, quod quaerimus, inveniri potest (si haec sola et una vitae beatae comparandae via datur); nonne hic, qui ignavus, timidus itinerisque difficultatibus deterritus remanet, satis ipse declarat, se illud iter non suscepisse, cui ferendo et corpus et animus sit impar? Alter contra, qui pervenit, nonne — dignus est, qui et praemiis et honore ornetur?"

**) *Hic — Hic* pro alter, alter. Exemplis ex Horatio aliisque scriptoribus ad 7, 58. p. 282 allatis adde Sat. 1, 2, 42. 43. Epist. 2, 2, 68. Ovid. Met. 12, 56. *hi vacuas implent sermonibus aures; Hi narrata ferunt alio.* Id. Trist. 5, 10, 24. Stat. Theb. 8, 454. *hunc laudat — Juppiter, hunc — miseratur Apollo.* Mart. 11, 81, 3. 6. Flor. 4, 12, 52. Auson. Ord. nob. urb. 1, 5. et quos laudant Forbig. ad Virg. Ecl. 4, 56. Aen. 10, 10. Peerlkamp. ad 9, 572. Similiter *huc et huc* Epod. 4, 9., *hinc et hinc* ibid. 2, 31. (Dillenb.) Sillig ad Virg. Cul. 148. Gossr. ad Aen. 1, 162. Hand. Turs. III. p. 87. 106., *hinc* et *hic* Od. 1, 34, 14 — 16. coll. Fabr. ad Liv. 21, 8, 8. Adjectivum autem *parvis animis et parvo corpore* bis positum ut Od. 1, 32, 11. *nigris oculis nigroque capillo.* Sat. 1, 6, 73. 2, 3, 184. Epist. 1, 16, 10. 14. A. P. 37. 293. Conf. *J. A. Volgt.* Nug. grammat. partic. I. p. 15.

iniquos. Vid. Herzog. ad Caes. B. G. 1, 32. Fabr. ad Liv. 21, 53, 2. coll. infr. 18, 11.

V. 41. 42. *Aut virtus — experiens vir*. Sententia, de qua ambigunt interpretes, haec est: „Aut virtus ut merus verborum sonitus plane non expetenda, aut eam honor et praemium*) sequatur necesse est, ita ut qui difficilia molitur et magna, summa laude dignus sit.“ Postrema alii v. *pretium* prementes sic immutant: — „ita ut incitato studio sibi parandae principum virorum benevolentiae prosperrimus eventus utpote praemium viro dignum respondeat.“ Atque haud scio an *Vossius* in hanc alteram partem verterit: „Oder mit Recht siegpranget, wer mannhaft wagt und hinausführt.“ Quanquam hic *virtus* sensu Romano accipienda est, tamen sententia altius quiddam attingit, ut Cic. de Rep. 3, 28. *Vult plane virtus honorem, nec est virtutis alia merces; quam tamen illa accipit facile, exigit non acerbe* etc. Id. de Or. 3, 26, 102. *Nam sapiens virtuti honorem, praemium, haud praedam petit*. Id. pr. Planc. 25, 60. Claud. de Cons. Flav. Mal. Theod. 1 — 8. *Ipsa quidem virtus pretium sibi — Attamen in vitam blande vestigat et ultro ambit Honos*. Liv. 26, 48, 11. *detestabili exemplo rem agi, quippe ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis*. Aristot. Eth. Nicom. 4, 3, 15. *Τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμὴ καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς*. Ibid. § 10. coll. 1, 9, 3. et Beier ad Cic. de Offic. 1, 19, 65. Contra *Torrentium*, cui approbante *Rappolto* Flaccus ridere videtur praedurum illud Stoicorum dictum: *ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετή*, ingeniose disputat *Wielandius* N. 6. In alteram partem peccat *Cruquius*, quum v. 39. „gloriam et honorem esse in agendo fortiter, contra Epicureos, qui cuncta dicant ad voluptatem referenda quae faciamus, per subjectionem illatum“ dicit. Ad v. **) *nomen inane* cf.

---

*) *Orellius* sic: „Aut fatendum est, falsa opinione, non re, niti virtutem, aut, si ejus pretium ultro agnoscimus, propter eam difficillima quaeque et perpetranda et toleranda sunt, quibus arduis atque vera laude dignis inceptis annumerandum censeo, si quis non vili adulatione, sed magnis meritis principum virorum benevolentiam ac favorem sibi parat.“ Recte improbat *Düntzer* p. 479., recte quoque *J. Merkel*: „nur nichtiger Schall ist die Tugend, Oder mit Recht spricht an der Entschlossene Ehre und Kampfpreis.“ Contra *Piscator*: „honorem tanquam pretium.“

**) Faciunt huc imprimis contraria, qualia sunt *nomen*, *verbum* et *res*, *λόγος* et *ἔργον*, de quibus disputant Schmid. ad h. l. Duk. ad Flor. 4, 7, 11. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 10, 6, 5. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 35. Jacob. ad

Ovid. A. A. 1, 740. [coll. Heins. ad Amor. 1, 8, 64.] *Nomen amicitiae, nomen inane fides.* Lucan. 2, 342 (ib. Cort.) *da tantum nomen inane Connubii*, ibid. 5, 389. *nomen inane Imperii rapiens.* Sidon. Apollin. Carm. 7, 250 (ib. Savar.) *pacis fallentes nomen inane.* Boeth. de Consol. phil. 2, 4. p. 26. *si te hoc inane nomen fortuitae felicitatis movet.* Symmach. Epist. 2, 52. *Nos legum inane nomen vocamus.* Ambros. de dignit. sacerd. 3. *nomen congruat actioni et actio respondeat nomini; ne sit nomen inane et crimen immane.* In sententiam vide similia ad 6, 31. *Freinshemius* ad Flor 4, 7, 11., quocum facere videtur *Drumannus* (IV. p. 44. N. 61), Poetam hic nota illa Bruti morientis verba apud Dion. Cass. 47, 49. Zonar. 10, 20. al. respexisse opinatur. — V. 42. *experiens vir*, non „usu peritus" vel rerum multarum peritus et prudens", ut explicant *Lambinus* et *Chabotius*, sed vir promptus et audax („unternehmend") ut Ovid. Met. 14, 159 (ib Bach.) *comes experientis Ulixei.* Id. Amor. 1, 9, 32. Cic. pr. Cluent. 8, 23. *A. Aurius vir fortis et experiens.* Id. in Verr. 3, 21, 53. Liv. 6, 34, 4 (ib. Drak.). *ne ulli viro acri experientique animus esset.* Qui *recte* interpretantur: „recta via," conferant Ruhnk. ad Terent. Andr. 4, 4, 24.

V. 43 sqq. Jam Poeta viro, qui honorifice principum amicitias consecutus est, vile illud hominum genus opponit, qui summis illis viris mendicantium modo adhaerent et, quum quaedam praecepta pudoris, modestiae, prudentiae quasi ludendo tradit, ad illud *quo pacto deceat majoribus uti* non sine festivitate sermonis redit. Aliorum de hoc loco hariolationes vide apud *Düntzerum* p. 480 sq. At ne quis Scaevam in hac re lapsum sibi persuadeat, impedient observata ad Epist. 11. p. 95. et 16. p. 293., quapropter dissentio a *Fr. Jacobsio* V. p. 76. Quae in Pronomine *rege suo* **) inest notio tum proprii et singularis usus, tum blandientis obsequii et ob-

---

Lucian. Tox. 35. p. 114. Grauff. ad Lucian. Somn. 7. p. 140. Hinc Lucian. de philosophis in Parasit. 43. οἱ περὶ τῆς ἀνδρίας ὀσημέραι διαλεγόμενοι καὶ καταιρίβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα.

*) De Pronominis *suus* singulari usu vid. Drak. ad Sil. Ital. 8, 122. 12, 33. Bach. ad Ovid. Met. 8, 873. Forbig. ad Virg. Ge. 4, 190. Aen. 4, 633. Haase ad Reisig. „Vorlesungg." N. 384. Sic emphatice *tuus*, *noster* etc. Peerlk. ad Od. 3, 7, 10. Obbar. ad Od. 1, 15, 32. Orell. ad Sat. 2, 6, 48. O. Jahn. ad Pers. 1, 68. et quos illi laudant; de appellatione *regis* vid. ad 7, 37. et O. Jahn. ad Pers. 1, 67.

servantiae vel e mente venerabundi clientis vel ipsius Horatii explicanda eos fugit, qui *sua* scribi maluerunt. Ita Plaut. Captiv. 1, 1, 24. *postquam meus rex est potitus hostium.* Mart. 2, 18, 5. *Sum comes ipse tuus tumidique anteambulo regis: Tu comes alterius* — Id. 4, 40, 9. *serum est alium mihi quaerere regem. Fea* commode laudavit Colum. R. R. praef. 1, 9. *An honestius dixerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum somniumque regis sui inaugurantis?* Plaut. Stich. 3, 2, 1. *Libros inspexi; tam confido quam pote est, Me meum obtenturum regem ridiculis meis.* — V. 44. *distat — rapias*, i. e. regi tuo impudenter petendo extorqueas. Ita Hieronym. Epist. ad Eustoch. 22. I. p. 93. G. *Si pulvillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domesticae supellectilis, laudat, miratur, attrectat et se his indigere conquerens non tam impetrat, quam extorquet, quia singulae metuunt veredarium urbis offendere.* Ammian. Marcell. 16, 5. *Rapere, inquit, non accipere sciunt agentes in rebus.*

V. 45. *Atqui rerum — hic fons.* „Atqui haec erat totius rei pars maxima et praecipua, haec origo, nempe rem suam bene gerere, locupletari et ditari.“ Sic *Lambinus*, quocum fere faciunt *Torrentius, Piscator, Fr. Jacobsius* (p. 86), *Orellius, Düntzer*, alii, ita ut vv. *caput hoc* ad vv. *plus ferent* referantur et *distat — rapiat* per ἐπεξήγησιν interposita existimentur. [„Quum possis ab amico sumere pudenter, certe non debes recusare?! Nam huc omnes actiones referendae sunt, ut ditescas et suaviter e divitiis vivas.“ *Piscator.*] Alii (quibus ipse olim in ed. *Schmidii* assensus sum), ut *Schol. Cruq., Cruquius, Lubinus, Desprezius, Dacerius, Doeringius* verba interposita pro praecepto habent cum ditioribus amicis patronisque decenter versandi, id quod *modestia*, i. e. pudenter sumendo dona, non poscendo fiat. Aliam jam fieri enunciatorum compositionem facile apparet *). Quid, quod *Haberfeldus* ipsum modum et

*) *Jam. Tunstallus* sua interrogative distinguendi ratione hoc effici vult: „Coram rege suo plus feret Aristippus tacens, quam Cynicus poscens? Atqui si hoc concedas, concedis quod quaeritur.“ Recte autem *Bothius* ironice dictum putat, quasi non aliam ob causam potentiores a quoquam expetantur, quam ut ab iis inventur donaque accipiant. At quod *erat* pro *est* ad Epod. 17, 60. dici opinatur, in eo lapsus esse videtur. Quomodo Scaeva rem suam meliorem auctioremque efficiat, *Rappoltus* (p. 783) sex praecepta

rationem, quibus quis accipiat, significari opinatur. Ceterum *caput et fons* ex usitata formula, ut Cic. pr. Planc. 7, 18. *ad caput et fontem utriusque generis veniamus.* Id. Tusc. 4, 38, 83. *fons miseriarum et caput.* Id. de Or. 1, 10, 42. Justin. 13, 6, 11. Prudent. Hamartig. 32. Ita *principium et fons* A. P. 309. Cic. Somn. Scip. 7. Similiter Graeci: ἀρχὴ καὶ πηγή. Dorv. ad Charit. 4, 2. p. 427. Plutarch. de Adul. et Amic. Discr. VI. p. 206.

V. 46 — 51. *Indotata — invidiaeque.* Quantopere interpretes horum versuum varient sententiam, edocet *Düntzer* p. 483.; priorum quidem verborum haec est: „Quanquam sunt qui non ipsis verbis petant, tamen haud perinde agunt, ac si rem optatam flagitent.“ *Indotata soror*, quia fratri ignominiosum erat, sororem sine dote collocare. Plaut. Trin. 3, 2, 63 sqq. *ne mihi hanc famam differant, Me germanam meam sororem in concubinatum tibi Sic sine dote dedidisse magis quam in matrimonium.* Conf. *Rein.* „Röm. Privatrecht.“ p. 194. — *paupercula mater*, ut *mater misella* apud Petron. 63. Haud temere Diminutivum hic habes ut 7, 7. 10. 65. ubi vide ann. et *Reisig.* „Vorlesungg.“ § 103. ib. *Haase* N. 175 — 76. — *fundus nec vendibilis*, i. e. qui aliis non probatur, non placet, vel „qui propter sterilitatem vendi nequit“, ut recte olim *Victorius*, *Lubinus*, quorum ille laudat Cic. contr. Rull. 2, 14. de Fin. 1, 4. Brut. 47, 174, adde 76, 264. *Visellius Varro — populo non erat satis vendibilis.* Lael. 25, 96. *illius vendibilem orationem religio deorum immortalium — facile vincebat.* Ovid. Am. 3, 12, 10. *Vendibilis culpa facta puella mea est.* Sic *invendibilis* ap. Plaut. Poen. 1, 2, 128. Hinc facile eorum refellitur ratio, qui fundum ex testamenti alicujus loco non alienandum (Brisson. de Form. 7, 83.) vel fundum Italicum dotalem (Heinecc. Antiq. jur. Roman. 2, 8, 9.) vel fundum aere alieno oppressum vident. — *nec pascere firmus*, vel non sufficiens, βέβαιος, vel incertus ad vitam sustentandam, ut Terent. Heaut. 2, 3, 96. *Nihil satis firmi video;* contrarium *segetis certa fides* Od. 3, 16, 30. — V. 48. *Qui — date!* „Qui ita dicit, quasi clara voce mendicorum modo dicit: pa-

---

deinceps inculcata videt. Minime gentium! Poeta enim viro honeste et prudenter ambienti vile illud hominum genus festive opponit, ut recte dicat *Düntzer*: „Diese humoristische Entgegensetzung war um so passender, wenn Scaeva in seiner Herabwürdigung jenes ganzen Verhältnisses diese so offen vorliegende Unterscheidung ganz übersehen hatte.“

nem date!" Hanc formulam mendicorum fuisse non inepte suspicatur *Rappoltus.* — *Succinit alter.* Quum *succinere* sit, alterum praecinentem comitari (Jahn. ad Pers. 3, 20), „pulchre," ut ait Schol. Cruq., „exprimit mendicorum cantilenas, qui succinunt sibi invicem." — V. 49. „Alter igitur, quadra illa, inquit, illi soli destinata mihi quoque dividetur." Qui *findatur* scribi maluerunt, notionem certitudinis in Futuro conspicuam indeque enatam hominis impudentiam sensisse non videntur. Conf. Schmid. ad 13, 2. Lübk. ad Od. 3, 3, 6. Male *Dacerius mihi find.* pro *a me findetur* dici ratus locum sic vertit: „Donnez-moi ce pain, je lui donnerai la moitié." *Quadra**) autem pars quaedam vel fracti vel secti panis. Mart. 9, 71 (91), 17. *Libetur tibi candidas ad aras Secta plurima quadra de placenta?* Senec. de Benef. 4, 29. *Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem aeris abjecti?* Anth. Lat. 3, 185, 5. (Burm.) *poteris pistore ministro Candentis quadrae munus habere sedens.*

V. 50. 51. *Sed tacitus pasci si corvus posset* sqq. Fere hic vident auctore *Xylandro* apologum quendam Aesopium de corvo, qui crocitando prodat praedam, quo quidem fiat, ut et alii ad rapiendum veniant, quibuscum aut depugnet suam asserens aut invidia laboret nihil impertiens. Nulla tamen hujus argumenti fabella superest. Ex hoc loco autem suam *de corvo nimium loquaci* finxisse videtur elegantissimus *Desbillons* 10, 12. (II. p. 304. ed. Manhem. 1768). Apologo omisso *Diintzerus* hominem illum clamantem cum corvo tantum comparatum videt idque ea lege, quam alias Poetam sequi dicit coll. 3, 18. Adde nostr. ad 10, 5. et Orell. ad Sat. 1, 1, 58. Recte quidem; nota enim est symbolica *corvi* interpretatio, qua omne genus aviditatis significatur. Sic Sat. 2, 5, 56. *corvum deludet hiantem*, quo referendum est illud apud Aristoph. Plut. 369. *σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις.* Ita heredipetae apud Petron. 116. *corvis, qui cadavera lacerant*, comparantur; ita parasiti *κόρακες* audiunt apud

---

*) *Daru*: „*Quadra* l'assiette dans laquelle le petit peuple allait recevoir du pain aux distributions publiques. On appelait ce pain *pan. quadratus*, parce qu'il étoit partagé en quatre." Sed vide quae de *quadris* hic disputant Torrent., Rappolt. (p. 799) et Schmidius, Rader ad Mart. 6, 51 (75), 1. p. 472. Rupert. et Schmidt. ad Juven. 5, 2. Wernsdorf. et Jahn. ad Virg. Moret. 49. (ille in Poet. Lat. min. II. p. 270, hic in „Archiv f. Philol. u. Paedagog." 1836. IV, 4. p. 638.) Hinc videbis de *Schelleri* interpretatione: „Gebt auch mir ein Tellerchen ab von der theilsamen Gabe!"

Lucian. Nigrin. 22. itemque assentatores ab Antisthene *corvis* conferuntur apud Diog. Laert. 6, 4., ne tangam illud ἄπαγ' ἐς κόρακας apud Theophr. Char. 25, 3., quae imprecatio ex Epist. 16, 48. satis intelligitur. Omnino autem conf. Schwab. ad Phaedr. 1, 13. Bourd. ad Lucian. Tim. I. p. 351. Bip. Gerh. Voss. de Orig. et Progr. Idol. 3, 85. p. 1192.

V. 52 sqq. *Brundisium comes* etc. Jam alia adduntur exempla a querulitate desumpta, ut sententia sit: „Et qui queruli quavis occasione patronorum obtundunt aures et saepe de jacturis ne factis quidem, tantum abest, ut ii misericordiam moveant, ut ipsi sibi fidem vel in veris damnis derogent.“ Hinc non assentior *Orellio*, quum rei secundariae nimium tribuit hocce modo: „Sunt aliae quoque artes perversae — — — sed omnes istae astutiae parum eos juvant, quia dolorum meretriciorum nimis similes sunt.“ Alii aliter, de quibus vide *Düntzerum* p. 484. — *Brundisium — plorat.* His verbis tum asperitas vel potius durities viae Appiae (Sat. 1, 5, 6. *minus est gravis Appia tardis*) Brundisium ducentis, tum incommoda fortuita, qualia 11, 11. describuntur, *comiti* (7, 76. et O. Jahn. ad Pers. 3, 1 — 9.) potentis amici perferenda describuntur. De *Brundisio*, oppido Sallentinorum ad mare superum sito vid. praeter ceteros Strab. 6, 3. p. 49 sqq. Ἡ δὲ πᾶσα Ἀππία ἐστὶν ἐκ Ῥώμης εἰς Βρεντέσιον μίλια τξ΄ p. 51) interpp. ad Sat. 1, 5, 104. Dübn. ad Justin. 12, 2, 7. Antonin. Itiner. p. 118 sq. 119. 315. 317. 497. Amoenitas autem *Surrenti*, hodie *Sorrento*, Campaniae oppidi ad promontorium Minervae siti, imprimis celebrata est. Ovid. Met. 15, 710. *Inde legit — — Surrentino generosos palmite colles.* Sil. Ital. 5, 466. *Zephyro Surrentum molle salubri.* Stat. Silv. 2, 2, 1 sqq. Strab. 5, 4. p. 400. Mel. 2, 4, 93. Heind. ad Sat. 2, 4, 55. De utroque oppido *Sickler*. „Erklärung der 30 Bilder“ p. 29 — 30. et 26 — 27. — V. 54. *Aut cistam**) *effractam*, ut Mart. 5, 42, 1. *Callidus effracta nummos auferet arca — et subducta viat. plorat*, ut apud Graecos, sic enim Hesiod. Opp. et D. 222. κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν. Quum hic et incommoda itineris et

---

*) *Rodellius*: „Viatoriam arculam quam nos *Baku* vocamus: cujus quum hic effractae meminit etc. valde vereor, ne, ut solet, aliquem obiter sugillans irrideat, qui aliquid simile finxerit eo itinere, quod Sat. 1, 5. describitur.“ De *cista* conf. Juven. 6, 44. 3, 206. Cic. in Verr. 2, 3, 85, 197. Quintil. Inst. 8, 3, 19. *Praetextam in cista mures rosere Camilli.*

damna in eo facta inter se opponantur, jure improbabis scripturam *aut subd.* a multis et doctis viris probatam.

V. 55. *Nota ref. meretr. acumina*, ut Tac. Ann. 1, 26. *eas. dem artes Drusum retulisse* et Alciphr. 2, 1, 40. *τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα*, ubi *Bergler* hunc locum comparat. Hinc *arguta meretrix* Sat. 1, 10, 40. Apposite Epitheton earundem astutias et spoliandi amicos studium nemini non cognitum describit. Loco ex Plaut. Trucul. 1, 1, 32 sqq. a Porphyrione et Scholiasta Cruq. allato adde 2, 1, 18 — 34. Mostell. 1, 3, 128. Quintil. Declam. 14. Ovid. A. A. 1, 431 sq. Mart. 11, 50. Phaedr. 2, 2, 1 sq. ib. Rigalt. — *saepe catellam — raptam sibi flentis*, qua, si est parva catena vel monile, illis temporibus nil fuit feminis gratius, ne dicam, quam sit illa apta munditiei altero loco positae, *perisoelidi.* Ita Plin. H. N. 33, 12. *Aurum habeant feminae in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris; discurrant catenae circa latera et inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 8. p. 174. A. *saltus et insulas gracilis cervix circumfert.* Ibid. 2, 13. et Cyprian. de Habit. Virg. 16. coll. Quintil. Inst. 11, 1, 3. Lucian. Dial. meretric. 6 (7), 2. Hieronym. Epist. ad Laet. 7. I. p. 36. C. *nec collum auro et margaritis premas, nec caput gemmis oneres.* Id. ad Fur. 10. p. 53. H. *Amorem monilium atque gemmarum sericarumque vestium transfer ad scientiam scripturarum.* Id. ad Pammach. 26. p. 106. B. *Ardentes gemmae, quibus ante collum et facies ornabantur, egentium ventres saturant.* Id. ad Marcell. 25. p. 75. H. *aurum colli sui, quod quidem murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas latescente quadam ordinis flexuosi catena contexitur, absque parentibus vendidit* etc. Ita *monolium**) in arra regia apud Jul. Capitolin. in Maxim. jun. 1. Contra *Torrentius* et hic et ad Sat. 2, 3, 259. *catellam* i. e. parvulam canem, quae in deliciis sit, quales olim Melitaeae proverbio celebratae fuerint, intelligi mavult; frequentem enim in auctoribus mentionem esse, quanta cura mulierculae catellas nutrire et anxie admodum servare consueverint etc. Idem olim

---

*) Similia vide ap. Heind. ad Sat. 1, 2, 80. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 24. 349. interpp. ad Juv. 6, 457. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 654. Böttig. „Sabina" p. 405 sq. Weber in „Morgenblatt" 1844. N. 120. p. 477. Imagines talium rerum offert *Museum Etruscum Gregorianum*; Pars prima, ex aedibus Vaticanis MDCCCXLII. tab. 67 — 91.

sensit quasi antesignanus *Xylander*, quanquam eum patroni hujus sententiae fere ignorant. *Torrentium* sequuntur *Rappoltus*, *Gottschlingius*, *Wielandius*, *Consius* et ut videtur *Taubmannus* ad Plaut. Curcul. 5, 3, 14. Illi vel laudant vel laudare possunt sive in nominis formam sive in rem ipsam Mart. 1, 110. 3, 82, 19. 7, 87. 14, 198. Plaut. Asin. 1, 3, 32. Prop. 4, 3, 55. Juv. 6, 654. Petron. 64. 71. Theocr. 15, 43. Lucian. de Merced. Conduct. 34. Sympos. 19. Philops. 27. Theophr. Char. 21, 3. ib. Casaub. p. 211. Becker ad Charikl. I. p. 382. Inde proverbium illud *οἴαπερ ἡ δέσποινα, τοῖα χἀ κύων*, vid. Schol. ad Plat. de Rep. 8, 14. p. 216. Stallb. et Clem. Alexandr. Paedagog. 3, 11. p. 252. D. *).

V. 56. 57. *Saepe periscelidem*, i. e. „crurum ornamentum mulierum, quibus, (ut ait Isidor. 19, 31.) gressus earum ornatur.“ Schol. Cruq. „aureum cruris vinculum.“ Porphyr. „ornamentum pedi circa crura.“ *Orellius* circulorum aureorum vel argenteorum supra talos formam exhiberi dicit a *Viscontio* in *Monum. Borgh.* p. 181. et aliquoties in *Museo Borbonico* cet. Adde quos laudat *Winer* in „Bibl. Realwörterb.“ I. p. 446. Petron. 67. *Venit ergo galbino succincta cingillo, ita ut infra appareret cerasina tunica et periscelides tortae* etc. *Ultimo et periscelides resolvit et reticulum aureum.* Tertull. de Cult. Fem. 2, 13. p. 181. B. *Ceterum nescio an manus spatalio circumdari solita in duritiam catenae stupescere sustineat; nescio an crus periscelio laetatum in nervum se patiatur artari. Timeo cervicem, ne margaritarum et smaragdorum laqueis occupata locum spathae non det.* Cyprian. de Habitu Virg. 16. *sint a compedibus aureis pedes liberi.* Clem. Alexandr. Paedag. 2, 12.

*) Formam *catellae* pro catenula testantur Caecil. apud Non. Marcell. 3, 58. p. 597. [199, 10.] Cat. R. R. 135. Isid. Orig. 19, 31. p. 1308. Liv. 39, 31, 18., quem locum in suam rem vertit *Torrentius*, sed vide ibi Marc. Donat. et Dukerum. Thesaurum tum Rob. Stephani, tum Basilii Fabri *catellam* quasi neutiquam a cane, sed a catena tantum derivatam exhibere observat *Desbillons* ad Fab. Aesop. 4, 12. I. p. 108. De *catenis* pro re muliebri conf. Durant. Var. 2, 13. apud Gruter III. p. 246. Schol. ap. Barth. Adv. 37, 22.: „*Catella* diminutivum est a *catena* dixitque *catellam* imitatione Lucilii.“ De Lucilii loco: *Cum manicis, catulo collarique* vid. Commentar. in Paul. Diac. Excerpt. p. 364. Non prorsus alienus est Porphyrion: „catenam deminutive. Catena autem proprie dicta est, quod canem teneat.“ Idem vocabulum tribuere vult *Hildebrandius* Arnobio 2, 41. *innecterent his colla*, ut sit *catellis colla*, ubi aliter i. e. *bacis* conjicit *Theod. Obbarius* in Jahnii NJbb. 1845. XLIII. 3. p. 301.

Πίδας δὲ περισφυρίους τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀκοσμίαν τῶν γυναικῶν Φιλήμων ἐν συνεφήβῳ προσεῖπεν. Ovid. A. A. 3, 272. Senec. Hippol. 320*). — V. 57. *uti mox Nulla fides — adsit.* Aristotelis hac de re vocem multimodo variarunt Latini. Hinc Hieronym. Epist. 37. ad Julian. Diac. I. p. 137. *Antiquus sermo est: Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur.* Desbillons Fab. Aesop. 2, 6, 7. 8. *Quicumque mendax esse creditur, licet Aliquando verum dicat, haud facit fidem.* Ita Cic. de Divin. 2, 71, 146. Phaedr. 1, 10, 1. 2. Erasm. Adagg. 4, 5, 62. coll. Huschk. ad Tib. 3, 6, 49. De partic. *mox* hujus loci non immemor disputat *Handius* ad Tursell. III. p. 656**).

V. 58 sqq. *Nec semel irrisus — —* Ex abrupto subjicitur exemplum, uti vidimus 6, 56.; quapropter *curat* non esse mutandum recte observavit *Xylander*. Ipso autem exemplo simul cavetur, ne *sera cadat prudentia damno. Planus* Porphyrione auctore „scurra" Scholiasta Cruquii teste „erro, mendax fuit, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula volebat tolli, ut fingeret se crus fregisse, qui postea, quum vere fregisset et idem precaretur, ei non est creditum." Cum hoc fere consentit Acro, qui „planum ait nomen esse hominis, qui solebat" etc. Paulo aliter Scholiasta apud Barth. Adv. 37, 22. Rursus alii, ut *Dacerius*, mendicum vagabundum intelligunt, qui hoc mendacio praetereuntes spoliandi causa arcessiverit. A vero prope afuerunt *Lambinus* et *Cruquius*, quum impostores, quales apud Athenaeum Cephisodorus, Pantaleon et Matreas ille Alexandrinus essent, significatos putarent. His vestigiis insistens rem accurate explanavit *Eichstadius*, Vir summus, quippe qui auctore Athenaeo 1, 16. p. 19. 14, 1. p. 615 sq. coll. Eustath. ad Hom. Od. I. p. 1382. 39. Rom. et Suid. v. *Ματρέας planum* illum circulatorem

---

*) Similia vide (quem hic laudat Torrentius) apud Polluc. 2, 16. 7, 13. 23. Wouw. ad Petron. 126. Beier. ad Cic. Fragm. Oratt. p. 105. interpp. ad Moer. p. 302. ed. Koch. Hildebr. ad Arnob. 2, 23. p. 156. Fr. Jacobs. V. p. 290. Hartmann. „die Hebräerin am Putztische" II. p. 183 — 192. III. p. 217 — 222. coll. Heind. ad Sat. 2, 3, 255.

**) Ceterum *damnis verisque doloribus*, ut Epitheton utrumque Substantivum attingit ut 1, 17. *custos rigidusque satelles*, ib. 33. *Fervet avaritia miseroque cupidine pectus.* 18, 23. *sitis importuna famesque.* 20, 3. *claves et grata sigilla.* Conf. ann. ad 1, 6, 17. 14, 38. 43. Wüstem. ad Sat. 1, 3, 130. Dillenb. ad Od. 1, 2, 1. 2, 13, 18. Obbar. ad Od. 1, 5, 5. J. A. Voigt. Nugar. grammat. partic. I. p. 20 sqq. Gossr. ad Virg. Aen. 4, 588.

fuisse, qui praestigiis suis multitudinem in triviis delectasset, ad *van Ommeren* p. 227. docte edocuerit. Ita Athenae. l. l. p. 616. *Ὁ Πανταλέων μὲν αὐτὸς αὑτοὺς τοὺς ξένους, Τοὺς τ' ἀγνοοῦντας αὐτόν, ἐπλάνα· καὶ σχεδὸν Ἀπεκραικάλα τὰ πλεῖστα, τοῦ γελάσαι χάριν Ἰδίαν τιν' αὑτῷ θέμενος ἀδολεσχίαν.* Id. 1, 16. p. 19. *Ἐθαυμάζετο δὲ παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις Ματρίας ὁ πλάνος, ὁ Ἀλεξανδρεύς. ὃς ἔλεγε καὶ θηρίον τρέφειν, ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει* etc. Hominis illius, quisquis fuit, astutias faceta describendi arte paene sub aspectum subjecit *Orellius*, quem hic contulisse non pigebit. De Aegyptiorum fraudulentia *Eichstadius* laudavit Valcken. ad Theocr. Adoniaz. 15, 47. p. 356., cui adde Wüstem. ibid. v. 49. Hertzb. ad Prop. 3, 11, 33. Ceterum de *circulatoribus*, *praestigiatoribus* illorum temporum nemo dubitabit, quanquam tacere nequeo, *Ducerii* quoque *) explicationem, praesertim quum ipsum sententiarum ordinem spectes, non prorsus videri improbabilem esse. *Attollere* autem non est, in rhedam tollere, sed de via erigere uti v. 61. *tol-*

---

*) Idem huc respexisse (*Marcilio* praeeunte) opinatur Ciceronem Phil. 13, 12, 27.: *Illud tamen verum, quod in hoc Planŏ* [*Planco* edd.] *proverbii loco dici solet: perire eum non posse, si ei crura fracta essent, fracta sunt et vivit.* Utuntur sic vocabulo *plani* Cic. pr. Cluent. 26, 72. Plin. H. N. 35, 10. (ib. Gesn. p. 961.) Petron. 82. (ib. Burm. p. 406.) 140. (ib. Erhard. p. 663) A. Gell. 16, 7. et, ni fallor, Capitol. M. Antonin. 13 (ib. Salmas.). Arnob. 2, 32. (ib. Hildebr.) *Psyllis*, *Marsis*, *aliisque institoribus atque planis.* Tertull. contr. Marcion. 3, 6. *quem* (Christum) *planum in signis et aemulum in doctrinis aestimabant.* Augustin. Confess. 4, 3. *illos planos, quos mathematicos vocant. Planum* pro scurra et sycophanta *Beroaldus* apud Gruter. I. p. 198. habet. De Graeco verbo *πλάνος* = *πλανήτης* et *ἀπατεών* vid. interpp. ad Hesych. II. p. 972. De circulatoribus eorumque praestigiis passim loquuntur veteres scriptores. Praeter locos ante laudatos conf. interpp. ad Sat. 1, 6, 113. et ad Senec. Epist. 45, 7. (*praestigiatorum acetabula*), de Benef. 6, 11. (*apud proximum circulatorem resedit*). Burm. ad Quintil. Inst. 10, 7, 11. (*miracula pilariorum ac ventilatorum.*) O. Jahn. ad Pers. p. LXXXVI sq. Hildebr. ad Arnob. 2, 38. Burm. ad Petron. 47. p. 239. 68. p. 340. Casaub. ad Theophr. Char. 6, 2. p. 85. F. et ad Athenae. 1, 15. p. 154. Schwgh. Bergl. et Wagn. ad Alciphr. 3, 20, 11. Jacob. ad Lucian. Alexandr. p. XXXIII. Du Cange Glossar. v. *cauculatores* (ed. Henschel p. 250.) Böttiger in „Abendzeitung 1828. „Einheimisches" N. 2. p. 5. 6. = „Kleine Schrift." III. p. 359 sq. Epigrammatis in talem praestigiatorem („Gaukler") mentionem faciunt ephemerides „Archaeolog. Zeitung" 1844 6. Lieferung N. 17. Num planus ille e genere petauristarum (de quibus vide Böttiger. l. l. p. 335 sqq. Schmid. et Riedel. ad Epist. 2, 1, 210. Heinr. et Schmidt. ad Juv. 14, 265.) fuerit, quis est qui pro comperto habeat?

lite, i. e. „sublevate pede fracto debilem.“ A. P. 460. Ejusmodi homines *de circulatoria secta* (ut ait Tertull. de Idololatr. 9.) suas artes *in triviis* exercebant, ut 1, 49. *per compita pugnaces*, ut Petron. 47. (ib. Burm.) *in circulis*. De notione frequentis loci vid. Diss. ad Tib. 1, 1, 12. coll. Justin. 21, 5, 8. et Kuinoel. ad Evang. Matth. 22, 9. Facit et huc Hieronym. Epist. ad Domnion. 57. II. p. 78. G. *Scribis enim monachum, immo nescio quem de trivio, de compitis, de plateis circumforaneum — — concionari adversum me*, ubi, propterea quod circulatores in triviis olim egerint, Erasmus significationem graeci proverbii: *ἀνθρωπίσκος ἐν τριόδου*, recte videt.

V. 59. 60. *licet illi plurima manet Lacrima*. Comparat *Broukhusius* ad Prop. 2, 16, 7. Inscr. ap. Grut. DCC, 13. *cum magna lacrima funus prosequitur Quintio Paulina mater*. Inest in talibus praegnans notio vel pluralitatis, ut Od. 1, 5, 1. *multa in rosa*, 15, 6. *multo milite*, Epod. 2, 31. *multa cane*, vel actionis iteratae ut Ovid. Trist. 4, 10, 128. *in toto plurimus orbe legor*. Epitheto autem *plurimus* cum nominibus singularis numeri juncto nihil frequentius*). — V. 60. *per sanctum jur. dicat Osirim*. Sic ille exclamat vel ut e gente Aegyptiorum reapse oriundus (Ovid. ex Pont. 1, 1, 37 sqq.), vel utpote illorum saltem divino cultui addictus. Notissima quidem Isidis sacra Romae frequentata. Vide quos laudant *Rupertius* ad Tacit. Ann. 2, 85, 2. *Cortius* ad Lucan. 8, 831. *Dissen.* ad Tib. 1, 3, 23. *Hartungius* in „Relig. der Römer“ I. p. 234 sqq. *Becker* in „Handb. der Röm. Alterthüm.“ I. p. 562 sq. Mire *Rodellius* Osirim a plano

*) De illa dicendi consuetudine praeter ceteros dixerunt *Lübker* et *Dilenburger* ad Od. 1, 7, 8; conf. Wunderl. et Diss. ad Tib. 1, 3, 28. Forbig. ad Virg. Ecl. 1, 34. Gossr. ad Aen. 1, 334. O. Jahn. ad Pers. 3, 73. Hertzb. ad Prop. 1, 21, 4. Superlativi observa exempla haec: Virg. Ge. 1, 187. *nus plurima*. 2, 183. *oleaster plurimus*. 4, 419. *plurima unda* coll. 2, 166. et Ecl. 7, 60. (ib. Forbig.) Ovid. Fast. 4, 441. *plurima rosa*. Met. 13, 844. *Coma plurima torvos prominet in voltus*. Prop. 2, 15, 10. *plurima causa*. Juven. 8, 58 (ib. Schmidt p. 223) *plurima palma*. Val. Flacc. 1, 677. *plurimus aras Pascet honos*. Mart. 4, 1, 6. *plurima quercus*. Id. 5, 16, 7. *Plurimus nauta*. Id. 7, 28, 6. *plurima palma*. Id. 7, 63, 8. *grato plurimus ore cliens*. 8, 3, 7. *plurimus hospes*. Ibid. 59, 8. *plurima mappa*. 9, 56, 1. *plurima mittitur ala*. 9, 91, 18. *plurima quadra*. Claud. in Rufin. 2, 253. *plurima cuspis*. Id. de Consul. Honor. 572. *plurimus sacerdos*. Jam facile explicatur locus a multis pro conclamato habitus Od. 1, 7, 8. *Plurimus in Junonis honorem — dicit*, de quo post *Xylandrum* disputant interpretes qui hodie sunt.

invocatum censet, quod is tanquam alter Aesculapius morbis mederi creditus esset; de aliorum sententia planus iste sibi ab Osiride irato immissum crurifragium indicare voluit, conf. *Theod. Marcil.* ap. Dac. Ille laudat Juv. 6, 540., ubi vid. Rupert. Quid, quod *Dacerius* et *Daruus**) in Osiride tutelam ac praesidium mendicorum vagabundorum sibi videre visi sunt. At jurat hic *planus* aeque ac Gellia apud Mart. 8, 81, 2. (ib. Rader). Epitheton *per sanctum* non tam ex sermone quotidiano, ut ait *Orellius*, coll. Cic. Phil. 2, 13. *pro sancte Juppiter!* desumptum, quam religiosam formulam, qua dii deaeque *sancti, sanctae* vocentur, dixerim. Ita Cic. Tusc. 4, 35, 73. *Te, Apollo sancte, fer opem! teque — invoco.* Liv. 2, 10, 11. *Tiberine pater, inquit, te sancte precor.* Catull. 68, 5. *sancta Venus.* Tib. 4, 4, 9. de Phoebo: *Sancte, veni.* Id. 4, 6, 7. de Junone: *At tu, sancta, fave!* Virg. Aen. 4, 576. *Sequimur te, sancte deorum, Quisquis es.* Mart. 10, 28, 7. 58, 10. 12, 62, 15. Brisson. de Formul. 1, 72. coll. 8, 11. Burm. ad Val. Fl. 1, 11. Heyn. et Diss. ad Tib. 2, 5, 43. et interpp. ad Propert. 4, 9, 71.

V. 61. 62. *Credite — reclamat.* Ad vocem: *Quaere peregrinum*, pertinet illud Quintiliani 6, 3, 98.: *Adjuvant urbanitatem proverbia opportune aptata: ut homini nequam lapso et, ut allevaretur, roganti, Tollat te, qui non novit.* Proverbium explicat et cum similibus comparat *Erasmus* in Adagg. 1, 7, 75. *Peregrino* **) vel hospiti commode opponitur *vicinia*, qui sunt homines vel prope nos vel nobiscum viventes, ita ut nos ceteris accuratius et quasi intus et in cute novisse vel possint vel sibi persuadeant. Ita *vicinia* 16, 44. Sat. 2, 5, 106. Pers. 4, 46. *Egregium quum me vicinia dicat, Non credam?* Hieronym. Epist. ad Ocean. 30. I. p. 128. F. *dimisit* (vitiosum maritum), *paene dixi, quod clamante vicinia uxor sola non prodidit.* Ita *vicini* Sat. 1, 1, 85. 2, 2, 97. Hieronym. Epist. 48. I. p. 151. B. *Solemus mala domus nostrae scire novissimi, ac liberorum et conjugum vitia vici-*

---

*) *Sanadon*: „Les Tébains d'Egipte juroient par ce dieu, et ces mendians vagabons pouvoient fort bien être des Egiptiens." Ceterum de diis mendicorum et viatorum tutelaribus conf. *C. Fr. Hermann.* disputat. de terminis etc. Gotting. 1846. p. 25. N. 99. p. 26. N. 102.

**) Porphyr.: „*Peregrinum* pro ignorante posuit sicut Cicero [pr. Milon. 12, 33.]: *Tu hospes in hac urbe versaris? tuas peregrinantur aures?*" Conf. Kuinoel. ad Evang. Luc. 24, 18.

nis canentibus ignorare. Illa autem *vicinia rauca reclamat*, i. e. „incondito vel vasto sono vociferans respondet.“ Recte Porphyr.: „vicini vociferantes,“ contra Schol. Cruq., quocum facit *Orellius*: „*rauca* vociferans ad ravim.“ In hanc quidem sententiam *Bondius* et *Doeringius* „clamore“ intelligi jubent, displicet quoque prolepsis ab *J. A. Voigtio* (Nug. gr. partic. I. p. 49) proposita: „ut fiat rauca.“ At confer exempla, ut Sat. 1, 4, 66. *rauci male*, i. e. homines clamosi, nos: „Schreihälse“*). Juv. 8, 59. (ib. Rupert.) *exsultat rauco Victoria circo.* Ovid. Met. 5, 678 (ib. Bach.) *Raucaque garrulitas studiumque immane loquendi.* Val. Fl. 2, 307. *Rauco fremitu sedere parentum Natorumque locis.* Sidon. Apollin. Carm. 23, 376. de ludis Circensibus: *Raucus corda ferit frangor faventum.* Hinc locum elegantem in deterius convertisse censendi sunt, qui cum *Marklando* coll. Sat. 2, 7, 68. Juv. 6, 348. 661. *vicinia cauta* legi malunt. Agitur enim de incondita multitudine ex triviis collecta, i. e. agresti hominum genere. Inde illud *ἐνὶ τριόδοισιν ἀκούειν* apud Musae. Her. et Leandr. 184. (ib. Heinr.) *ἐν τριόδῳ καθῆσθαι* ap. Themistocl. Epist. 15, 1. (ib. Schoettg.) et *arripere maledictum ex trivio* apud Cic. pr. Mur. 6, 13. itemque Hieron. Epist. ad Domn. 57. II. p. 79. F. *Contra quemlibet in triviis strepere et congerere maledicta, non crimina, scurrarum est et parasitorum.* Ennod. Apologet. pr. Synod. p. 357., *Vos potius video triviorum germina, vos agnosco, in quibus naturae vilitas convenientes sibi mores peperit.* Quapropter *triviale* ad id refertur, quod rude, inconditum, plebejum est, Rupert. ad Juv. 7, 55. Doering. ad A. P. 245. et ad Catull. 47, 7. Forbig. ad Virg. Ecl. 3, 26. Burm. Anth. lat. II. p. 595. Neque assentior *Janio*, quum v. *reclamat* pro *clamat* dici opinatur. Est ut de re simili *recinit* Od. 1, 12, 3. et Stat. Silv. 4, 5, 20. *canenti Mutus ager domino reclamat.* Hieronym. Epist. ad Ruffin. 41. I. p. 139. *Totam circa*

*) De vario usu v. *raucus* vide Schmid. et Fe. ad h. l. Orell. ad Od. 2, 14, 13. Serv. ad Virg. Aen. 11, 458. Barth. ad Stat. Theb. 2, 40. Rad. ad Mart. 4, 7 (8), 2. Heins. ad Ovid. Met. 2, 788. Burm. ad Val. Fl. 1, 330. Cort. ad Lucan. 5, 217. Wernsd. ad Virg. Cop. 4. ad Sympos. Aenig. 19, 1. Oudend. ad Apul. Met. 8, 26. Gesn. ad Claud. de Rapt. Proserp. 3, 422. et Epigr. 52, 8. Schmidt. ad Juv. 1, 2. coll. Rupert. ad 11, 156. Jahn. ad Pers. 5, 11. Forbig. ad Virg. Aen. 8, 2. 9, 125. Fr. Jacobs. ad Prop. 3, 17 (15), 36. in „Latein. Blumenlese“ II. p. 219. Unger. Theban. Paradox. I. p. 210. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 9, 2, 11. Markland. l. l. p. 136.

insulam fremit insanum mare, et sinuosis montium illisum scopulis aequor reclamat. Neque male alii *reclamat:* „clamando iterat.“ Vid. Burm. ad Val. Fl. 3, 596. — *v. Canitz:* „Doch rief, wie sehr er weint, ein jeder Nachbar aus: Mach dies den Fremden weiss, wir sind allhier zu Haus.“ *Cons:* „Foppe du, wer dich nicht kennt, ruft rauh ihm entgegen der Nachbar.“ *J. Merkel:* „Suche dir Fremde, erwiedern ihm barsch die gewitzigten Nachbarn“ *).

*) De hoc loco *Merklandus* fere haec: „Tantumne ab re sua otii illis fuit, ut paene *studio reclamandi* huic, quem planum et impostorem sciebant, totos dies impenderent, et *ad ravim* usque *vociferarentur?* si tam excors et inepta fuisset haec *vicinia*, ut hoc admitteret, facili certe negotio non *semel* tantum, sed quotiescumque vellet, illudere illi potuisset noster planus. Non igitur conveniunt, haec sapientia sive calliditas *viciniae* non permittentis sibi illudi, et stultitia ejusdem *viciniae*, *quaere peregrinum*, *ad ravim* occinentis: quando semel aut iterum haec dixisse sufficeret. Non, inquam, cohaerent haec, nec in vita et moribus hominum tale quidquam invenies. Praeterea, est aliquid *vile* et ignominiosum in ista voce *rauca*; non autem apparet Horatium voluisse probro aliquo afficere hanc *viciniam:* immo laudare potius et comprobare eam debuit, utpote quae de se ludos facere non passa sit hunc impostorem. Servius quidem ad Virg. 11, 458. haec habet: Rauci autem *τῶν μίσων* est; *nam* modo canoros *significat*, alias vocis pessimae etc. — — — p. 138. His rationibus inductus rescribo: *Qu. peregr., vic. cauta reclamat:* „„„vicini reclamant, quaere alios quibus verba des, nos a ludis et jocis tuis dudum *cauti* fuimus, nimium te novimus.““

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XVIII.

AD LOLLIUM.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem praebere, professus amicum.
Ut matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurrae distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium prope majus,
Asperitas agrestis et inconcinna gravisque,
Quae se commendat tonsa cute, dentibus atris,

Ad Lollium, de modo obsequiorum et libertate. Ms. Mon. b. *de modo obsequendae libertatis.* Lips. 3. *Qu. Hor. Fl. Lollio S.* Edd. Ven. 477. 79. 81. — V. 2. *faciem praeb.* Ms. Dorv. 1. — V. 3. *erit, aeque.* Edd. Biedm. Bersm., idem conjecit Waddel. p. 76. — *erit, atque Discolor inf.* — *amicus.* Sic dist. edd. Rutg. Burm. (699) — V. 4. *Decolor.* Ms. Sant. — *scurra.* Ms. Ik. 5. Orell. E. — *distabat.* Ms. Morell. *distabis.* Ik. 5. Ed. Praedic. — In Gothano ante hunc vers. positus est vers. 8. — V. 5. *Et huic.* Mon. b. — *vitium vitio.* Ms. Bersm. un. Gu. 2. — *et prope maj.* Mss. plurimi ut vid. Lamb., notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Angel. Edd. Lamb. et Min.

V. 7. *Quae tonsa se comm.* Ms. Ik. 4. — *tunsa.* Ms. Fe. 1, a. *tensa.* Ms. Bersm. un. et Acron in ed. Ven. 481. Ed. Asc. 519. *densa.* Notatum ex ms. in ora edit. v. 5. nominatae. Ed. Bipont. nov. (Gence), sed vide Schmid. in „Zimm. Schulz." 1828. II. p. 157. *tonsa haud cute.* Conjectura ap. Lamb., qui improbat. — *Commendat quae se intonsa cut.* Edd. San. Jon. Merv. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. *Commen-*

Dum volt libertas dici mera veraque virtus.
Virtus est medium vitiorum et utrinque reductum.
Alter in obsequium plus aequo pronus et imi
Derisor lecti sic nutum divitis horret,
Sic iterat voces et verba cadentia tollit,
Ut puerum saevo credas dictata magistro
Reddere vel partis mimum tractare secundas.
Alter rixatur de lana saepe caprina,

dat quae se tons. cute. Ed. Philipp. *Quae se intonsa comm. cute.* Edd. Val. Daru. *tonsa cute dantibus, acris Dum.* Ed. Praedic.

V. 8. *dici mera.* Hunc verborum ordinem servant mss. omn. Pulm. et Torr. quinque Bersm. duodec. Bentl. un. Barthii (Adv. 37, 22.) omn. ut vid. Oberl. Comb. Bad. Ik. Pott. Orell. undec. Feae et nostri paucis exceptis, quos mox indicabimus. Edd. Ald. 501. Junt. 503. Asc. 505. restit. Bentl. (qui def.) quemque sequuntur plurimi, etiam Fe. Pott. Schm. Hoched. Orell. Conf. Cuning. Animadv. c. 16. p. 310. *mera dici.* Mss. ut vid. Lamb. Cruq. reliqui reliquorum, e nostris Berol. 2. Mon. e. l. m. Vict. Rudolst. Edd. vett. et Ald. 519. Junt. 514. 19. Britann. 520. Bas. 527. 80. et praeter alios etiam Lamb. Muret. Cruq. Pulm. Bersm. Torr. Rutg. Zurck. Burm. Talb. Jon. Phil. Praedic. Camp. — *puraque virtus.* Ed. Chab. — V. 9. *vitiorum utrinque reductum.* Mss. Fe. 1, a. 2, d. 5, e. Orell. d. Berol. 2. Dorv. 2. Mon. g. m. Rudolst. Edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. Junt. 514, 19. Argentor. 515. Asc. 519. Britann. 520. Muret. Pulm. Glar. Irenic. Fabr. Min. Biedm. Rod. — *utrinque reductum.* Mss. Fe. 1, k. z. 6, b. a 2. m. Mon. e. (corr. *reductum.*) l. Edd. Ven. 477. 79. 81. Med. 477. Asc. 519. Britann. 520. et ed. princ. Zar. ap. Fe. Ita et locum laudat Erasmus in Schol. ad Hieronym. VIII. p. 47. C.

V. 10. *in obsequio.* Ms. Bersm. un. — *ut imi* etc. Marcil. ex conjectura. — *pronus, amici Derisor, lecti sic* etc. Ed. Praedic. — V. 11. *sic vultum.* Ms. Bentl. 15, un. Val. un. — V. 12. *Sic verat voces.* Ms. Barth. Adv. 37, 22. contra disputat Bentl. — *tollet.* Berol. 2. — V. 13. *credas saevo.* Ed. Cuning. — V. 14. *partis* Sic ms. Dess. 1. — *partes nimium.* Mss. Fe. 1, e. 5, f. 6, c. Gott. 2. Mon. c. d. g. Edd. Ven. 481. Chab. (non in obss.) *minimum.* Ms. Mon. e. et var. lect. ap. Fe. Edd. Flor. 482. Ven. 479, 83. 86. 92. Lps. 492. Loch. 498. — *nimium partes.* Mon. g. *minum partes.* Ms. Ik. 4. Ed. Cuning. — *recitare.* Ms. Comb. F.

V. 15. *Alter rixatur — caprina,* Sic mss. et edd. vulg. *Alter rixatus.* Mss. Cruq. 1, a. d. et Schol. Mon. b. Edd. Cruq. Heins., approbant Tunstallus (qui explicat: „saepe antea rixatus etiamnum propugnat et perseverat") et J. H. Voss. *Alt. rixator.* Sic habere videntur aliquot mss. ap. Val. Ed. Muret. de conjectura, quem seq. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. Fe. (qui def.) et

Propugnat nugis armatus: „scilicet ut non
Sit mihi prima fides et, vere quod placet, ut non
Acriter elatrem? pretium aetas altera sordet.“
Ambigitur quid enim? Castor sciat an Dolichos plus;
Brundisium Minuci melius via ducat an Appi. 20

teste Bothio Bodon., approbat Meadowcourt apud Duncomb. II. p. 602. conf. Cuning. Animadv. c. 13. p. 243. — *caprina et.* Mss. Ik. ut videntur 4. 5. 6.?! Ed. Bentl. de conjectura, quem seq. Maitt. Wakef. Wetz. Haberf. Praedic. Jaeck. Schm. Pass. Braunh. Charp. Amar. conf. Cuning. l. l. *Alter rixari de l. s. c. Propugnat, nug. armatus.* Sic legi vult Torrentius. — V. 16. *Obpugnat.* Ms. Ik. 5. — *Prop. nug. armatus: Scil.* Sic disting. vulgo, sed colon improbat Düntzer p. 493. *Propugnat nugis, armatus.* Alii, ut Lamb. Bersm. Piscat. *Propugnat, nugis armatus.* Alii, ut Muret. Cuning. Fea. *rixatur, de l. s. caprina Propugnat nug. arm.* Alii, ut Zell. Weber et Jahn. in ed. I. *caprina, Propugnat, nug. arm.* Alii, ut Rodell. Both. *Propugnat nugas armatus.* Ed. Praedic. — *Scilicet — sordet.* Sic sine interrogatione Gesn. Val. Fe. Pott. al. *Scilicet — fides? — elatrem? — sordet.* Sic dist. Bentl. Jon. Haberf. Wakef. Schm. Braunh. *Scil. — fides et elatrem? — sordet.* Sic dist. Hocbed. Pass. Meineke. Orell. Süpfle. Probat Düntzer p. 493. Ceterum *parva fides.* Ms. Bersm. un. — *vere mihi quod.* Bersm. un. De particula *non* ad seq. v. pertinente ut v. 16. vid. Kirchn. ad Sat. p. XXXIV. — V. 18. *et latrem.* Ms. Goth. *alatrem.* Mon. d.

V. 19. *Ambigitur. quid enim?* Mss. Cruq. 7. 6. 3. Orell. d. Edd. Asc. 519. Britann. 520. Cruq. Sic et locum laudat Salmas. ad Tertull. p. 366. Recte improbat Fea. *Ambigitur? quid enim?* Ms. Fea 1, a. — *an Dolichos.* Mss. Cruq. 6. 7. 3. et Schol. Edd. Cruq. Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Bask. Val. Gesn. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Wetz. Haberf. Daru. Zeun. Fe. Ik. Both. Pott. Doer. Jahn. Zell. Schmid. Hocbed. Web. Pass. Meinek. Braunh. Charp. Amar. Orell. Süpf. *Dolicis.* Mss. Cruq. 1, tres et Orell. E. *docilis* vel *Docilis.* Mss. alior. et nostri omn. Illam scribendi rationem praeter al. servant Ald. 501. Junt. 519. Bas. 527. et vett. edd., hanc Junt. 514. Ald. 519. Lamb. reliq. etiam Talb. Bentl. Dac. Maitt. Jon. Sandb. Franc. Praedic. Hunt. Camp. *Damocles.* Var. lect. ap. Jon. — De nomine *Dolichos* cf. Fea; sed et *Docilis* liberti nomen est in Inscript. Mutinensi ap. *Cardinalium Diplomi* p. 182., id quod indicavit Orellius.

V. 20. *Brundisium.* E nostr. Gott. 1. Gu. 4. Morell. Goth. Dess. 1. *Brundusium.* Berol. 1. 2. Gott. 2. Gu. 1. 2. 3. *Brundrusium.* Dess. 2. *Brundrisium.* Dess. 3. Conf. 17, 52. — *Minuci.* Mss. Lamb. 6. 8, un. 9, tres et alii. Cruq. 1, a — d. 3. Pulm. 1. 2. 3. 4. 7. 10. Bersm. duo. Torr. oms. Talb. (qui def.) quat. Fe. 1, a. o. q. 2, b. c. d. f. h. 3, a. 5, a. c. 6, b. c. Ik. 1. 4. 5. Orell. omn. except. un., e nostr. Dess. 1. 3. (ille prim. *Men.*) Gott. 1. Goth. Gu. 1. 4. Lips. ut vid. omn. Morell. Mon. a. b. d. e. i., probat Turneb. Adv. 1, 21., de suis tacent Bentl. Oberl. Comb. Bad. Pott. Edd. Cruq. (*ti*) [qui def.] Bersm. Ro-

Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat,
Gloria quem supra vires et vestit et unguit,
Quem tenet argenti sitis importuna famesque,
Quem paupertatis pudor et fuga; dives amicus
Saepe decem vitiis instructior odit et horret,
Aut, si non odit, regit ac veluti pia mater
Plus quam se sapere et virtutibus esse priorem
Volt et ait prope vera: „Meae — contendere noli —
Stultitiam patiuntur opes; tibi parvula res est:
Arta decet sanum comitem toga; desine mecum
Certare.“ Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,

dell. (qui def.) Talb. (qui def.) Baxt. (*ti*) Bentl. et recentt. fere omnes. *Menuci* vel *Menuti*. Ms. Cruq. 4. Bersm. un. Dorv. 1. Dess. 1. (sed corr. i). *Munici*. Cruq. 7. Fe. 1, d. m. *Munnci*. Fe. 1, e. *Mimici*. Fe. 3, d. 7, b. Gu. 3. *Numici*. Mss. vulg. ap. Lamb. Cruq. 6. 7. 9. Bersm. tres. Fe. reliq. Ik. 6. Orell. d. Berol. 1. 2. Dorv. 2. Dess. 2. Gott. 2. Gu. 2. Corbei. Mon. c. f. g. l. m. Rudolst. cod. Mentel. Edd. vett. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. al. etiam Lamb. Pulm. Fabr. (qui def.) Torr. Rutg. Burm. Dac. Val. Praedic., defendunt Marcll. et Fabric., sed *Minuci* comprobant Torr. et Dac. *Minici*. Ita conjec. Lambinus, improb. Torr. Ceterum de scribendi ratione *Minuc.* et *Minut.* cf. Drak. ad Liv. 2, 34, 1. 3, 26, 3. 40, 35, 2. Sil. Ital. 7, 386., *Minic.* et *Munic.* Ruhnk. ad Vell. Paterc. 2, 8. Gierig. ad Plin. Epist. 7, 22, 2., de permutatione *Minuc.* et *Numic.* Cort. ad Lucan. 6, 126. Beier. ad Cic. de Off. 3, 30, 109.

V. 21. *dampnosa*. Sic ms. Ik. 1. Dess. 1. 2. 3. Lips. omn. Morell. — *quem in praeceps*, Ms. Fe. 1, t. — *nudet*. Ik. 5. *dampnat*. Mon. i. — V. 22. *unguit*. Sic mss. Pulm. 1. 4. 3. Bersm. un. Dess. 1. Gott. 1. Goth. (*unguet* suprascr. *i*) Morell. Edd. Baxt. Bentl. Cun. Gesn. Wakef. al., conf. 1, 29. *urget*. (sed corr. *unget*) Mon. b. — V. 23. *importuna*. Ms. Berol. 1. Dess. 1. 2. — V. 24. *aut fuga*. Ms. Fe. 5, f. — V. 26. *Et si*. Ms. Fe. 5, f. *An si*. Mon. f. *Ac si*. Orell. d. — *et veluti*. Bersm. un. Dess. 1. *aut veluti*. Bersm. un. Dorv. 1. — V. 28. *Volt*. Lips. 3. — *ait et*. Ms. Fe. 5, a. *ut ait*. Fe. 7, b. *et agit*. Orell. S. cod. Mentel. — *meae cont.* Mss. et edd. vulg. ab Ald. 501. *mihi cont.* Mss. Lamb. 1, omn. et alii, Cruq. un. et alt. Bersm. tres Orell. d. prim. Guelf. 1. Mon. e. Edd. Asc. 519. Lamb. (qui def.) Min. Chab. Bersm. *mecum cont.* Mss. Gu. 2. 3. 4. [Gott. 2. nec] Lips. 1. Mon. l. m. Santen. [hic: *noli cont. mecum.*] Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. (non 79., quae *Meae*, nec 81., quae *me cont.* habet) Lips. 492. Argent. 515. Junt. 514. 19. Britann. 520. — V. 29. *Meae c. n. Stultitiae! patiuntur opes*, *Tibi*. Ed. Praedic. — V. 30. *Arta*. Mss. optimi ap. Torr. Ik. 1. Berol. 1. Dess. 1. 2. 3. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Edd. Bentl.

Vestimenta dabat pretiosa: beatus enim jam
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia et spes,
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium, nummos alienos pascet, ad imum
Threx erit aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu scrutaberis illius unquam,

Fe. Orell. al. *Arcta*. Edd. Ik. Pott. al. *Atra*. Ms. Morell.

V. 33. *Pulchris cum tunicis*. Edd. Cun. San. Merv. Dorigh. — *sumit*. Ms. Bersm. un. Fe. 1, a. Mon. b. — *concilia*. Mon. e. — *ac spes*. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. *expes* Ms. Cruq. 7. *exspes*. Mon. b. ab antiqua manu additum scripturae *et spes*. Inde edidit Cruq.: *consilia: exspes Dorm*. Conf. H. Stephan. Diatr. sec. p. 135., improbat Talbot. *ac res* Ms. Fe. 7, e. *et res*. Fe. 9, a. a 1. m.

V. 34. postponit Bersm. un. et Dess. 1. — V. 35. *nummis alienis pascet*. Ed. Praedic. — *poscet*. Hanc lectionem ab H. Stephano (Diatr. sec. p. 135) olim improbatam approbat Rappoltus p. 815., vulg. scripturam Porphyrion quoque tuetur. — *pascet ad imum*, Sic conjungi mavult Rutgersius in Ven. Lectt. p. 434. et in Not. ad edit. 613. p. 65.

V. 36. *Threx*. Mss. nonnulli ap. Lamb. et ut vid. Comb. B. et Ik. 4. Dess. 1. (de Monacc. non liquet) Edd. Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Franc. Bask. 762. (non 777.) Gesn. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Daru. Praedic. Hunt. Zeun. Both. Zell. Doer. Schm. Hoched. Mein. Orell. (qui def.) Süpfl. *Trax* vel *Trex*. Mss. al. ap. Lamb. et Torr., e nostris illam quidem formam praebent Berol. 1. 2. Dess. 2. 3. Morell. Lips 1. Gott. 2. Guelf. omn., cod. Ment., hanc ms. Lips. 3. *Thræx*. Mss. vulg. et edd. etiam Talb. Val. Fe. Pott. Jahn. Pass. Similis scripturae varietas Sat. 2, 6, 44. At audiendus Paulus Diac. ed. Lindem. p. 156: „*Threces* gladiatores a similitudine parmarum Thraciarum.“ Cf. de commutatis formis annot. ad 3, 3. Fe. et Wüstem. ad Satir. 2, 6, 44. Burm. ad Petron. 45. pag. 225. Oudend. et Brem. ad Suet. Calig. 35. interpp. ad Cic. de Prov. cons. 4, 9. — *et ag*. Ms. Mon. b. — *agit*. Mss. Ik. 1. 5. 6. Mon. f.

V. 37. *Archanum*. Sic mss. Bersm. sex. Guelf. 1. 3. Lips. 1. 3. — *nec tu*. Ed. Val. — *scrutaveris*. Ms. Goth. Mon. l. *scitaberis*. V. l. ap. Min. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. — *illius*. Ms. Bentl. 12. (an 6?). 9. a 1. m. Val. un. Bad. 1. (ex correct.) Alt. ap. Haberf. Fe. 2, i. notat. ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Angel. Pott. 10. 15. Ik. ut vid. omn., e nostris Gu. 2. Gott. 1. Morell. Edd. Bentl. (qui def.) anonym. Traj. ad Rhen. 713. a Fea laudat. Baxt. Cun. et recentt. fere omn. Sic etiam locum laudant testibus Cuningamio et Fea Berealdus et Lotichius. *ullius*. Mss. et edd. vulg., etiam Talb. Daru (qui def.). Maitt. Jon. (qui def.) Passov. Charp. De permutatione v. *ullius* et *illius* cf. N. Heins. ad Sil. Ital. 14, 654. Cort. ad Lucan. 10, 401. 430. Drak. ad Liv. 25, 11, 3. Bach. ad Tib. 1, 4, 36. Beier. ad Cic.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Commissumque teges et vino tortus et ira.
Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes,
Nec, quum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque
Zethi dissiluit, donec suspecta severo
Conticuit lyra. Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis, quotiesque educet in agros
Aetolis onerata plagis jumenta canesque,
Surge et inhumanae senium depone Camenae,
Coenes ut pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis sollemne viris opus, utile famae

Lael. 2, 9. Ceterum v. 37 — 39. laudat Vincent. Bellovac. Spec. histor. 7, 68. — V. 38. *Consiliumque.* Ms. Comb. S. Gu. 2. — *reges.* Mss. Gu. 2. 4. Sant. Gu. 2. 4. Santen. — *vino et tort.* Mon. g. — V. 39. *reprehendas.* Ms. Fe. 2. c. a 1. m. Rudolst. *reprendas.* Ms. Sant. *reprehendes.* Gott. 1. Gu. 1. Dess. 3.

V. 40. *Ne cum.* Gu. 2. *Ne — pangas.* Sic locum laudat Eutyches 2, 7. p. 184. (Lindem.) — *pangas.* Mss. Fe. 1, d. e. t. 2, h. 5, f. (a 2. m.) 9, a. (a 1. m.) al. mss. ap. Cort. ad Lucan. 3, 355. Dorv. 1. Lips. 3. Mon. b. d. — V. 41. *atque* in fine versus ut Od. 2, 10, 21. 3, 11, 18. — Vers. 42. *Zeti, Zethis.* Sic variant mss. — *dissuluit.* Mon. f. *dissiliit.* Mon. l. Vict. cod. Mentel. — *donec spectata secreto.* Ed. Dorigh. indicta causa. — V. 43. *Continuit.* Ms. Mon. b. — V. 44. *parentis.* Ms. Fe. 5, e. — V. 45. *quotiensque.* Sic Bersm. mss. quinq. Orell. 3. Gu. 2. 3. 4. Gott. 1. 2. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. cod. Mentel. Edd. Ald. 501. (non 19) Bentl. Cun. Oberl. al. — *reducet.* Ms. Mon. g. *educit.* Mss. Bersm. duo. Oberl. C. D. Fe. 3, d. 5, a. 1k. 1. Dess. 3. Guelf. 2. Lips. 1. cod. Mentel.

V. 46. *Aetolis.* Sic scribitur ab edd. Junt. 514. 19. Ald. 519. et deinceps paucis except., antea i. e. in edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. Lips. 492. 98. 502. Lech. 498. Ald. 501. *Aethoiiis*, ut multi ex nostris mss. habent, qui variant inter *Aetholiis*, *Aetoliis*, *Etholiis*, *Etoliis*, *Aethonis*, *Aetholis*, *Aetolus*. Cf. etiam Bentl.; *Aeoliis.* Ms. Franeq. ap. Bos. (qui p. 69. approbat.) Orell. d. (a 1. m.) Dorv. 2. Gott. 2. Edd. (de conjectura Jani Ulitii ad Grat. Cyneg. 35.) San. Merv. Phil. Dorigh. Daru. At scrpt. vulg. explicant Porphyr. et Schol. Cruq., defendunt Bentl., Fea, al. — V. 48. *tu pariter.* Ms. Comb. G. — *empta.* Sic Mss. Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. al. — V. 49. *sollemne.* Sic mss. Orell. Ed. Dess. 2. Gott. 1. 2. Gu. 2. 3. 4. Mon. fere omn. *sollempne.* Ber. 1. Dess. 1. 3. Lips. 1. 2. 3. Gu. 1. et Bersm. un. *sollenne.* Goth. Vid. Fe. ad Od. 4, 11, 17. et nostr. ann. in Seebod. „Krit. Bibl." 1822. I, 5. „Literar. Anzeiger" Nr. 3. Ce-

Vitaeque et membris, praesertim quum valeas et
Vel cursu superare canem vel viribus aprum
Possis. Adde virilia quod speciosius arma
Non est qui tractet: scis, quo clamore coronae
Proelia sustineas campestria; denique saevam
Militiam puer et Cantabrica bella tulisti
Sub duce, qui templis Parthorum signa refigit
Nunc, et, si quid abest, Italis adjudicat armis.

terum hunc versum a Dillenburgero, qui ejus vim ad Od. 3, 20, 7. bene perspexisset, puncto ab antecedente sejunctum esse miror. — V. 50. *Valeas et Vel.* De particula *et* in fine versus ut 17, 19. posita vid. Orell. ad v. 15. et Kirchn. ad Sat. p. XXXIV.

V. 53. *tractat.* Var. lect. in marg. ap. Min. Or. b. Edd. Zurck. Sanad. Dorigh. — Verba *scis, quo — campestria* parenthesi includit Bothius. — *favore coronae.* Ms. Gu. 2. — V. 54. *Praemia sustin.* Ita Jani p. 227. nescio qua auctoritate. — *sustentes.* Edd. Cadom. 480. San. (qui def.) Merv. Phil. Bask. Sivr. Sed cf. Schmid. ad h. l. et Orell. ad 2, 1, 1. Doederl. Syn. VI. p. 360.

V. 55. *Cantabria.* Ms. Gu. 1. Berol. 1. Mon. e. — Versus 49 — 55 delet Guyetus. — V. 56. *refigit.* Mss. decem ap. Lamb. Cruq. omn. Pulm. 2. 3. 4. 10. Torr. omn. Bersm. duo. Bentl. 2. 6. 4. Vat. nov. Oberl. C. D. Comb. C. G. Bad. 1. [?!] Fe. 1, a. b. (a 2. m.) c. d. e. m. t. 2, c. d. e. i. 3, d. 5, a. f. 6, a. 7, a. 9, c. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 509. Bibl. Barb. Ik. 1. 5. 6. Pott. ut videt. omn. Orell. bSEcd., ex nostris Dess. 1. 2. Dorv. 1. Goth. Gott. 1. Gu. 3. 4. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. b. d. f. i. l. cod. Mentel. (de ms. Dess. 3. non liquet). Ed. Zar. (teste Gesnero) Ald. 1. Cruq. Baxter. Bentl. (qui def.) quem seq. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Sanad. et rec. fere omn. etiam Fe. (qui explicat) Pott. Orell. *refixit.* Mss. reliq. quum alior. tum e nostris Berol. 1. 2. Dorv. 2. Gott. 2. Gu. 1. 2. Mon. c. e. g. (ex corr.) m. Vict. et ut vid. Corbei. Edd. vulg. etiam Talb. Dac. (qui def.) Cun. Jon. Val. Camp. *retraxit.* Ms. Comb. D. *refulsit.* Ik. 4. — Ceterum *Jubnio* ex aliquot codd. legendum esse videtur: *refixit, Nunc et* [vel *Et nunc*], propterea quod primum Augustus a. 734. signa a Parthis receperit et extremo anno Armeniam expugnaverit. Alia de causa scripturam *refixit Et nunc*, tuetur Grotefendus in „Allgem. Encyclop." X. sect. 2. p. 475 b., quippe qui Epist. 2. a. u. 733 ante Cantabrica bella scriptam putet.

V. 57. *Nunc et.* Mss. Lamb. ante laudati. Pulm. sex. Cruq. omn. Bersm. sex. Torr. duo. Bentl. ut vid. plurimi. Oberl. C. D. Comb. ut vid. omn. et Bad. et. Pott. et Ik. Fe. 1, a. t. 2, c. d. h. i. 5, a. e. f. 7, b. Orell. omn. et nostri omn., si exceperis Dorv. 1. 2., qui *Et nunc* legisse videntur. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Cruq. Baxt. Bentl. Maitt. Sanad. et praeter recentt., qui *refigit* servant, etiam Talbot. *Et nunc.* Mss.

Ac ne te retrahas et inexcusabilis absis,
Quamvis nil extra numerum fecisse modumque
Curas: interdum nugaris rure paterno;
Partitur lintris exercitus; Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur;
Adversarius est frater, lacus Hadria; donec
Alterutrum velox Victoria fronde coronet.
Consentire suis studiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam, si quid monitoris eges tu,

reliq. Edd. vulg. etiam Ald. 501. Dac. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Cun. Jon. Val. Camp. *Nutu, et si.* Ed. Praedic. — *si quod.* Ms. Berol. 1. — *adjudicet.* Ms. Mon. c. Ed. Asc. 519. — *advindicat.* Mss. Fe. 2, i. Berol. 1. *abjudicat.* Fe. 2, h. Gu. 1. 2. — *arvis.* Conj. Bentl.; contra disputat Schmid. — Ceterum in v. *Italis* prima syllaba brevis ut Virg. Aen. 1, 109.

V. 58. *Ac te ne.* Ms. Fe. 2, a. (a 2. m) Ik. 4. Mon. g. *Ac nec te.* Edd. Ven. 486. 92. Lips. 492. *Ac (ne te — absis).* Sic edd. Both. Doer. Orell. *Ac, ne* etc. Edd. complures ut Bersm. Gesn. Sivr. Hunt. Hoched. Jahn. Dillenb. Perperam et alii versum cole vel alia majore distinctione claudunt, ut Cruq. Fabr. Torr. Lubin., quanquam diversa sententia, sed vide infra commentar. — *inexc. abstes.* Ed. Bentl. ex conject., quem seq. Baxt. San. (qui def.) Merv. Phil. Gesn. Bask. Dorigh. Sivr. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Zeun. Daru. Wieland. Bodon. Camp. Jaeck. Doer. Camp. Charp. Amar. At Sanadoni argumenta a concursu terminationum *is*, ut *Italis, armis inexcusabilis, absis, quamvis*, hodie nemo curat; cf. ann. ad 2, 17. p. 111., Haberf. Fe. et Orell. ad h. l. — V. 59. 60. Parenthesi includunt verba: *Quamvis — Curas* edd. Lamb. Xyl. Min. Val., contra disputant Cruq. Fabr. Torr., quanquam errant, quod ante *interdum* particulam *tamen* intelligi jubent. Post *Curas* colon recte posuit Orellius. — *Cures.* Mss. Mon. e. g., sed cf. 14, 6. p. 189.

V. 61. *Partitus.* Ms. Lips. 3. — *Accia.* Dess. 3. Lips. 1. 2. *Actica.* Mon. l. — V. 62. *mole.* Mon. b. — V. 63. *Hadria.* Ik. 1. 4. 6. Orell. bScd. Dess. 1. Lips. 2. 3. Mon. omn., def. Fea. ad Od. 1, 3, 15. Drak. ad Liv. 24, 10, 10. C. Schneid. Elementarl. p. 186. — V. 64. *Victoria.* Sic edd. Cun. Schm. Orell. al. et rectius quam *vict.* in edd. Bentl. Fe. — *coronat.* Mss. Val. quat. Fe. 1, d. Gu. 1. 3. — V. 66. *Factor.* Mss. Ik. 4. 6. Laudat hunc v. et anteced. Jo. Saresber. in Nug. Cur. 3, 4. — V. 67. *Protinus.* Sic mss. nostri fere omn. et Orell. excepto S., qui receptam probat et hic et 12, 8. vid. nostr. ann. ad 12, 8. et Hand. Tursell. IV. p. 620. *Protenus.* Edd. Bentl. Cun. Wakef. al. — Verba *si quid — tu* parenthesi includunt Lamb. Cruq. Pulm. Bentl. al. — Hunc versum de-

Quid de quoque viro et cui dicas, saepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est,
Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Non ancilla tuum jecur ulceret ulla puerve
Intra marmoreum venerandi limen amici,
Ne dominus pueri pulchri caraeve puellae
Munere te parvo beet aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam atque etiam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

let Guyetus. — V. 68. *Quid de quoque viro, et.* Sic. dist. edd. vulg. etiam Fea. Schm. Jahn. Hoched. Pass. Meinek. *Quid, de quoque viro, et.* Sic edd. Britann. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Haberf. Praedic. Ik. Pott. Zell. Charp. Amar., expresserunt interpp. Vossius, Scheller, J. Merkel., comprobat Porphyrione auctore Bentlejus. — *viro cui.* Ms. Orell. S. et Mon. e. Hanc scripturam non rejicit Orellius. — *cui dicis.* Mon. f. — *saepe caveto.* Sic hunc v. cum vv. 69 — 71. laudat Vinc. Bellov. in Spec. hist. 7, 68, expressit Malch. Ecbas. Captiv. 1084. Ne autem Pronomen *tu* cum Schmidio meo cum verbo *videto* conjungendum suspiceris, conf. Sat. 2, 3, 185. et Düntzeri annotatio p. 506.

V. 69. *Percontatorem.* Sic ex nostris quidem Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Gu. 2. 4. Lips. 1. (a 2. m.). 2. (a 1. m.) 3. Mon. ut vid. omn. Rudolst. cod. Mentel. *Percuntatorem.* Orell. d. Gu. 1. Ed. Cruq. *Percunct.* Mss. Berol. 1. 2. Sant. Dess. 3. Gu. 3. et ut vid. Dorv. 1. 2. Vid. ann. ad 16, 1. locum citat Donatus ad Terent. Hecyr. 1, 2, 34. — V. 70. *Non retinent.* Ms. Berol. 1. Sant. — *reticent* Ms. Mon. c. — V. 71. *Quod semel.* Ms. Bersm. un. Gu. 1. [hic: *emissum est vol.*] *Et volat em. semel.* Sic laudat Hildebrand. Mor. phil. c. 984. *Nam semel — verbum* expressit Malch. Ecb. Captiv. 1050. — V. 72. *una puerve.* Ms. Ik. 4. — *puerne* Gu. 4. — Ceterum vv. 72 — 75. Tarteron in ed. Paris. 694., Batteux in ed. Amstelod. 762. et Sanadonus omiserunt, in Gu. 2. ordo versuum est 73. 71. 72. — V. 73. *Inter marm.* Ms. Fe. 2, c. Berol. 2. Mon. m. Edd. vett. quas laudat Fea, quibus adde Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. Bas. 527. Cruq. Doer. *Intra marm.* Ed. Ald. 501. et seqq. De partic. *inter* et *intra* cf. Drakenb. ad Liv. 2, 10, 13. Hand. Tursell. III. p. 410. — V. 74. *Nec dom.* Ms. Gott. 1. *Ne pueri dom.* Mss. Fe. 1, d. e. 2, b. 3, a. 9, a. Goth. Gu. 3. Mon. b. c. Vict. — *pulchri pueri.* Lips. 3. Mon. d. *pueri cari pulcraeque.* Ms. Pulm. 11. *cari pueri pulchraeque.* Ik. 4. — *caraene puellae.* Gu. 4. et Victor. — *Ne pulcri dominus pueri* etc. legi mavult Bauer ad Sanct. Minerv. II. p. 335. — V. 75. *anget.* Ms. Ik. 4. Gu. 1. 3. Mon. m. — Vers. 74 et 75. delet Guyetus.

V. 76. *Quales* Ms. Dess. 2. — *commendas.* Mon. a. Ed. Ven. 552. teste Fea. — *aspice.* Sic Dess. 1. 3. Morell., Lips. omn. — V. 77. *commissa*

Fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri;
Ut penitus notum, si tentent crimina, serves
Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici;
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,

Ms. Gesn. 3. — *ruborem* Ms. Gesn. 3. et Santen. Ed. Cuning. — V. 78. *et quendam*. Ms. Berol. 2. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. (non 77. 79. 81). 92. (et 90. 509. ap. Fe.) Loch. 498. Lips. 492. 98 (?) 502. — *non dignos*. Dorv. 1. — V. 79. *premit*. Mss. Fe. 1, k. r. s. z. 2, a. d. 5, e. 6, b. Val. un. Gott. 1. Mon. b. h. *premat*. Fe. 1, a. a 1. m.

V. 80. *tueri. At penitus*. Ed. Bentl. ex conjectura, quem seq. anonym. Traj. ad Rhen. 713. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Dorigh. [Bod. ap. Fe.] Sivr. Wakef. Daru. Praedic. Camp. Doer. (ed. min.). Comprobat Jani p. 228., improbant Gesn., Wetz., Fea, Schmidius, Orellius et Fr. Jacobs. V. p. 93. *tueri. Ac penitus* Ed. Cuning. *tueri Ut penit. notum: si*. Ed. Cruq. — *si temptent*. Sic Ms. Ik. 1. Gu. 1. Dess. et. Lips. omn. Goth. Morell. *temnent*. Mon. f. *temptet*. Berol. 1. — V. 81. *fidens est praesid*. Ms. Bersm. un. Oberl. C. Fe. 2, c. notatum ex ms. in ora in ed. Ald. 501. Bibl. Vatic. Ik. 4. Mon. g. cod. Mentel. *fidenter*. Ms. Barth. Adv. 37, 22. Ed. Bentl. (qui explicat), quem seq. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Cun. San. (qui def.) Merv. Franc. Bask. Dorigh. Sivr. Wakef. Haberf. (qui def.) et Bodon. ap. Fe.; contra disputant Jo. Clericus, Gesn., Wetz., Fea, Schmid., Orellius, qui Barthii codicem, uti Sorbonensem Valarti, pro ficticio recte habet. — De incisione *praesidio, qui* cf. ann. ad 16, 75. — V. 82. *Tehonino*. Berol. 1. — *et quid*. Mss. Bersm. duo. Ik. 5. Gott. 2. Guelf. 2. 4. Dess. 2. 3. Mon. b. *et qui* Ik. 4. cod. Mentel. *en quid*. Ik. 6. Mon. e. l. Victor. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. *haec quid*. Berol. 1. Edd. Ven. 479. 81. *ec quid?* Sic dist. edd. Junt. 514. 19. Britannic. 520. Irenic. 567. — V. 81 — 85. delet Guyetus, v. 84. expressit Malch. Ecbas. Captiv. 1088., v. 85. idem ibid. 1086. *Nam neglecta* etc. Observandum quoque est, Berolinensem 2. inde a v. 86. deficere et reliquam partem Epistolarum deesse.

V. 86. *amici est*. Ms. Comb. D., contra disputat Schmid. — *Dulc. inexp. fultura pot. amici*. Ed. Praedic. — V. 87. *metuat*. Ms. Fe. 1, a. a 1. m. *metuet*. Mss. Palm. 7. 10. 11. Torr. duo. Bersm. duo. Val. quinque. Oberl. C. D. Fe. 1, z. 2, d. (a 2. m.) 5, a. (a 1. m.) f. Ik. 1. 6. Pott. 2. 3. 6. 13. 16. 18. 21. Orell. E. Berol. 1.

Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes tristemque jocosi,
Sedatum celeres, agilem navumque remissi; 90
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula, quamvis
Nocturnos jures te formidare tepores.

Dess. 1. Gott. 2. Gu. 1. Lips. 1. 2. Mon. b. d. g. (hic suprasc. *i*) Sant. cod. Mentel. Ed. Bodon. teste Bothio. — *Dum tu.* Ms. Ik. 4. *Nam dum.* Mon. e. — V. 88. *Haec age.* Ed. princ. ap. Comb. — *multata.* Dess. 1. — *vehat aura.* Mss. Torr. duo. Sic et Malch. Ecb. Capt. 1047. *Te tua culpa premit, tu, dum tua navis in alto est, Hoc age, ne te vehat aura.* — V. 89. *hilarum* Ed. Cuning. Versum expressit Malch. l. l. 992., sed pro *tristes* scripsit *moesti.*

V. 90. *navumque.* Mss. Oberl. C. D. Ik. 1. 5. 6. Orell. bSEc. Dess. 1. 2. Dorv. 1. 2. Goth. Gott. 1. Gu. 3. Lips. 1. 2. 3. Edd. Min. Bersm. Orell. *gnavumque.* Mss. reliq. et edd. vulgar. etiam Bentl. Fe. Ik. Pott. Jahn. Schmid. Hoched. Meinek. — De hac variante scriptura vid. ann. ad 1, 24. p. 5. (ubi *naviter* scribi malo) et Kritz. ad Vell. Paterc. 2, 105, 2. — V. 91. *Pot. bib. med. de nocte Falerni.* Deest hic v. in mss. Pott. (nisi quod 9 et 12 a 2. manu habent) in Orell. Ed. (hujus quidem margini minoribus litteris et alia manu, ejusdem tamen aetatis adscriptus) et uno Bambergensi, in Dess. 1. Mon. a. b.; adjectus est in Bentleji 4. et 6. in Ikii 1. manu recentiore, in margine Gott. 1. tantum appositus uti et in Lips. 2. 3. et in Gu. 2. a recentiore manu cum vv. 91 et 92. adscriptus legitur, deest in aliis, quos infra in Excursu nominabit Ferd. Hanthalius. Aliquando tamen in omnibus codd. fuerit necesse est, quum, uti non negat Orellius, omnes nunc noti, item Porphyrion et Schol. Cruq. habeant *Oderunt porrecta*; expunxerunt verba *bibuli — Oderunt* edd. Pott. Meinek. et interpres J. Merkel, uncinis inclusit Orellius, qui versum, uti Süpfle et Frenzel (Quaest. Venus Isenac. 1835. p. 24.), pro subditicio habet; defendunt scripturam vulg. et explicant Dac. Gesn. Fea, Düntzer, Fossius, V. Cl., cujus Excursum infra ponemus. *Potores liquidi med.* Mss. aliq. ap. Fabr. et C. G. ap. Comb. omn., si ex silentio certi quid effici licet, ap. Jaeck.; sic etiam habet Hildebert. Mor. phil. c. 989. — *de luce.* Ms. Bentl. 6. pro varia lectione, Comb. C. G., an Jaeckii codices? His rebus comparatis *Pot. liquidi med. de luce Falerni* edd. Bentl. (qui veretur, ne interpolatoris liberalitati hic versiculus debeatur) San. (qui def.) Merv. Phil. Franc. Bask. Dorigh. Sivr. Wets. Haberf. (sed inclusit *liquidi — Oderunt*) Praedic. Jaeck. Bod. (teste Fea) et Voss. (in translatione). *Pot. bibuli media de luce Fal.* Edd. Cun. Wakef., sic et legi maluit Fabricius. *Pot. liquidi med. de nocte Falerni.* Ed. Daru. *Potores Bibuli med. de nocte Fal.* i. e. consulis Rosellus ap. Dorigh.

V. 92. *negantes.* Ms. Fe. 1, d. a. 1. m. — *quanquam Noct. jures,* Edd. Cun. San. Franc. Bask. Sivr. — V. 93. *tepores.* Mss. quidam Lamb. Palm.

Deme supercilio nubem: plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges et percontabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter aevum:
Num te semper inops agitet vexetque cupido;

sex. Cruq. omn. et Schol. Bersm. Torr. et Talbot. omn. Gesn. 3. Oberl. C. D. Comb. B. C. G. Val. quinque et vigint. Bad. 1. 3. Fe. omn. except. duobus. Pott. omn. except. duob. Ik. omn. Orell. bSEd., e nostris Berol. 1. (in quo m. 2. suprascr. „dolores") Dess. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Gott. 1. 2. Gu. 1. 2. 4. Lps. 1. 2. 3. Mon. a. b. f. (cum schol. „vomitus," f. addit: „incendium pectoris") c. d. e. g. l. m. (hic quidem *topores*). Rudolst. cod. Mentel. Edd. vett. etiam 474. et 76. ap. Maitt. Lips. 492. 98. 502. et Britannic. 520. Cruq. Talb. (qui def.) Bentl. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Cun. San. (qui def.) Merv. Phil. Franc. Sandb. Bask. Dorigh. Sivr. Wakef. Haberf. Praedic. Hunt. Pott. Dillenburg (qui def.), tuetur Düntzer p. 511. *vapores*. Mss. Lamb. complur. Fabr. aliq. (qui def.) Comb. D. F. Alt. ap. Haberf. Fe. 6, b. 7, b. Pott. 15. 21. Orell. c. Guelf. 3. Corbei (?!) Goth. Mon. i. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 14. 19. et inde vulgata fere usque ad Talb., qui priorem script. restituit, ab eo tamen desciverunt edd. recentt. fere omn., ut Maitt. Jon. Gesn. Val. Oberl. Comb. Bad. etc. etc., defendunt praeter al. Fabric., Fea, Orellius. De permutatis verbis *vap.* et *top.* vid. Jahn. et Bach. ad Ovid. Met. 2, 811. — V. 94. *molestus* Ga. 3. — V. 95. Post hunc v. poni mavult vv. 86 — 88. Doederlinius loco infra laud., sed vid. Zimmerm. „Schuls." II. 1829. N. 56. p. 467 sq. et Jen. Litter. Zeit. 1832. N. 57. p. 455. — V. 96. *percontab.* Mss. Bersm. duo. Orell. omn. praeter un. Dess. omn. Gott. 2. Gu. omn. Goth. Lips. 2. 3. Mon. omn. praeter an. (f. *percantab.*) Rudolst. *percunctab.* Bersm. quat. Orell. d. Gott. 1. *percuntab.* Lips. 1. Edd. variant inter *percunctab.* ut edd. vett. Ald. 501. 19. Lamb. Cruq. Torr. Bersm. Baxt. Phil. Gesn. Dorigh. Wakef. Bad. Wetz. Pott. Charp. Amar. *percuntab.* ut Ven. 481. *perconctab.* ut Pulm. Fabr. *percontab.* ut Junt. 514. 19. Xyl. Min. Bentl. et recentt. fere omn. Vid. ann. ad vers. 69. Laudat hunc locum Priscian. 18, 4, 50. de Futur. pro Imperativo *legito* et *percontator*. — *doctus*. Ms. Oberl. D. a 1. m.

V. 97. *leviter*. Mon. e. — *traducere* Mss. nonnull. apud Lamb. — *aevom*. — Ed. Cuning. *aevum: Num* Sic disting. Fe. Hoched. al., quod comprobat ita Düntzer, ut quae sequuntur a v. 98 — 103. sententiae hujus versus subjecta intelligantur. Recte. *aevum, Ne* etc. Edd. vulg. — V. 98. *Num te*. Mss. Lamb. aliquot, Pulm. 1. 2. 3. 10. 11. Cruq. 1, a — d. 4. 9. et Schol. Bersm. duo. Torr. omn. except. duob. Val. nov. Oberl. C. D. (hic a 2. m. cum glossa *num quid*) Fe. 1, a. t. 2, b. c. d. (a 2. m.) f. (a 1. m.) h. 5, a. f. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. Bibl. Ang. Pott. vetustiss. Ik. 1. Orell. bSEc. Dess. 1. 2. 3. Lips. 2. 3. Dorv. 2. Gott. 1. 2. Mon. a. b. c. d. f. g. i. cod. Mentel.

Num pavor et rerum mediocriter utilium spes;
Virtutem doctrina paret naturane donet;
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum;
Quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum,
An secretum iter et fallentis semita vitae.
Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,

Edd. Fe. Pott. Jahn. Hocked. Web. Mein. Orell. (qui def.) Dillenburg. Süpfle, comprobant Bach. in Zimm. Zeitschr. f. d. A." 1834. p. 1044. et Düntzer p. 512. Recte quoque Fea cum al. hunc v. et seqq. „haud interrogative, quod quidem multi faciunt, scribendum" putat. *Non te.* Mss. Lamb. aliq. Cruq. 2. Pulm. 4. 7. Bersm. tres. Torr. un. Val. sept. Comb. D. Bad. 1. Ik. 5. 6. Pott. 12. 13. 15. 16. 18. 21. Orell. d. (sed p. 810 *num* habere dicitur) Guelf. omn. Berol. 1. Dorv. 1. Corbei. Sant. Lips. 1. Mon. e. Ed. princ. ap. Comb. et ed. Bersm., comprobat Victorius, improbat Hocheder. De commutatis vv. *num* et *non* cf. interpp. ad Od. 1, 24, 15. Plin. Paneg. 49. et Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 64, 259. *Ne te.* Mss. Lamb. reliq. Cruq. 6. 3. al. Bersm. un. Bentl. de suis tacet, Val. aliq. Comb. B. F. G. Fe. complur. Ik. 4. Goth. Edd. Loch. 498. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Lamb. et vulg. etiam Talb. Bentl. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Cun. San. cet. et post tempora Fea Jaeck. Camp. Zell. Schmid. Pass. Braunh. Charp. Amar. *Nec te.* Ms. Torr. un. Mon. 1. m. (hic in rasura). Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. (de ed. 92. non jam liquet) Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. *Neu te.* Ms. Comb. C.

V. 99. *Nunc pavor.* Mss. fere ut v. 98. sed Bersm. tres; in Lips. 1. deest totus versus. Edd. ut in vers. antecedente. *Non pavor* Mss. Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Val. Ik. fere ut v. 98. Bersm. duo. Comb. B. D. Pott. 18. 15. 16. 18. 19. 21. Orell. d., e nostris quidem Guelf. omn. Corbei. Berol. 1. Santen. Mon. e. l. m. Victor. et cod. Mentel. Edd. ut in v. anteced. et Ven. 477. 79. 81. 83. 86. Flor. 482. Lips. 492. 98. 502. Loch. 498. *Ne pavor.* Mss. fere ut antea, sed Comb. F. G. et ut vid. Dorv. 1. 2. Edd. ut supra. *Nec pavor.* Mss. aliq. Lamb. Torr. un. *Neu pavor.* Comb. C. — *aut rerum.* Mon. e. — V. 100. *parat — donat.* Mon. e. — *naturave.* Ms. Bersm. un. Comb. D. F. Mon. e. Edd. Bas. 527. Fabr. Pulm. Hocked. Camp. — V. 101. *Quis — quis.* Mon. e. *Qui min.* Lips. 1. *minuit.* Ms. Fe. 5, f. Mon. e. (corr. *a*) — *tradat amic.* Bad. 1. In Berolin. 1. hic v. sequenti postpositus est.

V. 102. *ac dulce.* Dubia suspicio Schmidii, quam improbant Orell. et Düntzer. — V. 103. Puncto rectius hunc v. distinguunt Bentl. Fe. Ik. Mein. Orell. et complures al. quam qui, ut ubique (ut *Quid — curas? — amicum?*), ita hic interrogationem inferunt. Ceterum v. 89 — 103. delet Guyetus, ita ut de tota epistola 48 versus delendos existumet. „Mais, inquit de Marolles, c'est un peu trop." — V. 104. *quotiens.* Sic mss. Berol. 1. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Gu. 1. 3. 4. Lips. omn. Morell. Rudolst. Cf. v. 45. — *gelidis rivis* Ms. un. (Pe-

Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus,
Quid sentire putas; quid credis, amice, precari?
Sit mihi, quod nunc est, etiam minus, et mihi vivam
Quod superest aevi, si quid superesse volunt di;
Sit bona librorum et provisae frugis in annum
Copia, neu fluitem dubiae spe pendulus horae!

trens.) ap. Talb. Sorb. et alius ap. Val. Mon. e. *gelidus reficit*. Bersm. un. Mon. g. — *rivos*. Ed. Cuning. — V. 105. *Mandella*. Ms. Ik. 6. Gu. 3. (*madella*). Ed. Britann. 520. — *rigosus*. Mon. e. — V. 106. *Quod*. Berol. 1. a 1. m. — *putes*. Ms. Orell. E. — *credas*. Mon. d.

V. 107. *et mihi*. Mss. Lamb. ut vid. Cruq. 1, a — d. 3. Pulm. 10. Bersm. duo. Torr. aliq. Bentl. 2. 4. 6. et al. compl. Oberl. C. D. Comb. B. D. F. G. Fe. 1, b. o. 2, a. b. (a 2. m.) c. d. e. g. 3, d. f. 5, a. f. 6, a. c. Ik. 1. 6. Pott. 1. 2. 3. 6. 7. 13. Orell. E., ex nostris Berol. 1. Dess. 1. Dorv. 2. Gu. 1. 3. Lips. ut vid. omn. Mon. a. c. d. e. i. cod. Mentel. Edd. Lamb. (sed habet *ut* in annot.) Cruq. Min. Baxt. Bentl. (qui def.) anonym. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Cun. San. (qui def.) Merv. Phil. Jon. Sandb. Franc. Bask. Gesn. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Bod. Zeun. Wetz. Haberf. Daru. Praedic. Hunt. Fe. Ik. Both. Pott. Doer. Jahn. Zell. Schm. Hoched. Web. Pass. Mein. Braunh. Charp. Amar. Orell. Dillenb. Süpfle. *at mihi*. Ms. Fe. 3, a. ut *miki*. Mss. reliq. aliorum et e nostris Dess. 2. 3. Dorv. 1. Corbei. Goth. Gott. 1. 2. Gu. 2. 4. Mon. b. c. f. g. l. m. Rudolst. Sic etiam Porphyrio legit, „dummodo" interpretatus. Edd. vett. etiam Pulm. Xyl. Fabr. Steph. Torr. Chab. Bersm. Heins. Rutgers. Burm. Talb. Dac. Val. Camp., approbat Tunstallus; explicans: „modo mihi." — V. 108. *si quod*. Berol. 1. Mon. d. m. *sit quid*. Fe. 3, b. — *velint*. Ik. 5. — *di*. Mss. Berol. 1. Dess. 1. Goth. Gott. 1. 2. Gu. 1. 2. 4. Lips. 2. Mon. fere omn. et alii aliorum ut Ik. 4. 5. 6. *dii*. Ik. 1. Dess. 2. 3. Gu. 3. Lips. 1. 3. Morell. Vid. ann. ad 4, 6. p. 224. et Eckst. ad Arist. II. p. 566. De monosyllaba in fine versus ut 19. 65. 99. et 17, 20. 42. 20, 20. vid. Kirchn. ad Satir. p. LXXIII. In Mon. f. totus vers. omissus est.

V. 109. *Spes bona librorum*. Mss. Gu. 3. Mon. a. g. Edd. Ven. 477. 79. 81. Asc. 519. — *bona lignorum*. Bersm. un. an plures?! — V. 110. *neu fluitem* Mss. Cruq. omn. (praeter un.) et Schol. in lemmate, itemque Porphyrion. Pulm. omn. Bersm. tres. Torr. pleriq. Bentl. vetustiores. Oberl. et Comb. et Bad. et Ik. et Pott. ut vid. omnes. Orell. SEc. (S?!) et corr. 6. Gu. 1. 4. Dess. 1. 3. Dorv. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. b. d. f. l. m. (Victor.) Rudolst. Edd. vett. except. un. Lips. 502. 8. 10. 14. Ald. 501. 14. Junt. 514. 19. Argent. 515. Bas. 527. 80. Asc. 510. Britannic. 520. Glar. Xyl. Fabr. Irenic. Pulm. Min. Torr. Heins. de Maroll. Rodell. Zurck. Baxt. Bentl. (qui def.) anonym. Traj. ad Rhen. 713. Maitt. Cun. Bask. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Zeun. Praedic. Hunt. Ik. Both. Bodon. (teste Fea.) Pott. Jahn. Zell. Doer. Schm. (qui def.) Braunh. Charp. Amar. Orell.

Sed satis est orare Jovem quae donat et aufert:

(q. def.) Dillenb. (qui def.) Süpfl. *ne fuit*. Mss. Lamb. et Feae ut vid. paene omn. G. Canter. N. lectt. 4, 12. (qui probat) Cruq. 3. Bersm. tres et alii alior. Orell. Sed. et prim. b. (S?!) Gu. 2. 3. Corbei. et ut videtur cod. Mentel. Berol. 1. Dess. 2. Mon. a. c. g. i. Edd. Loch. 498. Lamb. Cruq. Fabr. H. Steph. Chab. Piscat. Biedm. Bersm. Rutg. Despr. Burm. Talb. Tart. ed. Cost. Dac. San. (qui def.) Jon. Merv. Phil. Franc. Sandb. Sivr. Dorigh. Wakef. Haberf. Daru. Fe. Camp. Hoched. Web. Pass. Mein. *nec fuit*. Ms. Mon. e. *non fuit*. V. lect. ap. Torrent. *Neu* tuetur Hand. quoque Tursell. IV. p. 177., contra *ne* defendunt Tunstallus, Bachius („Zeitschr. f. d. A." 1834. p. 1044.), et Düntzer (p. 515.) idque *neu* ita, ut quod per *ne* dicendum fuerit, absolute, non ex antecedentibus aptum dicatur, uti et I, 3, 22. 6, 22. 46. 9, 12. 12, 2. De confusis autem particulis *neu* et *ne* vid. interpp. ad Tib. 4, 6, 7. et Drakenb. ad Liv. 34, 35, 9. — *pend. aurae*. Ms. Cruq. 6.

V. 111. *Sed satis*. Mss. et edd. vulg. et veterrim. et recentiss. *Hoc satis*. Mss. Fe. 1, p. t. Ik. 4. *Haec satis*. Mss. Lamb. quidam. Bentl. recentior. aliq. Fe. 1, a. (a 2. m.) Pott. 9. 13. 18. Orell. d. prim. Dorv. 1. Edd. Fab. Rutg. Bersm. Rodell. Despr. Dac. Tart. San. Phil. Gottschling. Val. Dorigh. Sivr. Haberf. (qui def.) Daru. Charp. Amar. Sic et laudat Gatak. ad M. Antonin. 2, 11. — *orasse*. Ms. Ik. 6. Dorv. 2. (suprascr. *re*) Santen. — *quae*. Ms. Bersm. un. (cum gl. „ea quae dare potest et auferre"). Torr. vetustiss. tres (qui probat). Bentl. ut vid. aliquot. Fe. 2, a. c. (a 2. m.) e. Mon. b. m. cod. Ment. [Oberlin. et Jaek et Pott. de suis tacent et de Lips. non liquet]; sic et legisse videntur Scholiastae. Inde *quae donat* restituit Talb., quem seq. Baxt. Maitt. Jon. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. (qui def.) Daru. Hunt. Fe. (qui def.) Ik. Both. Pott. Jahn. Zell. Doer. Hoched. (qui def.) Web. Mein. Charp. Amar. Orell. (qui def.) Dillenb. Süpfl. Comprobat Meadowcourt ap. Duncomb. II. p. 603. *qui donat*. Mss. et edd. vulg., e nostris Dess. 1. 3. Goth. Gott. 1. 2. Guelf. 1. 3. Lips. 2. Mon. a. c. d. e. f. g. i. l. (Victor.) Corbei. Rudolst.; sic etiam locum laudat Jo. Saresber. Polycr. 3, 9. et illud *qui* tuetur Düntzer. — *ponat*. Mss. Fe. 1, e. 2, a. (a 1. m.) *ponit*. Mss. Cruq. omn. Bersm. tres. Comb. B. Bad. 1. Val. sept. Fe. 1, b. d. k. s. 2, a. (a 2. m.) b. (a 1. m.) c. i. 3, a. (a 2. m.) d. 5, a. 6, a. c., e nostr. Gu. 2. 4. Berol. 1. Dess. 2. Lips. 1. 3. Dorv. 1. 2. Morell. et cod. Mentel. Inde *quae ponit* ed. Bentl. qui def. quemque seq. anonym. Traj. ad Rhen. 713. Cun. San. Merv. Franc. Sandb. Bask. Sivr. Dorigh. Haberf. Praedic. Camp. Schm. (qui def. et hic et in Addend. p. 305) Pass. Braunh.; sed contra disputant Mitscherl. (Racem. Venus. IX. p. 6.) Bach. (l. l. p. 1045) et Düntzer p. 516. *quae apponit*. Conj. Cuning. *qui ponit*. Sic laudat N. Heins. ad Ovid. A. A. 1, 231. Errorem putat Fea ex falsa scriptura *ponat* ortum, quam in *ponit*, non in *donat* correxerint; recte, etenim commutantur haud raro literae *p.* et *d.* vid. Bentl. ad Od. 3, 10 — 8. (quanquam ibi nihil mutandum est) Drakenb. ad Liv. 43, 6, 9. Bach. ad Ovid. Met. 15, 397. —

Det vitam, det opes, aequum mi animum ipse parabo.

V. 112. *Det vel non det.* Conject. Waddel. coll. Od. 2, 3. (p. 76.). — *animum mihi ego ipse parabo.* Ms. Bentl. 15, un. et Jo. Saresber. l. l. Edd. Sanad. (qui explicat) Merv. Phil. Sivr. et interpres Vossius. — *probabo.* Ms. Mon. c. — Praeterea variant mss. ut *animum probabo* ms. Mon. c., *anim. aeq. mihi ipse par.* Bersm. un., *anim. eq. mi* Dess. 3., *anim. mihi aeq.* Bersm. un., *anim. mi aeq.* Bentl. aliq. et Ik. 4., *aeq. mihi anim.* Dorv. 2. Dess. 1. Morell., *mihi aeq. anim.* Gu. 3. 4., *aeq. anim. ipse par.* Gu. 2., deest *animum* in Goth. At offensi esse videntur synaloephe *mi anim.*, de qua vid. Ramsh. Gr. lat. §. 221. p. 1076. coll. Kirchn. ad Sat. p. XXXVII. et XLIV. Mire ingenio suo indulsit Praedicovius: *Sit satis! est orare Jovem? Quae ponit et aufert, Det! vitam et det opes! aequum m'i animum ipse parabo.*

Ann. Nescio quomodo in Epist. antecedente excidit ed. Flor. 482. Ea habet v. 3. *quid*, v. 8. *laedet*, v. 21. *vilia*, *verum es*, v. 22. *te fers*, v. 30. *angue*, v. 32. *Rettul.* v. 52. *Brundus.*, v. 54. *Et cist. et fract. et subd.* V. 59. *plura maneret.*

COMMENTARII

IN

HORAT. LIB. I. EPISTOLAM DUODEVICESIMAM.

In hac Epistola de recta potentiorum cultura praecipitur. Quum in vitae consuetudine cum magnis amicis vel contracta vel contrahenda verendum esset, ne adolescentes illi non tam in arrogantiam et contumaciam, quam in nimium placendi studium atque in adulationem inciderent, Poeta hujus vitii unam cautionem atque unam provisionem Lollio proposuit, ut veram describeret virtutem ὁμιλητικήν, quae media quasi esset inter vilem adulationem et asperitatem agrestem. Praeceptis deinceps earum rerum, quae in usu hominum potentiorum vel observandae vel evitandae essent, summa cum humanitate datis Poeta Lollium adolescentem adhortatur, ne inter haec quamvis utilia cum viris summis vivendi praecepta negligat, quae a viris sapientibus de vera rectaque vivendi ratione proposita sint vel proponantur, ut condiscat, quid ad veram vitam et tranquillitatem animi, qua ipse procul ab hominum turba frequentiaque fruatur, verissime conferat.

Si artem spectes, qua Horatius in componenda hac Epistola usus est, haud scio an magis ingenuam laudes sentiendi rationem *),

---

*) Vere *Wielandius:* „Man kann diesen Brief als ein kleines praktisches *Handbuch der Kunst mit den Grossen zu leben* ansehen, welches jeder Jüngling, den sein Schicksal auf die schlüpfrige Bahn des Hofes gesetzt hat,

quam artificiosam praeceptorum utilium connexionem, ut non incommode dixerit morosus ille judex *Jul. Caes. Scaliger:* „Sic in duodevicesima, ingressus eam disputationem, qua reducit virtutem ad medium de extremis, saltuatim agitur per praecepta diversa, quaeque inter se nulla cohaerent affinitate.“ Quodsi Hor. in hac Epist. quasi exemplum virtutis ὁμιλητικῆς, qua quis viris potentibus prudenter uteretur, proponere voluit, vix aliter potuit facere, quin difficultatem et pericula culturae potentium amicorum indicaret. Ex qua re si quidam effici voluerunt, Horatium id egisse, ut Lollium a cultura potentis amici deterreret, aeque errant atque li, qui Poetam ad ambiendam talem amicitiam adhortatum esse sibi persuadent*). Ipsum Lollium quum alii adolescentem obstantia libertati claustra quasi perrumpere conantem et jugum amicitiae cum magno amico aut initae aut incundae vel aegre ferentem vel recusantem opinionis errore sibi fingunt**), alii in alterum incurrunt vitium, quum eundem „hu-

---

mit goldnen Buchstaben geschrieben und an seinen Calender oder sein Memoranden-Buch gebunden, bei sich führen, und worin er täglich als in seinem *Brevier* beten sollte“ etc. Similiter judicat *Waldkenaer* (II. p. 178.): „Le poète dans cette épître c'est surpassé lui-même dans l'art qu'il possède d'exprimer, avec une élégante concision, les préceptes les plus utiles. Il est parvenu à renfermer dans un petit nombre de vers le code complet du courtisan honnête homme; de l'homme aimable“ etc. etc.

*) Neque mihi neque *Düntzero* ab omni parte vera videntur quae hac de re eleganter disputavit *Doederlinius* in Lectt. Horat. decad. p. 15: „Sicuti potissimum est *nolle* potentes colere, sed sibi vivere honeste, quod ego nunc facio, secundum autem et *cupere* potentes colere et *posse*, quod tu modo facis vel facturus es, *utilius*, quam *honestius;* ita ultimum est ac deterrimum, utpote nec utile, nec honestum *cupere nec posse.*“ Neque approbo quae *Orellius* ab Horatio admoneri sentit, „quum multa officia libero et ingenuo viro vix satis digna sint observanda tale iter ingressis, et quam multa pericula fautorem offendendi anxie devitanda.“ Quae si vera essent, Horatius iis, quae ad Scaevam scripsit, sibi ipsi repugnasset.

**) *Düntzer* (p. 489): „Von den frohen, wohl übertriebnen Aussichten und Hoffnungen, die sich der mit mancherlei Beschwerden dieses Verhältnisses noch unbekannte junge Mann machte, schrieb er unserm Dichter mit aller Freimüthigkeit und aller Lust frisch belebter Hoffnung. Horaz aber sucht auch dem *Lollius*, auf ähnliche Weise, wie dem *Celsus* (I, 8.), kluge Besonnenheit zu empfehlen und seine feurigen Hoffnungen herabzustimmen, er macht ihn darauf aufmerksam, dass man hier vor Allem mit grösster Behutsamkeit handeln und alle Schritte wohl bedenken müsse; auch hier müsse sich die Weisheit des Mannes bethätigen, die immer das vorgesteckte Ziel im Auge zu behalten wisse, da es nicht so leicht sei, sich die Gunst der Grossen zu er-

jus generis vitae fortasse nimis cupidum nimiaque commoda sibi inde promittentem“ faciunt. Ex Epistola quidem vix tale quid extrices.

Lollium eundem esse, cui Hor. inscripserit Epistolam secundam, non facile quisquam hodie infitias ibit. Fuit igitur filius M. Lollii una cum Q. Aemil. Lepido a. 733. consulis. Interpretes veteres usque ad Norisii aetatem ipsum patrem, i. e. virum consularem hic quoque intelligi voluerunt. Quam non sit apta rerum conditioni ea sententia, uberius et plenius ad Epist. 1, 2. p. 130 sqq. indicavimus. Observari autem licet, et in hac et in secunda Epistola tantam esse praeceptorum ubertatem varietatemque, quanta in ceteris Epistolis non reperiatur, ut hujus rei causa, quam casu factam nemo sanus opinabitur, altius repetenda videri possit. Ac ne in meam ipsius messem incucurrisse coarguar, lectores ad enarrationem Epistolae secundae *) ablegandi sunt. Quodsi nonnulli interpretes, ut *Lambinus*, *Bentlejus*, *Sanadonus*, *Fea*, *Zellius*, patronum illum, quem elegerit Lollius, Tiberium intelligunt, eam sententiam neque affirmare neque negare in animo est, modone suae opinionis praesi-

---

werben und dauernd zu erhalten.“ Alii aliter, quorum sententias idem recenset p. 486 sqq., sed praeter ceteros videsis quae de Lollii moribus et sentiendi ratione disputarunt *Wielandius* et *Haberfeldus*, quibuscum confer *Düntzerum* p. 489.*): „Einen rauhen, etwas wilden jungen Mann — — können wir uns — — nicht denken“ etc.

*) Ibi *Stangius* (p. 130) solus inter homines hujus aetatis videtur esse, qui Lollium consularis filium fuisse neget, sed neque mihi, neque aliis persuasit. Quodsi ex Lollia Paullina, consularis nepti, cognomen *Paullini* optimo jure mihi videor conclusisse, argumenta, quibus ad refutandam hanc sententiam usus est *Stangius*, ea sunt, quae facile sua ipsorum natura concidunt. Feminae enim nuptae quanquam familiam mutaverant, tamen nominibus iisdem, quibus ante, vocari solitae sunt addito tantum, si libuit, generandi casu nomine mariti, ut Cornelia Gracchi, Marcia Catonis, Porcia Bruti, Arria Paeti et similia, de quibus disputat *Jo. Fr. Christius* in Noctt. Academ. Obss. XXIII. p. 277., ut mirer, *Orellium* quoque cognomen *Paullini* pro incerto habere, vid. ejusd. Exc. ad Od. 4, 9. p. 576. ed. secund. Ceterum Lollio plures fratres fuisse, ex quibus unus quidem v. 63. commemoratur, ex adjecto verbo „*maxime Lolli*“ effici videtur, nisi hic ea dicendi consuetudo valet, qua *maximus* de duobus (Liv. 1, 3, 10. Terent. Adelph. 5, 4 (2), 27), uti *primus* pro priore, *quis* pro utro et similia dicuntur, de quibus conf. Halm. ad Cic. pr. Sest. 19, 44. Seyff. ad Cic. Lael. 26, 100. Fabr. ad Liv. 21, 39, 6. Rupert. ad Tac. Agric. 34, 2. Welck. ad Theogn. 246. p. 97. Rudd. II. p. 35. N. 31. Epitheton igitur quum ad aetatem significandam (Forbig. ad Virg. Ecl. 5, 4. Fabr. ad Liv. 23, 30, 11.), tum honoris causa additum putabis.

dium in vv. 30, 36, 39, 69, 76, 86 quaerere velint. Tiberius enim, tum juvenis bonae spei, nunquam ab Horatio oblique tactus est; vid. ann. ad 9, 4. coll. *Weber.* p. 323. N. 226. Neque eos moramur, qui Augustum significari opinantur, quod ii paene faciant necesse est, qui Lollium patrem hic vident. Sed satis sit de argumento *) disputasse.

Temporis notatio scriptura illa quidem v. 56. 57. *refigit Nunc* tam certa est, ut recentiores chronologi in anno 734. jure consentiant **). Qui alteram scripturam *refixit Et nunc* tuentur, ut *Masonus* (Hor. Vit. p. 325) et *Grotefendus* (Allg. Encyclop. X. 2. p. 475) Epistolam ao. 738. ut ille, vel multo post ann. 733. ut hic scriptam opinantur. Qui M. Lollium, virum consularem, significari volunt, tempus scriptae Epistolae ad annum 742., uti *Rodellius* et *Dacerius*, referunt.

V. 1 — 8. Quum in concilianda principum virorum amicitia qui eam commendationem quaesiverant ad quandam scurrilitatem, ut assolet, proni inventi videantur esse, Horatius, qua fuit in amiculos humanitate, „de Lollio optima quaeque se sperare ait et fore, ut adolescens bene moratus et illud vitium et quod huic contrarium est sua sponte devitet.“ Hinc explicabis v. 1. *metues* (vid. ad 16, 60.) et Epitheton *liberrime*, quod ipsum Lollii indolem ab assentando prorsus alienam urbane indicat. Sic pari urbanitate 17, 1. 2. *Quamvis — — uti* dixit. Quam rem qui parum hic intellexerant, si non in Superlativo, uti *Cruquius*, „quod in excessu est extremum,“ ita ut Poeta Lollium „rustica libertate rudem quasi dedolare studuerit lenioremque suis efficere,“ at saltem „nimiam libertatis exsuperantiam“ viderunt. Qui nobiscum sentit, ne ea quidem excusatione utetur, qua *Fr. Jacobsius* (V. p. 78) Lollium id quod sibi ipsi debuis-

*) Conf. *Fr. Jacobsium* quoque (V. p. 78), *Walckenaerium* (II. p. 174 sqq.), *Weberum* p. 301. De Epistola ficta [?!] dixit *Weichertus* in Prolus. I. p. 22.

**) Nimio plus tribuit versibus 61 — 64 *Walckenaer* (II. p. 176): „En 734, époque à laquelle H. écrivit cette épître, Maximus était avec son frère dans une maison de campagne de leur père, près du lac Lucrin, et ils s'amusaient tous deux à simuler sur ce lac avec de petites barques le fameux combat naval d'Actium. Ces deux circonstances nous prouvent que l'épître d'Horace fut écrite en automne et dans le mois septembre, mois prospice pour la chasse, et au commencement duquel avaient lieu les jeux Actiaques, fondés par Auguste“ etc. At Horatius verbo *interdum* utitur, ut ludum subinde repetitum indicet.

set, neque semper observasset videt tacite monitum. De formula: *si bene te novi*, ut Senec. Epist. 16. *Jam ab initio, si bene te novi, circumspicis, ecquid haec epistola munusculi attulerit*, conf. Ovid. A. A. 3, 51. (ib. Burm.) ex Pont. 1, 6, 4. 2, 3, 49. Amor. 2, 18, 39. Mart. 3, 68, 11. et de Epitheto h. l. honorifico *liberrime* Schmid. ad h. l. Wüstem. ad Sat. 1, 3, 52. coll. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 59. Beier. ad Cic. Offic. 1, 29, 104. Heinr. ad Juv. 4, 91. Jacob. ad Lucian. Alex. 47. p. 90. — V. 2. *Scurrantem* vel *scurram* vilem assentatorem dixit vel Lambino auctore eum, qui pabuli causa potentiori alicui assentatur et risum movet, *βωμολόχον, παράσιτον, κόλακα*. Conf. 15, 28. 17, 19. et Garve ad „Ethik des Aristoteles" I. p. 640. *Scurrantis* autem *speciem praebere* ut Liv. 22, 24, 12. *speciem parti utrique praebuisse novi praesidii*. Id. 28, 14, 4. Similia ut v. 95. et 2, 2, 124. comparat *Hauthal.* ad Pers. p. 392. — *professus amicum*, *ἐπαγγειλάμενος*, i. e. „quum decrevisti esse atque adeo factus es amicus alicui." Cruq. Conf. Seyff. ad Cic. Lael. 5, 17. p. 97. Eleganter *J. Merkel:* „Kenn' ich dich recht, freimüthiger Lollius, wirst du dich hüten, Da, wo Freund du dich nennst, zu erscheinen ein höfischer Schmeichler."

V. 3. 4. *Ut matrona — amicus.* De amicitia adulantis, *κόλακος*, cum *φιλίᾳ ἑταιρούσῃ* (Od. 1, 35, 25.) comparata *Dacerio* Poeta Platonem (Phaedr. p. 240. B.) secutus esse videtur. Similiter Plutarchus de Adul. et Amic. Discr. VI. p. 229. R. amicitiae meretriciae (ut Ovid. ex Pont. 2, 3, 19. 20.) *φιλίαν ἀληθινὴν καὶ σώφρονα* opponit. Ut hic scurrae cum meretricibus et amici cum matronis comparantur, ita haud absimili ratione Cicero de Or. 2, 60, 247. et Quintilianus Inst. 6, 3, 29. oratorem a scurra distare dicunt, et pari elegantia Cicero de Fin. 2, 4, 12. voluptates *meretricibus*, virtutes *matronis* et Max. Tyrius (Diss. 20, 1.) amicum Virtuti, adulatorem Voluptati conferunt. Singillatim h. l. *pudibunda matrona* (A. P. 231 — 33.) a *proterva meretrice* tota vita differre dicitur; hinc *dispar*, i. e. dissimilis moribus et ingenio et *discolor*, omni vitae genere et conditione, ut 17, 23. Pers. 5, 52. coll. Burm. ad Val. Fl. 5, 565. Ita Cicero Cat. maj. 21, 78. *dispar sui atque dissimile* conjungit. Minus recte *Cruquius:* „vultu gestuque" vel *Lambinus:* „vestitu*)." In partem conf. Hieronym. Epist. 47, I. p.

*) Dissimilem vestitum cultumque intelligi malunt et alii, ut *Torrentius* et *Dacerius*. Mulieres enim meretriciae in publicum togatae prodibant, ut a

147. F. *Procacitatem libertatem vocas. Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. — infido scurrae dist. amicus.* De hoc vili adulatorum genere Maxim. Tyr. 6, 7. *Σπάνιον δὲ τὸ πτῆμα τοῦτο· τὸ δὲ εἴδωλον αὐτοῦ πρόχειρον καὶ παντοδαπόν, κολάκων ἐσμοὶ καὶ θίασοι, σεσηρότων καὶ σαινόντων, καὶ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἐχόντων, — — μισθοφόρων, ἀλλ' οὐ φίλων.* Significationem *amici* illustrat Seebode in „Scholien" I. p. 8. De omissa post *ut* particula *ita* conf. 13, 2. et 2, 1, 236. A. P. 420. *).

V. 5 — 8. *Est huic — virtus.* Jam ponit alterum genus eorum, qui non tam „nimio adulationis metu", ut quidam opinantur, quam quia re sic comparata favorem potentiorum sibi conciliare nequeant, in vitium contrarium idque pejus incultis sordidisque moribus suis, quos pro vera libertate et virtute vendidant, fere incurrunt. Ita Plutarch. de Adul. et Amic. Discr. VI. 66. p. 243. *Πᾶσαν — ναυλον ψευκτέον ἐστὶ δι' ἀρετῆς, οὐχὶ διὰ τῆς ἐναντίας κακίας, ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν αἰσχυντηλίαν μὲν ἀναισχυντίᾳ φεύγειν,*

---

matronis stolatis distinguerentur. Vid. Acron. et Heind. — Wüstem. ad Sat. 1, 2, 63. coll. Rader. ad Mart. 2, 32 (39), 2. 6, 44 (64), 4. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 343 — 53. Lips. Exc. XIV. ad Tac. Ann. 2, 85. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 247. Heinr. ad Juv. 2, 70. Hess. ad Tac. Dial. 26. p. 177. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 8. p. 93. Hermann. Spicil. annot. ad Juv. Sat. tert. Marburg. 1838. p. 28 — 30. Becker ad Gall. I. p. 388. II. p. 63. Hoc loco multi imprimis vestes versicolores intelligunt, quibus Athenienses quidem meretrices ex lege utebantur, conf. Cuper. Obss. 3, 8. Hermann. ad Lucian. Quomodo histor. etc. 8. p. 61 — 64. Welck. ad Theogn. Prolegom. p. LXXXVIII. N. 125. et in Mus. Rhen. 1833. IV. p. 598. Fr. Jacobs. „Vermischte Schrift." IV. p. 361. Num Romanorum matronis versicolore vestitu uti illicitum fuerit, cum *Beckero* ad Gall. II. p. 96. coll. Charikl. II. p. 343 sqq. contra *Boettigerum* in Sabina p. 356. 371. coll. „kleine Schriften" III. p. 44. disputante dubitaverim, quanquam Seneca N. Qu. 7, 31. dicit: *colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus.* Conf. Duk. ad Liv. 34, 1, 3. Jacob in Jahn. NJbb. 1838. XXIII. 4. p. 455. Legitimum vestitus inter matronas et meretrices discrimen posterioribus quoque temporibus testantur Tertull. Apol. 6. *Video et inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum*, coll. de Cult. Fem. 2, 12. p. 180. C. et Dig. XLVII. 10. 15. § 15. p. 704. ed. Beck. *Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur; multo minus si meretricia veste feminae, non matrum familiarum vestitae fuissent.*

*) Alia exempla vid. apud Forbig. ad Virg. Ecl. 5, 34. Drak. ad Liv. 34, 9, 10. Duk. ad 39, 41, 1. coll. Hand. Tursell. III. p. 497. De constructione v. *distat* et *diversum* vid. Schmid. ad h. l. et Beneck. ad Justin. 31, 5, 4. Cort. ad Lucan. 8, 487. Bach. ad Ovid. Met. 9, 221.

ἀγροικίαν δὲ βωμολοχίᾳ. *Asperitas* autem, ἀγροικία, quae Theophrasto εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων dicitur (Casaub. ad Char. 4. p. 48. F.), partim politiori humanitati (Doering. ad Epist. 2, 1, 129. A. P. 163), partim libertati libero homine dignae, quae ἐλευθεριότης (Cic. pr. Planc. 13, 33.) audit, opponitur, vid. Seyff. ad Cic. Lael. 23, 87. 25, 91. Epitheta cumulata (*agrestis* Doederl. Syn. I. p. 72., *inconcinna* 17, 29. coll. *concinn.* 11, 2. Sat. 1, 3, 50. Epist. 2, 1, 74.) illius et inhumanitatem et molestiam indicant. Hanc significationem Poeta infra persequitur, illam utpote latius pertinentem, quae eadem saepe τραχύτης, severitas nimia est, quo vitio qui laborant, δύσκολοι appellantur, hic significat. Dicuntur autem *se commendare tensa cute, dent. atris*, quatenus singulari quadam severitate et inhumana negligentia (Cic. Offic. 1, 36, 5.) aliorum favorem sibi parare *student*. Intellige imprimis adolescentes Stoicae sectae addictos (Rupert. ad Juv. 2, 14.), qui, quod hominum elegantioris cultus habitusque incuriosorum vel plus aequo parcorum erat, capillos ad cutem tondere soliti sunt. Notus est ille tondendi mos, ἐν χρῷ κουρία, quem quo jure *Düntzer* et *Dillenburger* pro barba rasa habeant, me fugit. Ita Alcibiades Spartae κειρόμενος ἐν χρῷ etc. degisse dicitur ap. Plutarch. l. l. p. 192., vel de ipsis mulieribus Lucian. Bis accus. 20. ἐν χρῷ κέκαρμαι — — καὶ σκυθρωπῇ δοκῶ. Id. de Fugitiv. 27. γυναῖκα ἐν χρῷ κεκαρμένην εἰς τὸ Λακωνικόν, ἀφρενωπὸν καὶ etc. Conf. hic Schmid. et locos 7, 50. p. 378. laud., Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 266. Indic. ad Theophr. Char. s. v. κείρεσθαι et F. O. Jahn. ad Pers. 3, 54. Similiter *dentes atri* eorum sunt, quorum dentes propter nimiam negligentiam rubigine sordent, Ovid. A. A. 1, 515 sqq. 3, 197. In alteram partem Theophr. Char. 5, 3. de iis, qui gratiosi esse velint: καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. Quum inter omnes constet, et ἐν χρῷ κεκαρμένον et plane intonsum esse (Casaub. ad Theophr. Char. 10, 4. p. 134. F.) aeque contra decorum fuisse, nihil agere ii censendi sunt, qui de conjectura *intonsa cute* *) scripserunt. Seneca quidem de hominibus suae aetatis Epist. 5.: *Aspe-*

*) *Sanadonus* „une barbe mal-faite," contra *Dacerius* de scriptura valg. „une longue barbe" = „en ne se faisant la barbe qu'au ciseau" intelligit. Suspicari possis, infimum illud scurrarum genus intelligi, qui ut mimi ad risum movendum capite raso fuerint. Artemid. 1, 22. Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην — γελωτοποιοῖς — ἀγαθόν. Maneth. Apotelesm. 5, 104. Ξυρομένους κεφαλάς, μίμους ὄχλοισι γελοίους. Vid. Ziegler. de Mimis p.

rum cultum et intonsum caput et negligentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum et quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur, devita. Satis ipsum nomen philosophiae, etiamsi modeste tractetur, invidiosum est. Quam curam eamque non semper laudabilem veteres illi Romani et in capillitio et in barba posuerint, testantur loci ad 1, 94. indicati coll. Cic. in Catil. 2, 10, 22. et quos laudat Rupertius ad Juv. 6, 105. 11, 149 sqq. Quapropter improbabis *Lambini* et *Mureti* interpretationem: „quia, quae tondentur, hirsuta et pilosa sint necesse est, per *tonsam cutem* totius corporis horridam quandam et hirsutam asperitatem significat," vituperabis *Cruquii, Torrentii, Lubini* monstrum: „duri in amicos homines arbitrantur se commendari *tonsa cute*, non sua, sed amici et dentibus atris, h. e. agresti mordacitate et horrenda contentione saepe de re nihili." Immunditiem quorundam philosophorum *Fr.* quoque *Jacobs.* (V. p. 91) intelligit. Horatium praeter ceteros Stoicorum rigidam disciplinam sensisse etiam declarat *libertas mera veraque virtus.* Vid. ann. ad 10, 41. coll. O. Jahn. ad Pers. 5, 82. et ibid. p. 181. Per libertatem autem non eam tantum, quae in verbis sit intelligi, sed quae habitu quoque se prodat, recte dicit *Rappoltus.* De *virtute vera* dixi ad 1, 16. cf. Lübk. ad Od. 3, 2, 21 — 25.

V. 9. *Virtus est — reductum.* Ab contrariis ante propositis in hanc virtutis definitionem Aristotelicam sua sponte incidit Poeta. Ita enim Ethic. 2, 6, 15." *Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν φρόνιμος ὁρίσειε· μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν κατ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν.* Ibid. 2, 8, 1 sqq. 9, 1 sqq. Hinc Hieronym. Epist. ad Demetriad. 8. I. p. 44. B. *Philosophorum**) *quoque sententia est, μεσότητας ἀρετάς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι: quod Latinus sermo*

---

30. Rupert. ad Juv. 5, 171. interpp. ad Lucian. Conviv. 18. et quos laudat O. Jahnius ad Pers. p. LXXXVI. N. 2.

*) Ita etiam Stob. Ecl. 2, 7. p. 38. Heer. *Ἠθικὴ δ' ἐστὶν ἀρετὴ μεσότης παθῶν, ἥ ἕξις ὁρίζουσα τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῷ τῆς φρονήσεως λόγῳ.* Plutarch. de Virtut. mor. VII. p. 746 sq. Cic. Tusc. 4, 20, 46. (ib. Orell.) Colum. R. R. 3, 5. Interpp. ad Cic. pr. Muren. 30, 63. Eichstad. Quaest. philol. spec. septim. *de vocabulo mediocritatis.* Jen. 1842. Inde explicabis Sat. 1, 1, 106. 2, 24 sq. Od. 2, 10, 5. (ib. Mitsch.) et nostr. ann. ad 6, 15. 16. Jo. Mar. Mattii Opin. in Triga opusc. p. 425. Car. Passov. N. 61.

ita potest resonare: moderatas esse virtutes, excedentes modum atque mensuram inter vitia deputari. Id. ad Eustoch. virg. 27. I. p. 116. E. In sententiam Plutarch. de Adul. et Amic. Discr. VI. 66. p. 244. *Αἰσχρὸν δέ, φεύγοντα κολακείαν παῤῥησίας ἀμετρίᾳ, διαφθεῖραι τὸ φιλικὸν καὶ κηδεμονικόν· δεῖ δὲ μηδέτερον παθεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τὸ καλὸν ἐκ τοῦ μετρίου λαβεῖν.* Dictione autem *utringue reductum* usus est Lucretius 5, 837. ib. Wakef. *Virtutem* autem ipsam hic intellexit *εὐτραπελίαν — μεσότητα βωμολοχίας καὶ ἀγροικίας* ap. Stob. in Ecl. 2, 7. p. 318. Aristot. Eth. 2, 7, 13. 4, 8, 2 — 4. De ea, quae fere eadem est *παιδιᾶ* opp. *ἀπαιδευσίᾳ* (Isocrat. ad Demonic. ap. Orell. II. 51. p. 32. et 557.) et *ἀμαθίᾳ* „Rohheit" (F. A. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 339. et Ast. ad Theophr. Char. IV. p. 69.) pluribus disputat *Vavassor* de Ludicra dict. p. 282 sqq. ed. Kapp. Similiter Tacitus (Ann. 4, 20, 2. *abruptam contumaciam deformi obsequio* opponit et Clemens Alexandr. (Paedag. 10. p. 243. B.) vitam temperatam ab utroque vitio deliciarum et parcitatis remotam describit.

V. 10 — 20. Jam Hor. sententiae generali utrumque genus hominum suo modo agentium subjungit et tam perspicua et illustri oratione explanat, ut omnis agendi ratio sub aspectum paene subjiciatur. De hac disputandi consuetudine Horatiana conf. ann. ad 1, 27. et Both. ap. Feam ad Od. 4, 4, 29. Ad descriptionem alterius de duobus vid. A. P. 420 — 433. Plutarch. de Adul. et Amic. Discr. VI. p. 177 sqq. Lucian. de Parasit. VII. p. 99 sqq. Nigrin. 12. Theophr. Char. 2. (ib. Casaub.) coll. Aristot. Ethic. 4 (12) 6, 1 — 8. et 4, (14) 8, 10 — 12. Athenae. 6, 12. p. 248. Cas. (6, 53. p. 452 sqq. Schwgh.) Juv. 3, 86. 100 sqq. (ib. Rupert.) Cic. Lael. 25, 91 — 93 (ib. Beier.). Mart. 9, (11) 15. ib. Rader. p. 619. Senec. Nat. Qu. IV. praef. Anamian. Marcell. 28, 4. p. 431 ed. Ernest. Ammian. in Anth. Pal. II. p. 204. (Anal. Br. II. p. 389. XXV). *Alter imi Derisor lecti* dicitur utpote qui in *imo lecto* una cum convivii domino atque ceteris scurris accumbens scurrilibus jocis et scommatis omnes praeter ipsum convivatorem (Sat. 1, 4, 87) deridendo ceteris convivis risum moveat. [Contra *Marcilius* de scr. *ut imi* „generi amicorum asperitate peccanti" alterum videt oppositum „blanditiis peccans et *simile derisori imi lecti* sive subsellii, qui regem suum sive divitem metuit, ut puer magistrum."] Lucian. Parasit. 51. *τίς δ' ἂν μᾶλλον εὐφράναι τοὺς συμπότας; πότερόν ποτε οὗτος ᾄδων καὶ σκώπτων, ἢ ἄνθρωπος μὴ γελῶν* etc. Plaut. Stich.

1, 3, 20. 21. Qui *imi lecti* pro Genitivo objecti habent coll. Sat. 1. 4, 87 — 89. et Senec. Epist. 27. (*Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum adrosor et, quod sequitur, arrisor et, quod duobus his adjectum est, derisor ut* etc. hoc dici malunt: „qui modo patroni dictis arrideat, modo ipsum derideat," sed obstant verba *nutum div. horret*, i. e. cum summa verecundia*) observat, vid. ad 7, 64. p. 386. Salse autem ipsum *nutum* observare fingitur, ut Cic. Parad. 5, 2. *quem nutum locupletis orbi senis non observat? loquitur ad voluntatem.* Cic. Lael. 25, 93. *animus ejus, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur.* Plutarch. de Pueror. educ. 14. *Κόλακες, οἱ πρὸς τὸ τῶν πλουσίων νεῦμα ζῶντες τῇ τύχῃ μὲν ἐλεύθεροι, τῇ προαιρέσει δὲ δοῦλοι.* Epictet. Fragm. 105. *οἱ δὲ (κολακεύοντες) πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορᾶσι, καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι, τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις συννεύουσι.* Ita adulator apud Theophr. 2, 5. *εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλεῖν* dicitur. De ratione *imi lecti* conf. Wüstem. ad Sat. 2, 8, 20. et ad „Palast des Scaurus" p. 266. Becker. ad Gall. II. p. 145 sq. una cum Stuck. Antiq. Conviv. 2, 35. p. 424. *Marcilius* non infimum triclinii lectum, sed imum parasitorum subsellium coll. Plaut. Stich. 3, 2, 32. intelligi mavult. Similiter sentit *Torrentius* ad Sat. 2, 8, 40.

V. 12 — 14. Describitur *ἀρεσκεία* quaedam, qua utuntur *οἱ κόλακες*, de ea conf. Aristot. Eth. 2, 7, 13. 4, 6, 1. Theophr. Char. 5, 1. p. 62. Casaub. Plutarch. l. l. p. 203. 232. — *Sic iterat voces.* Theophr. Char. 2, 3. de assentatore: *καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος, καὶ ἐπιστηρίσασθαι δέ, εἰ καύσεται, ὀρθῶς.* Cic. Parad. 5, 2. *quicquid denuntiatum sit, facit: assentatur, assidet, miratur. — verba cadentia tollit.* Schol. Cruq.: „excidentia et temere prolata suscipit pro mirandis." Alii, ut *Piscator*: „verba a divite amico pronuntiata mox repetit et approbat." *Dacerius* comparat Aristoph. Vesp. 1011. *νῦν Μὲν τὰ μέλλονθ' εὖ λέγεσθαι, Μὴ πίεσῃ φανλως χάμαζ', εὐλαβεῖτε.* Similiter Senec. Epist. 49. *non vacat mihi verba dubia cadentia consectari.* In rem conf. Cic. Lael. 26, 98. *Semper auget*

*) De hac venerationis significatione laudat *Klotzius* in Lectt. Ven. p. 287 sq. Serv. ad Virg. Aen. 6, 10. Emmeness. ad 1, 165. Ob. Gifan. ad Lucret. s. v. *Horrifico* 2, 610.

assentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Aristot. Eth. 4, 3, 29. οἱ ταπεινοὶ κόλακες. Id. Polit. 5, 9, 6. ed. St. Seyff. ad Cic. Lael. 25, 91. p. 519. — Ut v. 13. 14. alterum exemplum a puero τὰ ἀποστοματιζόμενα (Plat. Euthyd. p. 267. C. et ann. ad 1, 55.) *magistro saevo**) *reddente* desumptum anxiam quandam vocum iterationem significat, ita alterum a *mimo secundarum partium* profectum assentatoris scurrile potenti amico in omni re annuendi atque assentandi studium ob oculos ponit. Quapropter de hoc quidem exemplo non assentior neque *Daruo*, quum explicat: „qui faisait entendre une seconde fois ce qui venait d'être dit," neque iis, qui *mimum* pro comoedo habentes summissa voce leniter (ut Cic. Div. in Caecil. 15, 48.) loquentem faciunt. *Mimus* enim hic cum *Orellio* et *Düntzero* proprie accipiendus est, quia, ut ait Festus in *Salva res est* (p. 254. Lindem.) *quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur;* ubi Scaliger hunc loc. p. 695. comparat. Idem testatur Hieronym. Epist. ad Eustoch. 22. I. p. 94. A. *Eas autem virgines — — — quae rubore frontis parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes fuge.* Quum ejusmodi actoris secundarum partium esset, actorem primum gestu et praesertim voce imitari atque omnia quasi assentari, simile illud in expedito est. Bellum hujus imitationis exemplum laudat *Orellius* Suet. Calig. 57. *Et quum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit.* Hinc translate Cic. Brut. 69, 242. *Quod ita faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi secundarum.* Senec. de Ir. 3, 8. *Optimum judicavit, quicquid dixisset, sequi et secundas agere***). Ovid. A. A. 1, 584. Plutarch.

---

*) *Dictata reddere* est h. l. repetere, nostrum „nachsprechen" ut Ovid. Met. 3, 361. ib. Gierig. non „memoriter recitare." De *dictatis* conf. nunc Orell. et Klotz. ad Cic. Tusc. 2, 11, 26. Num hic Poetae animo obversata sit plagosi Orbilii imago, quod quidem suspicatur *Weichertus* (Poet. Latin. Reliq. p. 25), ex Epitheto effici nequit, cf. Mart. 8, 3, 15. 9, 69, 4. Auson. Eidyll. 4, 2. 12. 25. Car. Passov. N. 18. Heind. ad Sat. 1, 8, 33.

**) Perperam *Haberfeldus*, quanquam locum recte explicaverat *Dacerius*, mimum ipsum non vidit. *Sanadonus* mimum sec. partium pro *adjutore* vel *secundario* „sousacteur, différent de ce qu'on apeloit *monitor*, qui n'avoit soin que de souffler aux acteurs, en cas que la mémoire vint à leur manquer" coll. Terent. Heaut. 5, 1, 2. habet. Sed loco nostro recte usi sunt auctor libri:

de Adul. et Amic. Discr. VI. p. 198. R. *ὁ δὲ κόλαξ ἀεὶ μνημονεύων τοῦ τὰ δεύτερα λέγειν, ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τῆς ἰσότητος, ἡττᾶσθαι πανταχοῦ καὶ ἀπολείπεσθαι, πλὴν τῶν φαύλων ὁμολογῶν.*

V. 15. 16. *Alter — armatus.* „Contra alter, i. e. ille morosus et agrestis, de re, quae nullius fere momenti est, litem movet et pro frivolis rebus pugnat frivolis usus argumentis.“ Dicitur autem *rixari de lana caprina* ut *περὶ ὄνου σκιᾶς* (Erasm. Adagg. 1, 3, 53. Lucian. Hermot. 71.) de rebus levissimis aut quae plane nullae sunt. Lanam enim caprae habere vulgo non dicebantur; hinc apud Liv. 22, 1, 13. inter prodigia illud „*capras lanatas quibusdam factas*“ refertur. Aliter Icti ut Ulpian. in I. *Si aut lana* § Lana leg. ff. *De legatis et fideic.* 3: *Lanâ legatâ etiam leporinam lanam et anserinam et caprinam credo contineri.* In verbis seqq. tanta et distinguendi et interpretandi diversitas utique non inveniretur, si interpretes verba sic ordinare ausi essent: *Propugnat nugis armatus nugis* ut Od. 1, 3, 6. *Debes Virgilium finibus Atticis Reddas incolumem precor*, ubi verba media *fin. Attic.* et ad *debes* et ad *reddas* recte retulit *Dillenburger**). Et quis est, qui libertatem poetae in structura vv. *prop. nugis* pro *prop. pro nugis* (Cic. Offic. 1, 19, 2. Tusc. 5, 27, 79. de Invent. 1, 1.) exiliter ad calculos prosae orationis revocet? Quodsi illam ab animo tuo impetrare non poteris, ad aliam interpretandi rationem aeque Horatio dignam deducaris oportebit ita, ut dicamus, *propugnat nugis* idem esse quod *pugnat pro nugis.* Sic 6, 1. *dotalibus emetat agris*, 15, 10.

„Abhandlung von den Pantomimen“ etc. Hamburg 1749. p. 10., *Grysar* in „Schulzeitung“ 1832. II. p. 332., *Ziegler* „de Mimis Romanorum“ p. 22., quanquam dicit: „prima cautio erat, ne imitando Actorem (secundae partes), etiamsi possent, vincerent. Nisi ita intelligamus, frigida omnino erat *adulteris* et *secundarum* comparatio, quam Hor. instituerat.“ De simili comparatione conf. Heind. ad Sat. 1, 9, 46. Ruhnk. ad Terent. Eun. 1, 2, 71. Jacob. ad Lucian. Alexand. 12. p. 31. et de actoribus *primarum et secundarum* partium omnino *Böttiger.* Opusc. p. 311 sqq. et *C. Fr. Hermann.* Disputat. de distributione personarum inter histriones etc. Marburg. 1840.

*) Similia exempla verbi semel positi et bis intelligendi collegimus in Excurs. ad 7, 18. p. 402 sqq. et ad 11, 26. p. 158., quibuscum conf. Dillenb. ad Od. 1, 31, 9. 4, 1, 12. Epist. 1, 2, 65. Peerlkamp. ad Od. 4, 8, 1. 2. Lübk. ad Od. 3, 14, 13. 14. Heind. ad Sat. 1, 5, 77. Bach. ad Ovid. Met. 2, 496. Seyff. ad Cic. Lael. 8, 12. p. 59. Inde explicabis Tac. Ann. 4, 40, 2. *qui te invito perrumpunt omnibusque de rebus consulunt*, ubi Heinsius *te invitum* legi maluit.

diversoria nota Praeteragendus equus, A. P. 194. *neu quid medios intercinat actus*, atque haud scio an ita dixerit Macrob. Sat. 1, 17. (p. 298. ib. Gronov.) *quum — pestis quae ab Apolline immittitur aperte hunc deum bonis propugnare significet.* Ibid. 20. p. 321. *Ipse creditur et gigantas interemisse, quum coelo propugnaret.* Similia vide ad 6, 21. coll. Forbig. ad Virg. Aen. 7, 216. et Rudd. II. p. 327. N. 16. Durior sane eorum est ratio, qui cum *Bentlejo* post *caprina* v. *et* inculcantes Pronomen *eam* intelligi jubent, aut qui repudiata illa quidem conjectura cum *Orellio* et *Düntzero propugnat* absolute dici existimant. *Nugis* autem (Plaut. Amph. 2, 1, 79. Cure. 5, 2, 5.) *armatus**) ut Sil. Ital. 11, 6. *Armatum fide pectus.* 15, 682. *armatus veneno.* 1, 183. *armata dolis mens.* Cic. pr. Dom. 55. *armatus audacia.* Conf. Hess. ad Tac. Dial. 5. p. 26. et Hieronym. Epist. ad Eustoch. 22. I. p. 93. H. *Os barbarum et procax et in convicia semper armatum.*

V. 16 — 18. *Scilicet ut non — sordet.* Uti his verbis ille *nugis armatus* ex ratione chiasmi Horatio usitati (16, 40.) loquens inducitur, ita v. 19. 20. nonnulla ipsarum nugarum exempla proferuntur. Vides igitur, quam in explicatione nostra omnia apte cohaereant et ad amussim sibi respondeant. Accommodatissime autem talis hominis animo ingenioque verba componuntur, ut Epod. 17, 56—59. et Liv. 9, 11, 9. Plura exempla dabunt Schmid. ad h. l. Heind. et Orell. ad Sat. 1, 1, 108. 2, 5, 18. Halm. ad Cic. pr. Sest. 7, 17. coll. Krüger. „Lat. Gr. § 571. *Pretium — sordet* i. e. „illam dicendi libertatem non dimitterem, etiamsi silentii pretio annos praeteritos (non, ut alii explicant, longam et senilem aetatem consequi) possem.“ Hom. Il. 9, 444 sqq. Contra qui *ut non* deleto interrogationis signo cum verbis extremis jungunt: „nolim merere alteram aetatem, ut non liceat mihi, quod fere placet, defendere et ut non mihi imprimis fides habeatur.“ Priorem autem explicationem particula

---

*) Recte vidit *Lambinus*, *prop. nug.* esse pugnat pro nugis, vel, si quis malit, propugnat pro nugis, at erravit in alteram partem, quum *armatus nugis* conjungi vetaret. Contra *Cruquius* praeeunte Scholiasta, *Torrentius*, *Dacerius propugnat* absolute accipientes verba *nug. armatus* conjungenda docent, ut homo rixosus et contentiosus nugis quasi armatus in campum deductus urbane fingatur. *Cruquius* igitur *propugnat* explicat: „προμάχεται, se propugnatorem et velut antesignanum in prima acie statuit, *Dacerius*: „il s'oppose à tout, il dispute de tout.“ De v. *propugnare* vid. Manut. ad Cic. pr. Sest. 69, 144. ed. Halm.

quoque*) *scilicet*, qua admirationis notio augetur, confirmat. Conf. ann. ad 9, 3. Bene igitur *J. Merkel*: „Ihr Götter! Verlangest du, dass nicht Mein Wort gelte, und dass nicht unumwunden ich sage, Was mir gefällt?“ *Elatrare* autem, ut commode *Orellius*, „summa pulmonis contentione proferre, quod in buccam venit.“ Ad v. *sordet* conf. Mart. 9, 71, 9. *tua quod tibi sordent tempora* et ann. ad 11, 4. Ad sententiam faciunt Menandr. Fatidic. 2, 2. *Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι· Κράτων, ἐὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἥξει* etc. Tib. 1, 9, 31 — 34.

V. 19. 20. *Ambigitur quid — Appi.* Cave post primum verbum incidas, qua distinctione admissa paulo alia enascitur sententia, cf. Hand. Turscll. II. p. 386. et Heind. ad Sat. 1, 1, 7. „Agitur autem, ut ait Schol. Cruq., de gladiatoribus aut pantomimis, utri sint scientiores? Castor et Dolichos erant illius temporibus nobiles gladiatores.“ Contra Porphyrio Castorem et Docilem (sic!) „histriones tunc temporis“ et de sententia aliorum „gladiatores“ fuisse dicit. Schol. ms. Mon. a.: „propria nomina gladiatorum vel histrionum.“ Subtiles autem plus aequo *Dacerius* et *Walekenaerius* (II. p. 183.) sunt, quum propter verbum *sciat* histriones vel mimos ajunt intelligendos esse; illud enim verbum artem vel scientiam rei cujuslibet indicat, conf. Walch. ad Tac. Agric. 5, 4. Veram scripturam sine dubitatione servavit ille Scholiasta et ita, ut nomen *Dolichos* homini servo ab insula vel urbe Doliche (Plin. H. N. 4, (12) 23. Liv. 42, 53, 6. 44, 2, 8. Ptolem. 5, 15.), non „a statura corporis procera,“ ut ait *Cruquius*, impositum videatur. Pessima autem eorum ratio est, qui verbo *docilis* pro Adjectivo habito olim interpretati sunt: „Castor plus sciat an sit plus docilis i. e. adhuc docendus.“ Ceterum tales de gladiatoribus et mimis sermones in circulis hominum vel elegantiorum habitos esse ex Sat. 2, 6, 72. et locis ad 1, 6. p. 33.

---

*) Non assentior *Bachio* (Zimm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw.“ 1834. p. 1043), quum particulam *scilicet* ad verba *Pretium — — sordet* referri et v. *ut* concessive sumi jubet: „gesetzt, dass nicht meinem Worte vor allen andern geglaubt würde, und ich nicht scharf herausbellen dürfte, was mir beliebt, dann, versteht's sich, hat ein erneutes Leben schlechten Werth für mich.“ Similiter *Lambinus*. *Dünzerus* quanquam aliter sentit, tamen improbabilem v. *scilicet* affert interpretationem: „Scilicet ziehe ich nicht mit in den im Folgenden dargestellten Gedanken des streitsüchtigen Rechthabers, sondern fasse es als ironische Anführung. „„Nämlich er denkt sich: Soll ich mir nicht vor allen Andern glauben?““

laudatis vero proximum est. Eam rem utpote quae ad nos aut parum aut nihil pertineat (Sat. 6, 73), in hoc homine, non quoniam uterque gladiator, ut opinatur *Fabricius*, obscurissimus fuerit, deridet Poeta philosophus. Similia, quae in sermonibus obvia sunt, reprehendit Epictet. Enchir. 33, 2. ib. Heyne. Idem rerum minutissimarum vel nugarum studium in controversia de via Minuci et Appi agitata notatur, sed ut de hac omnia sunt nota (ann. ad 6, 26. 11, 11.), ita de illa, (cujus praeter Ciceronem ad Attic. 9, 6. nulla fit mentio) dubia atque incerta. Viam *Minuciam Orellius* Sanadonum aliosque secutus eam dicit, quam Ti. Minucius Augurinus cos. a. u. c. 449. per tractum montuosum agri Sabini et Samnii muniverit quaeque, ut addit *Sanadonus*, viae Appiae*) Beneventi conjuncta fuerit. De ille dixit Livius 9, 44, 2. 15. coll. Fast. Capitol. ad a. 448., sed neque hic neque quisquam alius veterum scriptorum hujus quidem operis facit mentionem. Mera quoque conjectura est, quum *Ernestius* Cruquii, Torrentii, Rodellii vestigiis non tam insistens quam ea dilatans in Clav. Cic. s. h. v. hanc viam a porta Minucia, uti Appiam, Brundisium, sed alio tractu i. e. per Sabinos tulisse eamque stratam ait a L. Minucio eo, de quo apud Liv. 4, 16. dicatur; adde 4, 12, 8. et Plin. H. N. 18, (3) 4. 34, (5) 11. Sed errare vir egregius cum *Dacerio* censendus est. Quum enim *via Appia* prima omnium e longissimis (Liv. 9, 29, 6.) commemoretur, *Minucia* illa**) 120 et am-

*) Quaecumque ratio viae Minuciae est, Appiam quidem aetate Horatii usque ad Brundisium pertinuisse, quod *Beckerus* (Gall. I. p. 240) in dubium vocat, ex hoc loco non temere concluditur pondusque sententiae conclusae ex Cicerone ad Attic. 8, 11. additur: *Censeo via Appia iter facias, et celeriter Brundisium venias.* Praeterea rem de sua quidem aetate testatur Strabo 5, 3. p. 377. 6, 3. p. 51. Tauchn. coll. *Lips.* et *Doederl.* ad Tac. Ann. 2, 30, 1. *Wüstem.* ad Sat. 1, 5, 71. *Gruner.* ad Aurel. Vict. V. Ill. 34, 6. *Tzschuck.* ad Eutrop. 2, 9. p. 80. *Schiller.* in Horatian. (Schwerin 1844) p. 3 sq. *Ed. Zeiss.* „Römische Alterthumskunde" p. 692. Quae de aequali quadratorum lapidum forma narrat Procopius de Bell. Goth. 1, 14., ea secus se habere apparet ex aliis scriptoribus fide dignis, ut *Missono* ap. Sachsium („Gesch. u. Beschreibung der alt. Stadt Rom" II. p. 454), *Kephalide* („Reise durch Ital. u. Sicil." II. p. 160), quod propter *Heindorfium* ad Sat. 1, 5, 6. monendum erat. Ubi *Appia via* (Liv. 22, 1, 12. Fabr.) in vetere quidem Latio hodie appareat, ex *Westphalii* „Röm. Kampagne" p. 26 sqq. facile cognoscitur.

**) *Ernestii* sententiam repetiit *Orellius* in Onom. Tull. p. 401. Incertum igitur, qua ratione nomen viae ad *portam Minuciam* (apud Paul. Diac. p. 91. 100. Lindem.), de qua disputat *Becker* in „Handbuch d. Röm. Alterth."

plius annis ante Appiam et in iis regionibus, quae nondum in Romanam potestatem redactae erant, i. e. anno 316. sterni non potuit. Libere igitur quae nescimus nescire nos profitemur.

V. 21 — 36. Jam Poeta finibus et quasi terminis vitae elegantis urbanaeque constitutis, quum discrimen inter vilem adulatorem et agrestem hominem*) per ridiculum indicaret, ad praecepta transit, quibus ante omnia homini potentiorum gratiam captanti id praecipitur, ut quantum fieri possit a vitiis, quibus ille quanquam multo vitiosior jure succenseat, alienus sit et liber. In his vitiis (qua ratione ea hic recenseantur, contra aliter sentientes, ut *Dacerium*, *Wielandum*, *Güntherum*, recte docet *Düntzer*) primum locum tenet luxuria *damnosa Venere*, *alea*, *vestitu* insignis; sic Pers. 5, 57. *hunc alea decoquit*, *ille in Venerem putris*. *Damnosa* autem *Venus* uti 2, 1, 107. *damnosa libido*, quae quidem jacturam vel bonorum (Plaut. Bacch. 1, 2, 9. Terent. Eun. 1, 1, 34.) vel virium facit **). Ovid. ex Pont. 1, 10, 33. *vires adimit Veneris damnosa*

I. p. 164., aut ad *porticum Minuciam* (de qua v. *Preller*. „Die Regionen der Stadt Rom" p. 168) a Minucio cons. a. u. 644. Varr. (Vell. Paterc. 2, 8, 3. ib. Ruhnk.) erectam pertineat. De *columna Minucia* conf. *Fr. Osann.* in Commentat. *de Columna Maenia*. Gissae 1844. Improbanda quoque est Marcilii suspicio, qua, ut *viae Numiciae* auctoritatem conciliaret, apud Strab. 6, 3. p. 50. *Δύο δ' εἰσί, μία μὲν ἡμιονικὴ διὰ Πευκετίων* legi maluit: *μία μὲν Νομικία*. Eodem nomine servato *Fabricius* acumen loci in eo versari vidit, quod viam Numiciam in Appiam extra Capenam incidisse diceret. Quam temere *Sachse* (II. p. 444.) nomen viae a flumine *Numico* inditum sibi persuaserit, ex eo apparet, quod nomen fluvii penultimam longam habet ut Ovid. Fast. 3, 647. Tib. 2, 5, 43. Sil. Ital. 8, 180. *Eduardum* quoque *Zeiss*. l. l. eam *Numiciam* vocare miror. Contra *Burtonus* („Roms Alterthümer u. Merkw. übersetzt von Sickler." p. 93.) dubius haeret, utrum via *Numicia* an *Minucia* appellanda sit. *Bothius* viam *Minuc.* ad Sat. 1, 5, 37. ed. Fe. pro *Herculea* habet, de qua ibidem dixit *Fea*, a quo quam non multum absit *Walckenaer* (II. p. 184. „Quant à la voie Minucienne, nous croyons que c'est ce chemin, peu pratiqué, qui passait par *Asculum*, et que notre poète parcourut lorsqu'il se rendit à Brindes avec Mécène."), facile intelligitur. In hac rerum incertitudine, hoc unum certum est, viam quam quaerimus, si spectes Cic. ad Attic. 9, 6., a Roma euntibus viâ Appiâ ad sinistram fuisse et per Marsos, Samnites tulisse. Ubi ejus vel initium vel finis fuerit, nemo sanus ex folio Sibyllae promulgabit.

*) Contra *Orellium*, qui etiam in nova ed. a vv. 15 — 20. novum describi vitium sibi persuasit, recte disputat *Düntzer*.

**) De significatione v. *damnosus* conf. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 5, 4, 11. et Koeler. ad Senec. Qu. Nat. 6, 8, 1.

voluptas, conf. Cic. Tusc. 5, 33, 94. et ann. ad 2, 55. Hinc frustra sunt, qui ut *Janius* propter verba sequentia jactum Veneris (O. Jahn. ad Pers. 3, 49. et Loers. ad Ovid. Trist. 2, 474.) intelligi malunt, quanquam de tesseris vel talis Anth. lat. 3, 77, 11. dicitur: *Pascitur a multis avide damnosa voluptas. — praeceps alea nudat* propter periculum, ne res qualiscumque est dilabatur. Nimis anxie *Cruquius*, quem sequuntur *Hocheder* et *Orellius*, „quia vel momento depauperet lusorem.“ Quo jure *Lambinus* Epitheton *praeceps* „aptissimum ad aleae jactum“ dicat, facile intelligitur, neque quisquam comprobabit *Haberfeldum*, cui *praeceps alea* est, „alea, ad quam praeceps fertur ut Sat. 1, 4, 30. 31.“ Potius dicendum, aleae lusu homines praecipites abire, i. e. pessumdari. Conf. Herzog. ad Sall. Cat. 23, 4. Kritz. ad 37, 4. Commode *Schmidius* comparat Od. 2, 1, 6. *Periculosae plenum opus aleae*, parum recte *Hocheder*, qui de morbis acutis cogitat, Sat. 2, 3, 293. Neque consentiunt interpretes Germani ut *Scheller:* „der fallende Würfel.“ ut *J. Merkel:* „der gefährliche Würfel.“ De lege talaria conf. Torr. ad Od. 3, 24, 58. Rader. ad Mart. 5, (81) 85, 5. 14, 1, 3. et omnino Rupert. et Heinr. ad Juv. 1, 87. 11, 131 sq. 174. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 471. Becker. *) ad Gall. II. p. 220 sqq.

V. 22. *Gloria quem — unguit.* Gloriae amor, quem Graeci vel κενοδοξίαν, vel βαναυσίαν (Aristot. Ethic. 2, 7, 6.), Latini *insolentiam* (Manut. ad Cic. Epist. ad Div. 9, 20, 5.) vocant quique supra facultates vestitu et unguentis uti jubet, non lautissimis cibis, quos *Marcilio* auctore hic intelligit *Torrentius* coll. 17, 12. Intelligitur homo, cui *cultus major censu* est (Sat. 2, 3, 323.), vel *quem tenues decuere togae nitidique capilli* (Epist. 14, 32.). Inde Juvenal. 3, 180. *Hic ultra vires habitus nitor: hic aliquid plus, Quam satis est.* Plaut. Merc. prolog. 22. *Nec pol profecto quisquam sine grandi malo Praequam res patitur studuit elegantiae.* De unguentorum luxuria conf. Böttig. et Mitsch. ad Od. 4, 12, 17. Rader. ad Mart. 13, (121) 126, 1. p. 898. Hinc illa adhortatio apud Mart. 2, 59, 3. *Frange toros, pete vina, rosas cape, tinguere nardo.* — V. 23. *sitis importuna*, „quae pecuniae cupidum conquiescere nun-

*) Scriptoribus ibi laudatis adde *Coksii* Respons. ad Quaestionem propositam: quid alea, quid aleator sit in Ann. Academ. Traject. 1817 — 18. *A. C. Stockmann.* Chrestom. jur. Horat. spec. sext. Lips. 1808. p. V. sqq. et quos laudant *Loersius* l. l. et *Beierus* ad Cic. Offic. 1, 42, 150.

quam sinit et perpetuo vexat.“ Sic rectius *Orellius* quam *Doeringius:* „quia, qui divitis patroni venatur gratiam, importuno tempore habendi cupiditatem ostendit.“ Sinistre hic sentit Lollii rapacitatem *Zurckius.* Sed similiter *pauperies importuna* Od. 3, 16, 37. ubi vide *Mitscherlichium* et de Adjectivi positura ann. ad 17, 54. Ad similitudinem faciunt Cic. Epist. ad Qu. Fr. 3, 5. *nec honores sitio, nec desidero gloriam.* Id. de Or. 3, 20, 75. *Paulum sitiens istarum artium.* Claud. de Laud. Stil. 2, 112. *Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum.* A. Gell. 12, 2. *hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem.* Conf. Lübk. ad 2, 2, 13 — 16. Schmid. ad Epist. 2, 2, 146. Peter. ad Cic. Brut. 4, 16. Sic et Graeci ut Xenoph. Cyrop. 4, 6, 15. Aeschin. Dial. 3, 5. Evang. Matth. 5, 6. ib. Kuinoel. — *fameque.* Ita Od. 3, 16, 18. *Majorumque fames.* Virg. Aen. 3, 57. (ib. Forbig.) *Auri sacra fames.* Conf. Schwab. ad Phaedr. 1, 27, 5. — V. 24. *Quem — fuga.* Haec verba plerique pro explanatione atque amplificatione sententiae ante propositae coll. 1, 43 — 46. habent, sed duo potius hominum genera notantur, unum eorum, qui avaritia ardentes plura majoraque appetere non desinunt, alterum paulo quietorum, quos tantum male habet paupertas. Similem sententiarum ordinem observavimus ad 6, 5 — 11. De re cf. Od. 3, 24, 42. (ib. Mitsch.) *Magnum pauperies opprobrium.* Liv. 34, 4, 13. *Pessimus pudor est vel parsimoniae vel paupertatis;* alia autem sententia Juv. 6, 357. (ib. Rupert.) *nulla* (mulier) *pudorem Paupertatis habet. Paupertatis fuga* dicitur ut *bellandi fuga* ap. Cic. de Offic. 1, 23, 4., *periculi fuga* 1, 24, 2. et *fuga vulnerum aut mortis* apud Liv. 38, 40, 15. vel τὴν πενιὰν διαφυγεῖν apud Lucian. de Merced. conduct. 5.

V. 25 — 27. *dives amicus Saepe — vult.* In hoc commune hominum vitium conf. Cic. Lael. 22, 82. *Sed plerique perverse, ne dicam impudenter, talem amicum habere volunt, quales ipsi esse non possunt.* Senec. de Ir. 2, 28. *Aliena vitia in oculis habemus: a tergo nostra sunt. Inde est, quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat.* Epictet. Diss. 3, 22, 93. Πρὸ πάντων δὲ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ δεῖ καθαρώτερον εἶναι τοῦ ἡλίου· εἰ δὲ μή, κυβευτὴν ἀνάγκη καὶ ῥᾳδιουργὸν εἶναι, ὅστις, ἐνεχόμενός τινι αὐτὸς κακῷ, ἐπετιμήσει τοῖς ἄλλοις. Plin. Epist. 8, 22, 1. Pertinet huc illud quoque Sat. 1, 3, 23. (ib. Wüstem.) *Ego mi ignosco.* Ridicule autem et παρὰ προσδοκίαν, id quod recte senserunt *Torrentius* et *Orellius, instructior* „perinde ac si fundum probe

instructum dicat, ita hominem describit *)." *Decem* autem *vitiis* ex sermone **) communis vitae dicitur ut Hom. Il. 2, 489. Plaut. Merc. 2, 3, 11. ib. Taubm., ita *decies* A. P. 294. 365. Plaut. Amphitr. 2, 1, 27. ib. Taubm. — *si non odit, regit. Voss* et *Merkel:* „Meistert er ihn," in quam rem *Schmidius* commode laudat Cic. pr. Mur. 29, 60. *Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior magister, sed, si peccas, te regere possum.* De festiva similitudine a *pia matre* v. 27. *sumpta* et ab *Hochedero* †) plus aequo subtiliter explicata vox nescio quae secretam gannit in aurem: manum de tabula!

V. 28 — 31. *Meae — Certare* ††). Quum jam unum instar omnium proponatur exemplum, quo dives amicus pauperem admonitum vult, ne sua vitia, hoc loco nimium cultum, imitetur, verissimam habebis *Rodellii* vel *Gesneri* interpretationem ab interpp. fere recentioribus et *Ruhnkenio* ad Terent. Hecyr. 2, 1, 28. approbatam: „Meae opes tantae sunt, ut stultitia illas non attenuet." — „Quod in divite stultitia est et vanitas, illud in paupere furor est ac dementia." Contra Scholiastis auctoribus [Porphyr. „opibus, inquit, compenso stultitias, quum stultus sum. Simile illud Sallustii (Histor. 1. or. Lepid. 44.): *Quia secundae res mire sunt vitiis obtentui*"] *Lambinus:* „divites existimare, sibi aut omnia licere aut certe plura, quam tenuibus," *Cruquius:* „stultitiam compensari

*) De constructione vv. 21 — 25 *Doeringius* recte disputat contra *Lambinum* sic verba componentem: „dives amicus saepe multis partibus vitiosior inferiore amico, quamvis hic amicus inferior talis sit, qualem eum descripsit, nempe Veneri deditus, aleator, ostentator et gloriosus, pecuniae cupidissimus etc., eum odit ab eoque abhorret" etc., quum jungendum sit: *dives amicus* eum, *quem — — odit et horret.*

**) De usu numeri ternarii, septenarii etc. multa collegit *Seebodius* in „Scholien zu Qu. Hor. Flacc." I. p. 12 — 14., quibus de septenario quidem adde *Buddei* Introduct. ad philos. Ebraeorum p. 363. *Hildebr.* ad Apul. Metam. 11, 1. p. 984. *Sickler.* „Handb. der alt. Geogr." II. p. 502.

†) Is sic: „Der Dichter spielt wieder auf ein Verhältniss an, wodurch der Freund oder Schmeichler, wie v. 13., zum Kinde wird; dort, wie es vor der Orbilischen Ruthe zittert, hier, wie es gerührt werden muss bei zärtlichen Zurechtweisungen."

††) De verbis *ait prope vera* ex interpretatione *J. Merkelii:* „so spricht er mit Recht wohl" vid. ann. ad 6, 1. coll. Manut. ad Cic. pr. Sest. 3, 8. *Orellii* interpretationem: „im Ganzen" recte improbat *Handius* ad Turcell. IV. p. 603. Particulae enim notio appropinquandi modestiam exprimit vel judicium prudenter cohibitum.

opibus, ut opum gratia stultitia vulgo habeatur pro sapientia.“ Horum interpretationes ita temperat *Doeringius*, ut explicet: „noli mecum contendere *), nam ego sum dives, cujus opes stultitiam admittunt, vel stultitiae praesidio sunt.“ Laudant imprimis Isocr. Areopag. p. 279. Wlf. *Αἴτιον δὲ τούτων ἐστίν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μετὰ πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία· ταῖς δὲ ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ μετριότης.* Plaut. Stich. 2, 1, 28. *Secundas fortunas decent superbiae;* adde Rupert. ad Juv. 11, 174 — 176. Cum nostra interpretatione haud incommode comparabis Sall. Cat. 52, 9, *respublica firma, opulentia neglegentiam tolerabat* et 53, 5. (ib. Cort.) *respublica magnitudine imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat.* Publ. Syr. 898. *Ubi coepit pauper divitem imitari, perit.* Democrit. (Orell. Opusc. graec. I. nr. 54. p. 100) *Τελευτᾷ γὰρ εἰς κακοδοξίαν κακὴν ὁ παρεκτεινόμενος τῷ κρείσσονι.* Phaedr. 1, 24. — V. 30. *Arta decet sanum comitem toga*, i. e. amicum, qui cliens officii vel honoris causa patronum in urbe prosequitur, coll. Sat. 2, 5, 17., non comitem in itinere, quem quidem intelligi vult *Cruquius.* „Metaphoricôs, inquit, a

*) *Contendere* Torrentio est contentiose agere ac jurgari cum potenti amico, immo est *certare* „wetteifern“ [*Düntzer:* „Du darfst dich nicht mit mir vergleichen wollen“] ut v. 31. *Torrentius* autem sententiarum ordinem sic constituit: „divitem, si plus forte sapientiae aut virtutis minori inesse fateatur, id perfunctorie et, quod ajunt, dicis causa, ut de filiis materculae solent, facere: non quod ideo moneri se de vitiis, quae in magnis opibus tolerandae sint, patiatur“ etc. *Düntzer:* „Mein Vermögen ist so gross, dass ich nach Niemand Etwas zu fragen brauche; ich kann so lasterhaft sein, als ich will.“ Subjicit, improbata *Wielandii* interpretatione („Ich bin reich genug es auszuhalten“): „Nicht, weil der Client es nicht aushalten kann, sondern weil er sich nach dem dives amicus richten muss.“ Minime gentium! Dives enim ex mente Horatii hoc existimat, divitiis sua vitia qualiacumque sint quasi sustentari, quod secus fiat in pauperibus longos imitantibus. Quibus enim cultus major censu sit, eos quandocumque pessumdari, id quod tum ex exemplo illius hominis beati v. 32 — 36., tum e Sat. 2, 3, 307 — 324. evincitur. Et hoc admonere eo magis visum est necessarium, quo saepius acciderat, ut viri summi a sublevandis inferioribus, quum eos suo se modulo metiri nescios vidissent, et avocarentur et deterrerentur. *Stultitiam* autem ex more divitum per euphemismum explicabis. Re ita comparata *pati* est *perferre*, *tolerare*, ut 14, 17. Od. 3, 24, 43. Ruhnk. ad Terent. l. l. Cort. ad Lucan. 2, 559. 5, 778. 6, 93.

comite viatore, ampla namque toga iter facienti molesta est, ut et opes viro bono virtutem mentisque sanitatem sectanti." Contra *Torrentius* „amici potentis assentatorem" sentit, „cui, si sapiat, idem qui togae, etiam libertatis seu licentiae modus praescribatur." De *ampla* hominum vel divitum vel delicatulorum vel elegantium *toga* vid. Mitsch. et Both. ad Epod. 4, 8. Schm. ad h. l. et Becker ad Gall. II. p. 81 sqq. coll. Dillenburg. Quaest. Horat. partic. 1. et II. p. 111.

V. 31 — 36. *Eutrapelus — caballum.* „Haec ipsa narratiuncula docet, homines tenuiores, qui intra suam fortunam esse nolint indeque divitum sequantur stultitias, se ire perditum." Aliter *) qui locum explicant, narrationis aut partem carpunt, aut alio detorquent, sed vid. ann. ad 6, 58. *Arta* autem *toga vestimentis pretiosis* quasi praelusisse putanda est. *Eutrapelum*, quem *Cruquius* pro persona ficta habet, omnes fere interpretes *Lambino* auctore P. Volumnium, equitem Romanum (Cic. Ep. ad Div. 7, 32. 33. Philipp. 13, 2. Nepot. Attic. 9. 10. 12.) fuisse dicunt, quod plurimis de causis negandum arbitror. Poeta enim potius notissimo *Eutrapeli* nomine eo modo, quo *Bolani* (Sat. 1, 9, 11), *Scaevae* (Sat. 2, 1, 53), *Muti* (Epist. 1, 6, 22) in suam rem facete usus est. De hac Horatii **) consuetudine, nomina propria vel tecte vel aperte

*) *Lambinus* stulto diviti et improbo orationem fingi opinatur sapientem et veram, ut tanto apertius demonstret, divitias homini praesertim pravo et insipienti nocere potius quam prodesse, imprimis illud, non eadem licere inferiori amico, quae superiori. Inde effici vult *Lubinus*, stultitiam divitibus ignoscendam esse et opes homines stultos stultiores reddere. *Cruquius* sententiam sentit expressam similem ei, quam habeat Aristoteles (Rhet. 2, 23. p. 126. ed. stereot. coll. Luisin. Parerg. 2, 6. ap. Gruter. III. p. 460), deum ingentem multis largiri felicitatem, non quod iis bene velit, sed ut in calamitates graviores incidant. *D. Heinsius* (de Sat. Rom. p. 258) id *politices simulacrum* appellat, quod aliud quasi agendo acutissimus Poeta hic notet. Ab utroque non abhorret *Rappoltus* (p. 805). Philosophatur *Sanadonus*: „Ce trait est admirable et caractèrise celui dont il part. Les Grans prétendent, que leurs richesses leur permettent quelques folies. Eutrapélus aloit plus loin, il jugeoit que la folie est inséparable des richesses; et pour faire tourner la tète à un homme, il ne connoissoit point de plus sur moien que de faire seulement luire à ses yeux un foible raiion de la fortune." *Düntzer* in hanc incidit sententiam: „Oder er benutzt deine Fehler, um sich einen Spass mit dir zu machen und dich deine Nichtigkeit um so bittrer fühlen zu lassen."

**) Num *Jeep* in Progr. schol. Guelferb. 1841: *Horatii loci duo e tertia libri primi Satira tractati* etc., in quo Virum doctiss. utilia de Horatiano no-

interpretandi, vide ann. ad 10, 49. et 13, 9. — *cuicumque nocere volebat.* Ne Eutrapelo illi vel iniquissimum animum vel ingentes divitias fuisse cum *Cruquio* opineris, *cuicumque* interpretaberis *si cui, quicumque erat.* Cf. ann. ad 15, 38. p. 237. *Schmidius* illud Pronomen ad comites et amicos hominis nocere volentis referendum censet. — V. 32. *Vestim. dabat pret.* i. e. dare solebat de homine tum non superstite ut 15, 34. *coenabat,* Sat. 1, 3, 3. *habebat. Cruquius* plus aequo acutus hanc sentit sententiam: „cui vel precabatur, vel male volebat, ob ignaviam vel otium vel aliam culpam, ei *optabat* multas divitias.“ Alii, ut *Torrentius, Vulpius* ad Prop. I. p. 345. et *Paldamus* ibid. p. 306. coll. Gronov. Diatr. in Stat. I. p. 211. Hd. ex ea dicendi consuetudine, quam ad 3, 14. tetigimus: „danda esse ajebat,“ vel ut ille: „dari volebat vel danda sentiebat.“ In rem Senec. de Benef. 2, 15. *Saepe nihil interest inter amicorum munera et hostium vota.* — V. 32. *beatus enim jam.* Porphyr. „jam beatus non vere, sed qui sibi beatus videtur.“ Similiter 2, 2, 108. et Plin. Epist. 7, 28, 2. *Ut enim non sint tales* (amici), *quales a me praedicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur.* Quapropter male alii ut *Cruquius* et *Lubinus:* „nummatus vel dives factus.“ Homines autem opinione beati, quod quidem secum tacite dicebat Eutrapelus, in suam ipsorum perniciem facile ad *nova consilia et spes* evolitant et sublimia somniant. Hinc Socrates apud Orell. I. Nr. 68. p. 24. *Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοί, ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν. Cruquius,* quem hoc loci acumen fefellit, sua scriptura *exspes* hoc dici opinatur: „non raro fieri, ut pauper, qui jam dives effectus ad honores et magistratus adspiret, quos assequi si nequeat pro arbitratu suo, *exspes* i. e. omnibus desperatis se vertat in omnem luxuriam“ etc.

V. 34. *Dormiet in lucem,* quod quum securi, tum ejus est, qui primo mane patronum salutare non curat, vid. ann. ad 2, 30. 17, 6. et de dictione *Hand.* ad Tursell. III. p. 335. et *Lübk.* ad Od. 3, 8, 15. Ad officium, quodcumque est, a cliente domino faciendum, non ad *καθῆκον* verba quoque pertinent: *scorto postponet hon. Officium* i. e. „er wird — — der Buhlerin opfern die Dienst-

---

minum propriorum usu docuisse dicit *Jahnius* in NJbb. 1845. XLIII, 3, p. 366., mecum sentiat, hodie me fugit. Conf. etiam *F. Bamberger* in *Schneidewini* „Philol.“ 1846. II. p. 315 — 330: „Uiber Telephus und einige andre personae Horatianae.“

pflicht.“ *J. Merkel.* Lucret. 4, 1120. *Languent officia, atque aegrotat fama vacillans.* — V. 35. *nummos alienos pascet*, i. e. „faciet aes alienum usuris crescere“ (Porphyr.) vel „pecuniam alienam accipiet grandi fenore,“ ut *Lambino* praeeunte interpretatur *Fr. Jacobsius* (V. p. 92.) coll. Aristoph. Nub. 1286. Aristot. Polit. 1, 3, 23., in qua quidem re id danisticum hominum genus (Plant. Most. 3, 1, 123 sqq.) tecte significatur, qui *οἱ τοκογλύφοι* audiunt, de quibus vid. Bergl. ad Alciphr. 1, 26, 1. coll. Porphyr. ad Sat. 1, 2, 14. et nostr. ann. ad 1, 80. Rein. „Röm. Privatrecht“ p. 301. 310. Subtiliter *Doederlinius* („Gelehrte Anzeigen. Münch.“ 1836. p. 863): „continuare aes alienum luxu et novo aere contrahendo.“ Parum accurate *Doeringius:* „nummos mutuo sumtos absumet et abliguriet.“ Ad dictionem conf. Claud. de Laud. Stilich. 2, 115. *pretiis commercia pascit honorum*, ubi *Gesner* 39, 22. *pascatque furorem*, Sil. Ital. 12, 721. *quantis pascat ferus ignibus iras* et hunc loc. confert; adde Tac. Agric. 31, 3. (ib. Walch.) *Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit.* Virg. Aen. 10, 627. Pers. 5, 150. (ib. Jahn.) *Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces?* Qui *poscunt* approbant, ii ut *Zurckius* prodigum intelligunt poscentem quidem nummos, sed de sorte et usuris, dummodo se pascat, securum.

V. 36. *Threx erit*, i. e. „auctorabitur se in ludum, ut gladiator sit.“ Sic verissime Porphyrion; etenim de ipso Threcum genere (Heind. ad Sat. 2, 6, 44. et Eichstad. ad Ruhnk. Lectt. acad. in Antiq. Roman. XX. p. 8.) non agitur. Incommode autem *Torrentius* non gladiatorem, sed aliquem, qui ad caedem faciendam immani Thracum more conduci mercede sese passus sit, intelligi mavult coll. Epod. 5, 13. 14. Juv. 7, 9. Cic. de Offic. 2, 7, 25. Hesych. s. v. *Τράλλεις* et Senec. Epist. 87. *dubitat, utrum se ad gladium locet an ad cultrum.* Miram *Rutgersii* compositionem horum verborum: *numm. al. pasc. ad imum* i. e. Janum, refutavit *Schmidius.* Formula autem *ad imum* tecte significat hominem ad summam egestatem redactum. — *aut olitoris ag. merc. caballum*, „mercenarius hortulani cujusdam agaso erit.“ Cum eadem re comparat *Rader* Mart. 8, 58 (61), 9. *Hoc opto, mulas habeat et suburbanum*, i. e. quas agat. Rustici si non ipsi humeris portabant venales olerum fasces in urbem, ad id vel asino vel caballo utebantur. Vid. Wernsd. ad A. Septim. Seren. Moret. 81. et ad ejusd. fragm. II. p. 287. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 273. et Hildebr. ad Apul. Met. 9, 32.

p. 834., de *olitore* i. e. hortulano Humelberg. ad Apic. 3, 1. p. 70. coll. ann. ad 16, 72.

V. 37 — 38. *Arcanum neque — ira.* „Vitiis, quae vitanda sint, enumeratis jam vv. 37 — 66. Lollio antiqua virtus et fides una cum obvia quadam voluntate, qua studia patroni prosequenda atque adjuvanda sint, studiose commendatur.“ Errant autem qui voce *illius* (regis vel fautoris vel potentis amici) Tiberium significari opinantur. — *scrutaberis.* „Optime h. v. exprimit molestum atque importunum arcana investigandi studium.“ *Orellius.* De usu hujus v. cf. Markl. ad Stat. Silv. 2, 3, 55. *). Doederl. Synon. V. p. 122. In rem Barth. ad Claudian. in Rufin. 2, 488. p. 1266. — *Commissumque teges.* De hoc fideli silentio, ab Euripide (Fragm. 40) laudato: *Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ. Τὸ δὲ ἐκλαλοῦν οὔθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται, κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει,* conf. v. 69. 70. Mitsch. ad Od. 1, 27, 17. 18. 3, 2, 25. interpp. ad Sat. 1, 3, 95. 4, 84. 2, 6, 46. Orell. ad A. P. 200. annot. ad 5, 25. — *et vino tortus et ira.* Ita Senec. Epist. 83. *Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem: quod suum alienumque est, pariter effundunt.* Plat. de Legg. I. p. 649 (229 Beck.). *πλὴν τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου καὶ παιδιᾶς τίνα ἔχομεν ἡδονὴν εἰπεῖν ἔμμετρον μᾶλλον, ἂν καὶ ὀπωστιοῦν μετ' εὐλαβείας γίγνηται;* Plutarch. Symp. 3, 1. VIII. p. 556. *οἶνος ἡμᾶς ἀνοίγει καὶ δείκνυσιν, οὐκ ἐῶν ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἀφαιρῶν τὸ πλάσμα καὶ τὸν σχηματισμόν, ἀπωτάτω τοῦ νόμου, καθάπερ παιδαγωγοῦ, γεγονότων. Αἰσώπῳ μὲν καὶ Πλάτωνι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐξετάσεως τρόπον δεῖται, πρὸς τοῦτο χρήσιμον ὁ ἄκρατος· οἱ δὲ μηδὲν ἀλλήλους βασανίζειν δεόμενοι, μηδὲ καταφωρᾷν* etc. Id. de Garrulit. VIII. p. 6 — 8. *τῆς δὲ μέθης οὐδὲν οὕτω κατηγοροῦσιν ὡς τὸ περὶ τοὺς λόγους ἀκρατὲς καὶ ἀόριστον. — οὕτω τι βαθὺ καὶ μυστηριῶδες ἡ σιγὴ καὶ νηφάλιον.* In ipsam rem conf. Peerlk. et Lübk. ad Od. 3, 21, 13 sq. Wieland. et Orell. ad A. P. 434. Mitsch. ad Od. 1, 18, 16. annot. ad 5, 16. Erasm. Adagg. 1, 7, 77. p. 233. Stuck. Antiq. Conviv. 3, 8. p. 504. De *ira*, quae ultionis

*) De Pronomine *tu* et hic et v. 44. 87. usurpato vid. ann. ad 16, 53. p. 325. coll. Bentl. ad Sat. 2, 3, 212. Heind. ad Sat. 2, 2, 20. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 1, 25. Eadem elegantia *Futuri* est, quam in talibus saepe observarunt interpretes ut *Bentlejus* ad Sat. 1, 3, 74., *Schmidius* ad Epist. 1, 13, 2. et quos laudant *Moser* ad Cic. Tusc. 1. 12. p. 89., *Hildebrand* ad Apul. Met. 6, 13. p. 437. et *Eckst.* ad Voss. Arist. II. p. 799.

causa aliis arcana effutit, *Schmidius* confert P. Syr. 796. *Respicere nil consuevit ira.* Adde de ira loquaci Prop. 1, 1, 27. *Sit modo libertas, quae volet ira loqui.* Weitz. ad Prudent. Psychom. 205. De metaphorico *tormentorum* usu, quibus τὸ βασανίζειν apud Plat. in Lachet. p. 188. A. exprimitur, vid. Gottleber. ap. Beier. ad Cic. Offic. 3, 9, 39.

V. 39 — 40. *Nec tua studia — panges. Studia* hic et v. 65. ea imprimis, quae Cicero pro Coel. 19, 46. *studia delectationis* vocat. Exempli causa contraria, ut venatus et poesis studium, ponuntur. Quapropter cum *Claud. Minoe* noli putare praecipi: „modeste de se suisque studiis sentire, scriptorumque alienorum candidum aestimatorem minimeque morosum et difficilem se praebere.“ Ad mentem Poetae prope accedunt Isocrat. ad Demonic. p. 18. Wlf. *Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν* et Terent. Andr. 1, 1, 35 — 39. Dictione Lucretiana (1, 26. 932., non 4, 8, ubi *pando* rectius scribitur) *poemata pangere* (A. P. 416.) Cicero quoque in Epist. ad Div. 16, 18, 5. utitur.

V. 41 — 45. *Gratia sic — imperiis.* Sententia: „Quum inter homines studiis voluntatibusque diversos communitas vitae esse nequeat, sequendum est Amphionis et Zethi, fratrum geminorum, sed hominum diversissimis moribus insigne exemplum, qui quamvis sic concordia distracta esset, facile in gratiam redierunt, quum Amphion morosis fratris sui moribus cessit. Tu vel facilius potentis amici (Od. 2, 18, 12) utpote leniter imperantis voluntates adjuvabis.“ De fabula ipsa in Euripidis et Pacuvii Antiope tractata vide *Welckeri* doctissimam disputationem: „Die Griech. Tragödien“ p. 811 sqq. *Botlii* Poet. lat. scen. fragm. I. p. 102 sqq. coll. Serv. et *Forbig.* ad Virg. Eclog. 2, 24., de utriusque fratris ex Jove et Antiope nati dissimilitudine studiorum *Ungeri* Paradox. Theb. 1, 3. p. 30. et 2, 1. p. 86. Locum autem Platonis e Gorgia (41. ib. Stallb. p. 143) ab Horatianis interpretibus allatum ex Euripidis Antiope esse pluribus edocuit, quoad sciam, primus *D. Heinsius* in Not. p. 54. ed. 1612. — *Gratia — dissiluit* ut Arnob. 2, 60. *dissiliat et dirumpatur auditus*, similitudine a vulneribus sumpta, vid. ad 3, 30. 31. In rem Scholiasta ad Hesiod. Theog. 60. ὁμόφρονας] *οὐχ ὥσπερ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν, ἑτερόζηλοι δὲ γεγόνασι ταῖς προαιρέσεσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔσχον προαίρεσιν.* — V. 42. *donec suspecta severo Conticuit lyra.* Schol.

Cruq.: „odiosa indignanti Zetho, quia rusticus fuit et ideo dicit *severo.*“ Immo fuit lyra (Od. 3, 11, 2.) *Zetho*, homini agresti et truculento, qui *durus* apud Prop. 3, 15, 29., *ferus* apud Stat. Theb. 10, 443., *trux* apud Senec. Herc. fur. 917., *impiger* apud Lucil. Aetn. 569. (ib. Wernsd.) audit, propter molle vitae genus et voluptatem delicatam invisa indeque *suspecta*. Hinc *Pacuvius: Minitabiliterque increpare dictis saevis incipit.* Verba autem Zethi, quibus fratrem ad abjicienda studia musices et sua capessenda hortatus est, Horatius haec respexit (Eurip. Fragm. Dind. p. 83. N. 26): *Ῥίψον τὴν λύραν, πέχρησο δὲ ὅπλοις.* Adde ibid. N. 27. *Μοῦσαν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον, Ἀργόν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.* Idem (N. 25): — *τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν, Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπισταθῶν, Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα, Ἐξ ὧν πενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.* In illa autem Zethi dictione ea quoque fuerunt, quibus fratrem non modo a musica, verum etiam a philosophia ad communem vitae usum abstrahere conatus est, nisi tale quid a Pacuvio planius et uberius additum credere mavis. Conf. Cic. de Rep. 1, 18, 30. (ib. Maj.) de Invent. 1, 50, 94. ad Herenn. 2, 27, 43. de Or. 2, 37, 157. (ib. Ellendt.). — V. 43. *cessisse putatur*, i. e. „ut tradunt fabulae*), quibus fidem non denegamus.“ Ex parte tantum verum sensit *Dacerius:* „Cette particularité n'étoit marquée ni dans la Piece Greque, ni dans la Piece Latine, car cela ne faisoit rien au sujet, et auroit été mal placé. C'est pourquoi Horace dit *putatur*, qu'on croit qu' Amphion ceda enfin à son frere; car le doux ceda toujours à l'emporté et le sage au fou.“ At illam obsequii famam etiam imagines testantur, vide *Winckelmanni* „Monum. inedit.“ II. p. 113., *Wielandi* ann. ad h. l. ur. 3., *Ottf. Müller.* „Denkmäler der alt. Kunst.“ I, 4. tab. 47. fig. 215 a — c. et figuram tertiam aeneam in „Zwölf Basreliefs griech. Erfindung aus Palazzo Spada etc., herausgegeben durch das Institut für archaeol. Correspondenz.“ Tom. I. Rom. 1845.

---

*) *C. Passow*: „Der Art, so meint man, und Weise des Bruders sei Amphion gefolgt.“ *Pagnini*, quem laudat Orellius: „S'arrese — (è fama) alle fraterne voglie.“ Idem observat, *Vossium*, *Merkelium*, *Goupyum*, alios interpretes verbum *putatur* plane omisisse. Quodsi *Schmidius* meus Epitheton *severo* ad v. *suspecta* et ad v. *conticuit* (pro Dativo commodi) simul referendum putat, vereor ne huic sententiae magis res quam latinitas, de qua conf. ad v. 16., obsit.

coll. Eurip. Fragm. 30. *). Sic in proverbium abiit utriusque fratris ut moribus dissimillimi, ita vita conjunctissimi societas. Paradoxograph. ed. Westerm. p. 219. 3. *τίνες ἐγένοντο φιλάδελφοι; Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων.* — V. 45. *cede pot. am. Lenibus imperiis.* Quum haec sine dubitatione *severo Zetho* opposita sint, ea erit sententia, quam v. 41. indicavimus. Vulgo significari volunt quod dicit Plato apud Cic. ad Attic. 9, 13, 2.: *Αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις* vel Publ. Syr. 136: *Cogit rogando, quum rogat potentior.* Alia similia vide apud *Schmid.* De invidioso plur. numeri usu noli cogitare, vid. Burm. ad Val. Fl. 3, 620.

V. 45. 46. *quotiesque — canesque.* Simile obsequium amantibus praestandum praecipiunt Tib. 1, 4, 39 — 56. et Ovid. A. A. 2, 179 sqq. Plus autem justo subtiles, qui *Aeolis plagis* scripturae vulg. praeferunt, quanquam *Cumas* i. e. Aeoliam lino celebrem fuisse constat, conf. interpp. ad Grat. Cyneg. 35. Plin. H. N. 19, 1. *Aetolas plagas* dicit Poeta non tam propter notionem rei pretiosioris, quod quidem haud incommode sensit *Schmidius*, quam propter Meleagrum Caledonii apri prostratorem. Ovid. Met. 8, 270. Juv. 5, 115. Mart. 7, 2, 3. 27, 2. 13, 41, 2. et 13, 93. de Spectac. 15. Hygin. Fab. 174. Huc accedit, quod Accii Meleagrum tum Romanis theatris non defuisse verisimile est, quae res *Düntzero* quoque coll. *Welckero* l. l. p. 752 sq. probatur. Praeterea nemo erit, qui nomen *θετικόν* (Kirchn. ad Sat. 1, 1, 58) improbet, quum venatores vocari *Meleagros* solitos esse constet, vid. *Oehler.* ad Varr. Sat. Menipp. 55. p. 158. De apparatu venatorio conf. ann. ad 6, 58.

---

*) *Welcker*, Vir Clarissimus, de hac re praeter alia l. l. p. 820 disputat haecce: „Zethos nemlich, gereizt durch die Weichheit des Amphion gegen die Fremde (Antiope), schalt als den Grund derselben zugleich die Musik: worauf dieser ihn zwar widerlegte, aber zuletzt nachgab und schwieg. Denn auf den Ausgang dieses Streits, nicht auf die verschiedne Meinung in Bezug auf Antiope, bezieht sich (wie schon *Valckenaer* p. 67. [Diatr. c. 7. 8. p. 58 — 87] und *Heyne* p. 212. [Antiquarische Aufsätze II. p, 206 — 12] erkennen) Horatius *Nec quum venari volet — Lenibus imperiis.* Unmöglich konnte dieser Streit erst später in der Scene der Wiedererkennung oder vor der Ausführung der Rache vorkommen; wo solche Begebenheiten den Antheil an sich reissen, wird der Dichter nicht eine lange, fremdartige Verhandlung einschieben: im Anfang hingegen ist noch Musse. Hier diente dies Gespräch auch, um die Brüder, die ihre Mutter wiederfinden sollten, vollständig kennen zu lernen" etc. etc.

V. 47 — 49. *inhumanae senium depone Camenae*, i. e. morositatem, taedium musae non tractabilis, „asperae, quae (ut ait *Mitscherlichius* in Seebod. „Archiv" 1829. p. 143) nullam alterius rationem habet coll. A. P. 102." Sed conf. imprimis Cic. de Offic. 1, 40, 144. ad Attic. 12, 46. Contra aliis, ut *Marcilio*, *inhumana Cam.* „solitudinis appetens" est, quam sententiam ita suam fecit *Torrentius*, ut „vel quod solitudinem amans hominum coetus fugit, vel quod talis divitibus esse videatur" diceret. De *senio*, quod *Cruquius* perperam pro „odiosa jurgandi consuetudine," *Marcilius* pro „senectutis acceleratione ex contentione φιλομουσίας et λογοφιλίας" habet, vid. Schmid. ad h. l. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 59, 242. coll. Rupert. ad Tac. Ann. 2, 77, 1. O. Jahn. ad Pers. 6, 16. Ex antiquis poetis locos collegit *Laurenberg.* in Antiquar. p. 414. — V. 48. *Coenes — empta. Lubinus:* „ut pulmenta e pulpis et lumbis leporinis confecta jucundissimis venationis laboribus empta et comparata una cum patrono tuo jucundissime coenes." Vid. Heind. ad Sat. 2, 2, 9 — 20. et Stuck. Antiq. Conviv. 2, 8. p. 259. coll. Erasm. Adagg. 6, 7. p. 195. et Donat. ad Terent. Eun. 3, 1, 36. Assentiuntur de tali cibo praeter alios *Wielandius* et *Haberfeldus*, aliter et quidem jure *Schmidius* et *Düntzer* judicant. Ad rem i. e. cibum libenti animo capiendum etiam comparant Socratis illud apud Xenoph. in Memor. 1, 3, 5. (Ruhnk. et Valcken. ib.) et Cic. Tusc. 5, 34, 97. 98. (Kühn. et Klotz ib.) At quod caput est, Hor. his ipsis indicat, ex officio superioribus praestito ipsam jucunditatem vitae capi posse.

V. 49 — 52. *Romanis sollemne**) — *aprum Possis.* Ita Plin. Paneg. 81, 2. *Olim haec experientia juventutis, haec voluptas*

---

*) Addita sunt antecedentibus illa verba per appositionem quandam, cujus varia exempla collegerunt *Heindorf.* ad Sat. 1, 4, 110. 2, 1, 53. *Dillenburger* ad Od. 3, 20, 7. atque in Qu. Horat. p. 30. *Voigt.* in Nug. gr. partic. I. p. 48. *Wagner* in Qu. Virg. XXXIII, 3. *Forbig.* ad Virg. Ecl. 1, 70. 2, 3. Aen. 1, 358. 11, 213. *Goosrau* ad Virg. Aen. 11, 76. *Bach.* ad Ovid. Met. 10, 277. *Hertzberg.* ad Prop. 3, 3, 4. *Th. Obbar.* ad Prudent. Perist. 4, 45. *Kühn.* et *Klotz.* ad Cic. Tusc. 1, 43, 102. *Fabr.* ad Liv. 23, 46, 5. *Kritz.* ad Sall. Jug. 103, 1. *Pabst.* ad Eclog. Tacit. p. 308. *Rupertius* ad eund. IV. p. 807. Nota est *Mehlhornii* de ea re disquisitio, contra quam sobrie disputavit *Sommer*, collega olim meus, in Zimmerm. „Zeitschr. f. d. Alterthumswissenschaft" 1839. p. 1013., cui nunc adde *Krügeri* Gr. lat. p. 389. et ejusd. Syntax. congruent. p. 17. *Jungclaussenii* Comment. gr. de Appositione. Schlesv. 1839 et *Schultze* de ling. lat. Appositione. Prenzl. 1843. p. 11.

erat, his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu: nec mediocre pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor. De laude venationi quum a veteribus Romanis, tum ab Horatio data imprimis disputarunt *Rappoltus* p. 819, *B. Klippgen* „de Ven. Rom. solenni opere" p. 759. l. ad 6, 58. l. Schmid. ad h. l. Heind. ad Sat. 2, 2, 9. 10. coll. interpp. ad Od. 3, 2, 10. 24, 56. C. Passov. N. 127. Rader. ad Mart. 12, 24. Diss. ad Tib. 1, 4, 49 sqq. Beier. ad Cic. Offic. 1, 29, 104. — V. 51. *Vel cursu superare canem* etc. Imitatur Malch. Ecbas. Captiv. 478. *Non cursu superabo canem nec viribus aprum.* Conf. Catull. 64, 342. Ovid. Met. 4, 303 (ib. Gierig). Mart. 10, 36, 10. Quum de hac Lollii laude, tum de studio venandi commendato ambigunt interpretes, si comparaveris *Haberfeldum* et *Schmidium* ad v. 49. cum *Orellio* et *Düntzero* ad h. l. Neque tantopere, opinor, commendasset venationem Poeta, nisi forte veritus esset, ne Lollius haec et talia officiis homine liberaliter educato parum dignis annumeraret, cf. Sall. Cat. 4, 1. *Cursu* autem *superare canem* etc. superlatum dicendi genus esse nemo erit qui dubitet. Hinc prorsus assentior *Orellio**): „Insunt in toto loco laudes Lollii mire permixtae cum benevola quadam εἰρωνείᾳ, vel, si mavis, innocente malitia; quasi invitum enim venatum ire jubet." — V. 52. *arma tractet.* Ita Senec. Epist. 88. *An liberale studium istud esse juventuti nostrae concedimus, quam majores nostri rectam exercuerunt, hastilia jacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare?* Dictionem illustrarunt Drak. ad Liv. 7, 32, 11. Beneck. ad Justin. 1, 3, 3. Eadem dexteritatis notio inest in formula *bellum tractare*, de qua dixit *Pabst.* ad Eclog. Tacit. p. 22.

V. 53. 54. *scis, quo clamore — campestria.* Significantur victoriae in certaminibus ludicris Campi Martii partae; strenue enim atque impigre pugnantibus multitudo circumstans aeque ac declamantibus et oratoribus plaudebat atque acclamabat. Od. 3, 24, 46 (ib.

---

*) *Düntzer* (p. 501): „Die ganze Stelle V. 49 — 64. steht mit der eigentlichen Lehre des Briefes in keiner Beziehung; sie enthält ein Lob der Gewandtheit und Geschicklichkeit des jugendlich kräftigen Mannes, wobei an eine Ironie gar nicht zu denken ist, da der Dichter wirkliche Thatsachen anführt." Illud equidem comprobo, hoc non item. Aliorum de hoc loco sententias vide ibidem.

Mitsch.) *Quo clamor vocat et turba faventium.* Phaedr. 5, 5, 28. *Movetque plausus et clamores suscitat.* Cic. Epist. ad Div. 12, 7, 2. *Dixi — tanto clamore consensuque populi, ut nihil unquam simile viderim.* Id. de Divin. 1, 28, 59. *senatus consultum frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum.* Conf. *) Spalding. ad Quintil. Inst. 4, 2, 37. Wolff. ad 10, 1, 17. Gesn. ad Plin. Epist. 4, 5, 1. Gierig. ad 1, 13, 3. Hess. ad Tac. Dial. 39. p. 266. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 33, 152. Seyff. ad Cic. Lael. 7, 24. Ceterum *coronae* ut A. P. 381. et Mart. 7, 72, 9. 10. *Sic palmam tibi de trigone nudo Unctae det favor arbiter coronae.* Plin. Epist. 2, 14, 6. (de auditoribus quidem recitantium) *hoc pretio ingens corona colligitur: hoc infiniti clamores commoventur.* Ael. Lamprid. in Alex. Sev. 9. *per populi et honestorum coronas una vox.* Alia suppeditabunt Schmid. ad h. l. Dav. ad Cic. N. D. 2, 1, 1. Hess. ad Tac. Dial. 6. p. 34. Kühner. ad Cic. Tusc. 1, 5, 10. De *campestribus proeliis* (*armis* A. P. 379., *exercitatione ludoque campestri* Cic. pr. Coel. 5, 11., *exercitationibus campestribus* Suet. Octav. 83.), quibus *certamen Martium* Od. 4, 14, 17. opponitur, locos Horatianos collegit *Schmidius*, quocum cf. Beier. ad Cic. Offic. 1, 29. p. 27. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 20, 84. O. Jahn. ad Pers. 5, 57. Quibus *armis* illa proelia Lollius imprimis sustinuerit, docebit *Dissenii* annotatio ad Tib. 1, 4, 51.

V. 55 — 57. *saevam Militiam puer et Cantabr. bella tulisti* i. e. et quidem *Cantabr. bella;* locis et scriptoribus in hanc rem ad 12, 8. laudatis adde *Schmid.* ad h. l. *Dillenburg.* ad Od. 1, 3, 19. et *Schmidt.* ad Juv. 7, 48. p. 176. Intellige autem bellum a. u. 729., quo ipse Augustus exercitum in Cantabros et Astures duxit, et, quum mox in morbum periculosum incidisset, per legatos C. Antistium et T. Carisium finivit. Dio Cass. 53, 22. 25. Masson. Horat. Vit. p. 218. Frank. Fast. Horat. p. 194. Weichert ad August. script. Reliq. p. 199 sq. coll. ann. ad 12, 26. De *saeva militia* conf. Mitsch. ad Od. 3, 2, 2 sqq. Plurali autem numero propter saepe factas **) in illam gentem hoc ipso anno i. e. 734. perdomitam

*) Ex eodem fonte manavit *clamor secundus* Virg. Aen. 5, 491. (ib. Heyn.) 10, 266. Ovid. Met. 8, 419. Sil. Ital. 16, 467. *rumor secundus* in Epist. 10, 9. ib. ann. et Dederich. ad Dict. Cret. 1, 16. p. 258. De *acclamationibus* vid. *Bernard. Ferrar.* apud Graev. (Antiq. Rom. VI.) in Praefat. et Epist. p. 337.

**) *Düntzer* (p. 64): „Man versteht unter den *Cantabr. bella* gewöhn-

(12, 26.) expeditiones usus esse videtur. Perperam *Ascensius* aliique *ducem* Tiberium, qui fixa signa resolvere fecerit, intelligi volunt. — *templis Parthorum signa refigit Nunc.* Acr.: „Romana signa, quae Crassus amiserat, Parthi ad Augustum per Tiberium miserunt jam victi.“ Ad verbum fere Schol. Cruq., nisi quod Parthos *Persas* vocat. Ita Od. 4, 15, 16. *Et signa restituit Jovi Derepta Parthorum superbis Postibus*, ubi v. interpp. et nostr. ann. ad 12, 27. coll. *Frank.* Fast. Horat. p. 216. *Hertzberg.* Qu. Prop. p. 226. *A. W. Zumpt.* ad Monum. Ancyr. 5, 40. 54. *Refigit* autem ut Od. 1, 28, 11. (ib. Lamb.) et Sil. Ital. 10, 599. *arma Deripite, o pubes, templis, vos atria raptim Nudate et clipeos in bella refigite captos.* Plin. H. N. 35, 2. *Aliae foris et circa limina domitarum gentium imagines erant* *), *affixis hostium spoliis, quae nec emptori refigere liceret.* Conf. Forbig. ad Virg. Aen. 5, 360. — V. 57. *Nunc — armis* i. e. „si qua usquam latet ora, eam sua solius sententia imperio Romano attribuit.“ Ita de majestate imperii [*Halm.* ad Cic. pr. Sest. 31, 67.] Od. 3, 3, 45 sqq. *Horrenda late nomen in ultimas Extendat oras — Quicumque*

---

lich den von 729 von Augustus und später durch seine legati geführten Krieg; aber man dürfte auch an die späteren Kämpfe von 730 (Dio 53, 29) und 732 (Dio 54, 5) denken“ etc. Quod negandum est, nisi verba *sub duce* sine emphasi posita esse opineris. Augustus enim, quum expeditiones illae sub Aemilio et postea sub Furnio fierent, Romam jam reverterat. *Rodellius* Lollio patre quidem intellecto miram excogitavit conjecturam: „Constet quo anno Julius Caesar adversus Pompeji liberos pugnaturus Hispaniam petiit, Octavium Romae relictum utpote juvenem ad 17. annorum, se raptim ad avunculum contulisse, qui hac nepotis alacritate plurimum delectatus est. Quis autem putet solum ivisse, nec illi se pari gloriae studio nobilissimos quosque Romanos adolescentes tanquam Principi Juventutis adjunxisse? quid porro vetet unum de his fuisse M. Lollium duobus tantum annis majorem Octavio? si quidem observata in Lollio lex est de Consulatu non gerendo ante aetatis annum 42. neque“ etc. Quapropter vv. *si quid abest — armis* v. 57. cladem intelligit per Drusum ab Augusto missum Sicambris a. u. 742. illatam. De concinnitate versuum ad laudem Augusti adhibita haud scio an plus aequo viderit *C. Passovius* N. 261.

*) De consuetudine fere omnium populorum communi, publica templorum et privatarum aedium limina ac postes spoliis devictorum exornandi, vide quos laudant *Mitsch.* ad Od. 3, 5, 18. *Scalig.* ad Manil. 4, 180. *Barth.* ad Stat. Theb. 3, 580. *Cort.* ad Lucan. 1, 240. *Broukh.* ad Prop. 3, 7, 26. *Burm.* ad Anth. lat. I. p. 206 sq. *Forbig.* ad Virg. Aen. 7, 183. *O. Jahn.* ad Pers. 6, 45. *Rupert.* ad Liv. 10, 7, 10. coll. nostr. ann. ad 1, 5.

mundo terminus obstitit, Hunc tangat armis. Id. 4, 15, 14 — 16. C. S. 51 (ib. Mitsch.). Prop. 2, 8 (10), 21. *Et si qua extremis tellus se subtrahit oris; Sentiat illa tuas postmodo capta manus.* Ovid. A. A. 1, 177. de certa quidem in orientem expeditione: *Ecce parat Caesar domito quod defuit orbi addere.* Conf. Burm. ad Prop. 3, 3, 1 — 6. Bach. ad Tib. 2, 5, 57 — 59. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 287. Dio Cass. 54, 8. 9. Illud *si quid abest* (a *Britannico* perperam explicatum: „si quid amissum est") *Bentlejus, Schmidius, Orellius* angustioribus terminis includentes Armeniam eodem anno Artaxiae ademptam et Tigrani traditam hic significari credunt coll. 12, 27. Trist. 2, 227 sqq. Qui *refixit* tuentur, ii maximam partem, ut *Zurckius*, Tiberium et Drusum contra Pannonios ac Sicambros tum missos esse sibi persuadent. Speciosius autem quam verius ex notione v. *adjudicandi* de finibus constituendis sollemni *Bentlejus armis* legendum censuit, quandoquidem *fundo* magis coll. Dig. 10, 1. quam *personae* adjudicari fines*) intelligerentur. At suo se jugulavit gladio Vir doctissimus. Etenim Cic. Offic. 1, 10, 33. *quicquid reliqui soli fuit, populo Romano adjudicavit.* Id. Agrar. 2, 22, 58. Suet. Octav. 32., alia *Freund.* Lexic. s. h. v. Neque melius res cessit *Haberfeldo* et *Doeringio* verbum *Italis* pro Dativo et *armis* pro Ablativo accipientibus, ut sit: „armorum vi parere jubet (*Italis*) Romano imperio." Immo *armis Italis*, praeterquam quod miram contrariorum vim habet, dicitur ut *Italum robur* Od. 2, 13, 18., *Italae Crevere vires* Od. 4, 15, 13. et *Res Italas armis tuteris.* Huc accedit Adjectivi positura talis, qualis secundo loco et v. 54. 81. et Od. 1, 27, 6. *impium tollite clamorem*, quibus adde Od. 2, 17, 9. 3, 11, 7. 27, 25. Epod. 13, 5. Sat. 1, 10, 41. Epist. 1, 15, 32. coll. *Voigt.* l. l. p. 37.

V. 58 — 60. *Ac ne — rure paterno.* Postquam Hor. a v. 48 — 50. utilitatem illarum exercitationum, a v. 50 — 57. dexteritatem Lollii observavit, jam, ut omnem excusationem adolescenti praecidat, ipsius singulare talium rerum studium ante oculos ponit. Sententia igitur: „Ac ne te subtrahas tui patroni studiis ut venationi, quam supra exempli causa posui neve, id quod excusari non posset, ab iis absis, tecum cogita, te quoque, quamvis nil absoni atque ab-

*) Mire *Jani* p. 227. „*Ital. armis adjud.* Es wurden nämlich die Grenzen berichtigt, und die Parther traten einiges an die Römer ab." Optime autem haec verba explanavit *Schmidius.*

surdi facias, tuos habere ludos.“ Ita apte junguntur verba *Ac ne* cum sequentibus *Quamvis — Curas: interdum nugaris*, dummodo ante haec postrema verba, *scito, cogita tecum* vel simile quid tacita cogitatione ponas. Ita et 19, 26. 27. *Ac ne — artem:* 2, 1, 208. *Ac ne forte — maligne:* 1, 13. *Ac ne — tuter:* etc. Recte hoc in loco intellexit *Heindorfius* ad Sat. 2, 1, 80., conf. ann. nostr. ad 1, 13. Riedel. et Schmid. ad 2, 1, 210. Fabr. ad Liv. 21, 18, 8. 40, 5. Quapropter *Orellius*, quod interposito commate particulam *ac* cum v. *interdum* jungi jubet, reprehensione non caret. Aliud docent et illa exempla et ea, quae *Handius* ad Tursell. I. p. 494. diligenter composuit. Observabis quoque, verbum *inexcusabilis* per prolepsin dici, ut 16, 24. *incurata ulcera.* Sat. 2, 1, 20. *recalcitrat undique tutus.* A. P. 293. *Perfectum non castigavit ad unguem.* Ib. 346. *longum prorogat aevum.* Od. 2, 20, 19. *me peritus Discet Iber.* Alia vide ad 12, 18. p. 146. et quae ex Horatio larga manu congessit *Voigt.* l. l. p. 49. coll. *Wunder.* ad Soph. Antig. 709. De particula *et absis*, pro qua *neu* requiri videtur, vid. ann. ad 6, 22. coll. Orell. ad Epod. 16, 6. Wagn. ad Virg. Aen. 12, 801. At loco planissimo, cujus sententiam recte praesensit *Gesnerus*, vario modo tenebras induxerunt interpretes a recta via aberrantes*). — V. 59. 60. *Quamvis nil extra numerum — Curas.*

---

*) Exempli causa *Britannicus:* „Ac interdum nugaris rure paterno, i. ludis et quasi per jocum in armis exerceris: ne te retrahas a bellis, qualia fuere Cantabrica, et certaminibus, qualia in campo Martio es meditatus, et ne absis sine excusatione. Nam quum rure pat. exerceris, excusationem habes non esse mirandum, si in campo Martio non exerceris“ etc. *Lambinus:* „Atque, ut ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis et certaminibus campi Martii, et ne ita absis ab urbe, ut probabilem absentiae excusationem afferre non possis, interdum quaedam belli simulacra exerces in agro paterno: interdum ludis rure, quamvis nil nisi sapienter et prudenter facias.“ Ab eo dissentit *Cruquius* ita, ut *retrahas* et *absis* pro imperandi modis habeat, quibus Lollium constantiae moneri dicit, „ne ulla negligat amici studia vel minima, sed omnia sua praesentia dictoque et facto comprobet, nec ab iis absit nisi legitima de causa.“ Verba autem: *Quamvis nil extra* esse mavult προκατάληψιν per ἔλλειψιν τοῦ nam et postea τοῦ tamen cum suo Schol. et Porphyrione hoc modo: „nam quamvis non ignorem, te in omnibus quae facis habere rationem decori, tamen domi et in villa paterna nonnunquam gaudes ludicris, adeo ut et possis cum amico gratiose ludere.“ Ad Cruquium prope accedit *Torrentius*, quum et ipse improbat versum sequentem a *Lambino* parenthesi inclusum. „Multo enim,“

Mire Schol. Cruq.: „Quamvis sapiens sis et omnia moderate sapienterque facias, tamen aliquoties ludus propius simulandus est, ut amico satisfiat, ne sine excusatione absis.“ Similem errorem erravit *Bothius* ad Feam: „Quamvis sapiens esse velis, tamen nugaris seu ludis nonnunquam in villa paterna“ etc. Dictio autem extra *numerum modumque* (παρὰ τὸν ῥυθμὸν καὶ παρὰ μέλος) vel a symphoniis, vel a saltationibus, vel etiam a palaestra petita est, in qua h. l. alii notionem decori, alii modi mensuraeque, alii temporis opportuni, non alieni vident. Quanquam ea diversae rerum conditioni apte accommodatur, tamen dubito de *Orellii* explicatione: „quia, ut ingenuum decet, in hoc quoque ludo, quemadmodum ceteris in rebus, modum servas.“ Immo Poeta ad excusandum illud *nugari* eique quasi praefandum (Sat. 2, 1, 73. Epist. 2, 1, 93.) Lollium nihil temere, indecore, insipienter facere dicit. Dictionis exempla suppeditant Lamb. et Schmid. ad h. l. interpp. ad Cic. Brut. 8, 32, Burm. ad Prop. 2, 2, 27. Forbig. ad Virg. Ecl. 6, 27. (ib. Serv.). O. Jahn. ad Pers. 5, 123. Gesnh. ad Cic. Parad. 3, 2, 26. Ell. ad Cic. de Or. 3, 22, 83. Frotsch. ad Quintil. Inst. 10, 1, 4. Rupert. ad Tac. Ann. 14, 15, 1.

---

inquit, „simplicior sententia est, ut Lollium perseverare etiam moneat, quum opus est, in venatione aliisque exercitationibus: maxime, inquit, quum nunc quoque, quamvis nihil inordinate aut immoderate facere velis, interdum tamen hisce te ludis exerceas una cum fratre ac pueris tuis, Actiacae pugnae simulacra referens.“ *Lubinus* hunc ordinem sententiarum statuit: „Quum vero in his rebus bellicis magnam gloriam ac laudem tuo merito adeptus sis, summique imperatoris amorem et benivolentiam promerueris, grata mente et recordatione bella sub Augusto gesta saepe recólis, quamvis jam privatam vitam colas. Nam ne a bellicis et militaribus rebus hac tua vita privata *te retrahas* et ab *illis* omnino *absis* (qua quidem in re esses *inexcusabilis* — si egregia studia, in quibus cum laude excelluisti, tam subito, tam supine negligeres) interdum in paterno tuo rure bellorum simulacra exerces, et ludicra certamina duorum exercituum e pueris collectorum admittis, atque ita *nugaris* tibique bella, quae gessisti, puerili et nugaci certamine rursus in memoriam revocas. (Ne vero fraudi mihi sit, quod te *nugari* dixerim. Quamvis enim ludiora et nugacia puerorum instruas, nihil tamen *nugaris* pueriliter, inepte aut temere *agis*, sed quum primis illud *curas*, ne aliquid *extra numerum* et legem quasi saltationis impradenter, inconsiderate et parum decore fecisse videaris).“ Longum est, putida, quae de aliis reliqua sunt, referre. Ad nostram interpretationem prope accedunt *Dacerius* et *Sanadonus*, paulo recedant *Doeringius* et *Orellius*, de v. *inexcus.* prorsus nobiscum sentit *Düntzer*. Inter se dissentiunt nostrates *C. Passovius* et *J. Merkel*, quos confer.

V. 61 — 64. *Actia**) *pugna — refertur.* Ita Auson. Mosell. 215. (ib. Wernsd.) *Pompejani Mylasena pericula belli Euboicae referunt per Averna sonantia cymbae*; cf. 17, 55. Ut inter ipsos apparatus pugnae Actiacae certamen quoddam verum a pueris Romanis et Caesarianis et Antonianis commissum est (Dio Cass. 50, 8.), ita tum Lollii fratres certamen navale ludicrum puerorum i. e. vernarum**) (non juvenum a Lollio collectorum, ut explicant *Ascens., Dac., Sanad., Dillenburger*) ad similitudinem pugnae Actiacae instituerunt. Rei ipsi non desunt exempla, vid. Wernsd. ad Auson. Mos. 208 — 214. (I. p. 268. coll. III. p. 505. IV. p. 802). Sunt, qui ut *Massonus* (Hor. Vit. p. 326) hic quandam *ludorum Actiacorum* similitudinem videant coll. Dion. Cass. 51, 1. 53, 1. Strab. 7, 7. Suet. Aug. 18. Heyn. ad Virg. Aen. 3, 274 sqq. 8, 675 — 713. Wernsd. ad Salei. Bass. carm. ad Calpurn. Pison. 79. 80. IV. p. 397. Hertzb. ad Prop. 4, 6, 1.; sunt quoque, qui istum ludum quasi rusticam navalis proelii ab Augusto editi imitationem fuisse opinentur coll. Suet. Octav. 43. Ovid. A. A. 1, 171 sq. Tac. Ann. 12, 56. (ib. Rupert.), sed illa naumachia, si contuleris Vell. Paterc. 2, 100., multo post (i. e. a. 752. u. c.) instituta est, vid. *Zumpt.* ad Monum. Ancyr. 4, 43. coll. *L. Preller*: „Die Regionen der Stadt Rom.“ p. 206. — V. 62. *hostili more*, i. e. quasi hostes essent, ut Ovid. Trist. 1, 1, 100. *Achilleo more.* Id. 1, 3, 65 (ib. Loers) *fraterno more.* Tales pugnas Livius 26, 51, 6. *simulacra pugnae navalis* vocat. — V. 64. *velox Victoria* non propter victoriam illam Actiacam celerrimam, quod quidem opinati sunt nonnulli interpretes, sed vel propter naturam victoriae velociter alterutram partem suo favore beantis (Sat. 1, 1, 8), vel quia Victoria virgo alata coronam lauream victori imponens fingi solita est. Vid. A. Gell. 6, 6. coll. C. Passov. N. 268. et quos laudant Heyn. et Diss. ad Tib. 2, 5, 45.

---

*) Ita Virg. Aen. 3, 280. (ib. Gossr.) *Actiaque — celebramus litora.* 8, 675. *Actia bella.* 8, 704. *Actius Apollo.* Prop. 4, 6, 67. (coll. 2, 25, 61. ed. Burm.) Ped. Albinov. 2, 51. De hac forma et similibus conf. ann. ad 12, 20. Hildebr. ad Arnob. 3, 11. p. 268. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 669. et Haase ad Reisig. „Vorlesungg.“ N. 192.

**) Adolescentes Romanos pro sua humanitate, qua ab ineunte aetate cum suis vernis vivebant, posthac quoque non raro rem suam cum illis communicasse satis constat, ne dicam de eorundem more, in ipsis ludis publicis hominibus infimae sortis sese immiscendi, cujus quidem rei mentionem fecit *W. E. Weber* in „Morgenblatt“ 1845. N. 146. p. 582.

Bach. ad Ovid. Met. 8, 13. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 169. Hildebr. ad Apul. Met. 2, 2. p. 80. Talem imaginem in nummis quoque *victoriatis* *) conspicuam vid. apud *O. Müller.* et *Oesterley.* in „Denkmäler der alt. Kunst" I. tab. LXIX. N. 377. coll. illius „Archaeologie der Kunst" ed. 2. p. 625. Ita Cn. Mattius ap. Gell. l. l. *Dum det vincenti praepes Victoria palmam.* Sil. Ital. 15, 99. *niveis Victoria concolor alis.* Claud. de VI. Cons. Honor. 597. *Adfuit ipsa suis ales Victoria templis.* Auson. Epigr. 1, 2. 3. *Tu quoque ab aerio praepes Victoria lapsu Come serenatam duplici diademate frontem.* Ceterum *Orellio* versiculus sonum Ennianum habere videtur. De consilio autem, quo poeta illius ludi victoriaeque Actiacae mentionem injecerit, varie disputant *Wielandus*, *Haberfeldus*, *Doeringius* et *Hocheder*, quibus suum ita interponit judicium *Düntzer*, ut honorem quidem verborum in Augustum Lolliumque collatum haud absurde deneget.

V. 65. 66. *Consentire — ludum.* Respicitur hac sententia ad v. 39, quapropter magnopere cavendum est, ne hic, quod multi faciunt, Augustum vel Tiberium sentiamus. *Fautor* autem *utroque laudabit pollice* etc., i. e. vel magno cum favore. Imitatur Malch. Ecbas. Captiv. 1164. *Vulpes hunc gemino collaudat pollice ludum.* Dictio illa ab arenae favore (non a theatrali erga scenicos, ut ait *Ferrarius* „de Veterum acclam. et plausu" 2, 5. 13.) ad aliarum saepe rerum laudem translata est. Pollex autem spectatoris *pressus* favorem, *versus*, *conversus* odium et vel necem significabat. Plin. H. N. 28, 2. (ib. Gesn. in Chrestom. Plin. p. 693. et in Thesaur. L. L. s. v. *Pollex*) Torrent. ad h. l. et ad Suet. Caes. 26. Rupert. ad Juv. 3, 36. Obbar. ad Prudent. Symmach. 2, 1099. Bergl. ad Alciphr. 2, 4, 40. coll. Erasm. Adagg. 1, 8, 46. Turneb. Adv. 11, 6. Sed de ipsa *pollicem vertendi* ratione **) ambigunt. Improbanda

---

*) De aede, ara et statua Victoriae vide *Boettigeri* „kleine Schriften" III. p. 316. coll. II. p. 173 sq. 374 sq. et *Beckeri* „Handbuch der Röm. Alterthümer" I. p. 398. et quos laudant *Rupertius* ad Juv. 1, 115. N. 53. et *Th. Obbarius* ad Prudent. adv. Symmach. I. praefat. v. 1. p. 136.

**) Acron: „*utroque pollice συνεδοχικῶς*, manu utraque sublata et pariter saepius mota. Hoc enim genus valide laudantium est." Porphyr.: „utraque manu. Tropus *συνεδοχή*, a parte totum. An qui vehementius laudat manus jungens, jungit pollicem cum proximo?" Plenius de ea re disputarunt *Lipsius* (Saturn. 1, 7. 2, 22.). *Graevius* (Praef. et Epist. p. 338.). Auctor libelli „Abhandlung von den Fingern" etc. Lpz. u. Eisenach. 1757. p. 110 sqq.

autem Acronis (cui ad verbum assentitur Schol. Cruq.) et Porphyrionis interpretatio est: „utraque manu.“ Scenae quoque vocabulum *fautorem* esse pluribus edocuit *Schmidius*, quocum conf. *Loers* ad Ovid. Trist. 3, 13 (12), 23. *Halm.* ad Cic. pr. Sest. 54, 115.

V. 67 — 71. *Protinus — verbum.* Adjungitur, ne alii imprimis homines parum fidi vel garruli Lollio apud patronum obsint, hoc quod sequitur praeceptum. *Protinus* est, ne in aliorum tricis immoremur, „ut monere*) pergam.“ *Hand.* Tursell. IV. p. 621. coll. Lübk. ad Od. 3, 3, 30. Ad formulam: *si quid eges* — conf. Drakenb. ad Liv. 3, 48, 4. *si quid inclementius in te sum invectus* et N. Heins. una cum Ruhnk. ad Ovid. Her. 6, 151. — V. 68. *Quid de quoque viro* etc. Porphyr.: „Tria dixit, quid dicas, de quo dicas, cui dicas.“ Similiter explicant *Lambinus, Cruquius, Lubinus, Bentlejus* **), alii coll. Cic. in Pison. 31. *tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas intelligis?* De ratione dicendi *quoque* pro *et quo* nemo dubitabit qui contulerit exempla a *Cortio, Kritzioque* ad Sall. Cat. 23, 4. et a *Beneckio* ad Justin. 28, 2, 3. laudata, at, si Poeta tria significare voluisset, eum particulas planius aut interpositurum aut plures interrogationes in unam (quales commemorant Heind. ad Sat. 2, 3, 201. Schmidt ad Juv. 12, 48. Kritz. ad Sall. Cat. 47, 1. (Cort. Exc. VI. p. 402. et ad Plin. Epist. 6, 24, 1.) contracturum fuisse dixerim. Ceterum sententia, si rem ad lapidem Lydium exigas, tantum duo flagitat. In alteram partem simile illud Epicharmi apud Cic. ad Attic. 1, 19, 8. est: *Νᾶφι καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.* Neque prorsus alienum est Ciceronis praeceptum de Offic. 1, 41, 147.: *videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam qua de causa.* — V. 69. 70. *garrulus idem est.* De garrulis loci

---

Eichstad. ad Ruhnk. Antiq. Rom. lectt. acad. XX. p. 7. *Zell.* „Ferienschriften“ II. p. 83. *Echtermeyer.* „Proben einer Abhandlung über Namen u. symbolische Bedeutung der Finger“ Hall. 1834. p. 9 — 14. *Weber* in Tübinger „Morgenblatt“ 1845. N. 199. p. 794. coll. *Schmid.* ad h. l. et de *infesto pollice Wernsd.* ad Poet. Lat. min. III. p. 230. *Buttmann.* ad Quintil. Inst. 11, 3, 119. *Hildebr.* ad Apul. Met. 2, 21. p. 124.

*) *Monendi* verbum tanquam amicorum proprium observavit *H. Stephanus* in Schediasm. 3, 20. Sic Cic. Lael. 25, 91. *et monere et moneri proprium est verae amicitiae.* Conf. Fabr. ad Liv. 22, 60, 10. Doederl. Syn. I. p. 162.

**) Ab his partibus *van Jamium* quoque stare in „Münch. gelehrt. Anzeigen“ 1840. p. 286. me edocuerunt *Düntzeri* annotata.

principes sunt Plutarch. de Garrul. VIII. p. 1 — 46. Theophr. Char. 7. ib. Casaub. p. 99 sqq. Epictet. Diss. 4, 13. Senec. Epist. 105. *Nihil tamen aeque proderit quam quiescere, minimum cum aliis loqui, plurimum secum.* — — *Nemo quod audierit tacebit; nemo quantum audierit loquetur. Qui rem non tacuerit, non tenebit auctorem.* — *patulae aures.* Schol. Cruq. „semper patentes ad audiendum, curiosae.“ Similiter 16, 26. *vacuae aures.* Lucian. de conscrib. Hist. 7. (ib. Herm. p. 46) *ἀναπετάσης τὰ ὦτα.* Id. de Salt. 85. *Ἀναπεπταμένα ἔχω τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. Nec retinent commissa*, ut auctore Terentio in Eun. 1, 2, 24. *quae rimosa — deponuntur in aure.* Sat. 2, 6, 46. et Petron. Fragm. (ap. Wernsd. III. p. 75) *quicquid dimittis in aula, Effluit.* Isocrat. ad Demonic. 25. *Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας.* Theogn. 295. *Κωτίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος, φθεγγόμενος δ' ἀδαής, οἷσι παρῇ, πέλεται.* Epictet. Diss. 4, 13, 11. 12. 13. — V. 11. *Et semel**) *emissum volat* — Cic. pr. Planc. 23, 57. *Nihil est autem tam volucre quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil* etc. Id. Fragm. ap. Augustin. Epist. 1. *nullum unquam verbum, quod revocare vellet, emisit.* Apul. Apol. p. 568. (Oudend.) *si verba ita, ut poetae ajunt, pinnis apta vulgo volarent.* Ad verba *irrevoc. verb.* conf. A. P. 390. *nescit vox missa reverti.* Menand. Fragm. p. 225. (Mein.) *Οὔτ' ἐκ χεροὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον Ῥᾴον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.* Id. 73. (p. 102 Düb.) *Ῥῖψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.* Plutarch. de Garrul. VIII. p. 19. R. *οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν κατασχεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατόν.* Id. de Puer. educ. § 189. Eadem similitudo infra 20, 6. *emisso.*

V. 72 — 75. *Non ancilla — angat.* Additur alterum praeceptum, quod est de amore formosi vernae vel puellae intra aedes patroni vitando. Lenior autem**) adhortatio et veluti optantis, non jubentis, ut plerique dicunt, est, id quod recte observasse *Heindor-*

---

*) *Emittuntur* sagittae, hastae, similia, Lucret. 5, 1042., de formula autem sollemni *mittere* vel *emittere vocem* (Tib. 1, 9, 27. Cic. Tusc. 5, 7, 19.) disputant Burm. ad Petron. 19. et ad Phaedr. 4, 10, 4. Duk. ad Flor. 4, 10, 7. Drak. ad Liv. 5, 51, 7. Halm. ad Cic. pr. Sest. 19, 42.

**) Rem fortasse in extremo libello, si dii annuent, expediam. Hic satis erit contulisse Virg. Ecl. 2, 34. *Nec te poeniteat*, ubi verum vidit *Jahnius*; et Mart. 7, 96, 7. 8. *Sic ad Lethaeas, nisi Nestore senior, undas Non eat,*

fius ad Sat. 2, 5, 91. et *Dissen* ad Tib. 2, 1, 10. mihi quidem videntur. Quodsi *Handius*, V. Cl., ad Tursell. IV. p. 266. *Non ancilla ulla* pro *nulla* coll. Ovid. Met. 15, 157. Tib. 2, 1, 9. dici opinatur, vereor ut quicquam hac explicatione lucremur. — *jecur ulceret.* „In jecore libido," ut ait Servius ad Virg. Aen. 6, 596. „sicut risus in splene, iracundia in felle." Conf. *Schmid.* ad h. l. *Mitscherl.* ad Od. 1, 25, 13 — 15. *Böttiger.* „Ideen zur Kunstmythol." II. p. 464. et *Köpke* in „Zimmerm. Zeitschr. f. d. Alterthumsw." 1837. p. 458 sqq. Similiter de philosopho Epictet. 3, 22, 13. *μὴ κοράσιόν σοι φαίνεσθαι καλόν, μὴ ὀξάριον, μὴ παιδάριον, μὴ πλακουντάριον.* — V. 73. *Intra marmoreum limen*, quo Epitheto augenda fuit notio magnificentiae et ornatus illarum aedium. Ita Tib. 3, 3, 16. *Auurataque trabes marmoreumque solum*, coll. ibi v. 3. cum *Hueschkii* annot. Cic. Parad. 6, 3. *Illi aurata tecta in villis et sola marmorea facienti.* Cf. ann. ad 10, 19. Nollem scripsisset *Hocheder:* „Ob übrigens das Wort blos die Pracht, und nicht auch die Härte des Besitzers andeute, dürfte schwer zu bestimmen sein." Veriora autem de voce *venerandi* docet: „Das part. fut. pass. gibt zugleich den Grund an, warum das im frühern Verse benannte unterlassen werden soll." — V. 74. 75. *Ne dominus* etc. Sententiam contra Porphyrionem duas explicationes temere suppeditantem praeeunte *Henrico Stephano* statuo hancce: „Ne dominus illam vel illum tibi dans beneficii magni loco numeret quod parvum est: vel recusans et tibi commodum se non praebens animum tuum angat." Ipse autem senties lenem illam verbi *beet* significationem, qua quis parvo illo munere majora fere et utiliora opprimente obnoxius potentiori amico fiat. *Incommodus**) autem scite opponitur homini facili ét liberali, ut Od. 4, 8, 1. ib. Lamb. et Mitsch. coll. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 3, 2, 10. et Bauer l. supra l. Commode laudat *Orellius* Cic. de N. D. 3, 29. *Idem facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat.* Aliter

---

optabis quem superesse tibi. Orellius illud *Non* in enumeratione positum praeeunte *Wagnero* ad Virg. Aen. 12, 78. opinatur.

*) *J. Merkel:* „Dass nicht, schenkend die Magd und den lieblichen Knaben, der Herr schon Halte beglückt dich, und nicht, sie versagend, mit Gram dich erfülle." Contra *Vossii* interpretationem „durch Weigerung härme" *Hocheder* disputat sic: „Ich nehme es vielmehr, wie: *da er dir in die Quere kömmt;* wie dies nun geschehe, ob durch Weigerung, oder auf andre Weise bleibt dahingestellt."

Hocheder, a quo non multum distat *Doeringii* explicatio: „molesto modo.“ Multo etiam magis ambigunt de dictione *te angat*, quae curam vel libidinem indicat, qua amator voti non compos agitatur ac vexatur. Ab hac interpretatione non abhorret verbi significatio 2, 1, 211. A. P. 110. Fabr. ad Liv. 21, 1, 5. Cic. ad Attic. 1, 15. *Multa sunt quae me sollicitant anguntque.* Sed tamen hanc interpretandi viam ita improbat *Diintzer*, ut *Haberfeldo* et *Doeringio* auctoribus dominum intelligat ludibundum, penes quem sit, amatorem puelli puellaeve *pungere* et *ludibrio habere*. Parum autem contraria *beet — angat* sensisse videtur Vir doctissimus. Lapsus *Lambinus* quoque est, quum diceret: „vel repulsam feras et ita potentiorem illiberalem se erga te praebuisse *queraris*.“ *Dacerius* ipsum dominum amore pueri captum haud dubie credidit, quum interpretaretur: „il vous met au desespoir et vous lui devenez suspect.“ *Puer pulcher* haud scio an intelligatur unus ex iis, quos Romani *delicatos* vel *delicias* vocabant, vide de talibus *Spohn.* ad Virg. Eclog. 2, 2. ed. Wagn. et *Weichert.* Poet. lat. Reliq. p. 224 sqq. Quapropter non omittendâ videtur Porphyrionis ad h. l. annotatio: „Alludit ad Virgilium, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit.“ De hac re delicata qui plura scire cupiet, eum amandabimus ad *Spohnii* Prolegomena ad Virg. Ecl. 2. p. 24. coll. *Weichert.* de Lucio Vario Poeta p. 88 sqq. et *Frandsen.* in „Cai. Ciln. Maecen,“ p. 127.

V. 76 — 85. Tertium praeceptum, quo de hominibus patrono recte commendandis agitur. Sententiam autem ex omni parte quadratam: „si tibi accidit, ut hominem patroni amicitia indignum commendares, eum, ipse deceptus, ne coram rege erubescendum tibi sit, noli tueri amplius, ut plus habeas auctoritatis, qua virum tibi spectatum, sed falsis fortasse criminationibus circumventum, tuearis idque eo magis, quo certius et confidentius ille tuo innititur praesidio“ etc. ii deformant, qui cum *Ascensio*, *Jahnio*, *Schmidio*, *Diintzero* et *Dillenburgero* vocabulum *ut* pro particula comparativa habent, ut sententia sit: „sicut, quemadmodum penitus notus omnibus viribus tutandus, servandus est.“ Talem igitur particulae usum in hac quidem verborum junctura unquam inventum iri jure negavit *Orellius*; conf. etiam *Fr. Jacobs.* V. p. 93. *Bentleji* autem conjectura, quam a multis editoribus comprobatam mireris: *At penitus*, ita vacillat sententiarumque ordinem disrumpit, ut verbum non addam. Improbandus *Cruquius* quoque sua et verborum compositione et explicatione est: „Noli tueri, quem commendasti, si in culpa sit inventus, quem-

admodum defenderes penitus tibi notum" etc. *). Comparant Theogn. 963. *Μή ποτ' ἐπαινήσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς, Ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ*, et illud Theophrasti apud Rutil. Lup. p. 22. *Prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.* Adde Plutarch. de Vitioso Pudore VIII. p. 113 sq. — V. 77. *Incutiant — pudorem. Incutere* hic non tam de vehementiore animi motu, uti 14, 22., quam de re subita vel inexspectata, coll. Wüstem. ad Sat. 2, 1, 39. et Kritz. ad Vell. Paterc. p. 531. — V. 78. *Fallimur et quondam*, i. e. interdum, ut Od. 2, 10, 18. (ib. Dillenb.) et Virg. Ge. 4, 261. Aen. 2, 367 (ib. Forbig.) — *non dignum*, ut Epod. 12, 25. *ego non felix;* Epist. 16, 66. *non erit unquam* et alia talia. Conf. *Gerber* in Zimmerm. „Zeitschr. f. d. Alterthmsw." 1839. p. 46. — *tradimus*, ut 9, 3. *Scilicet ut tibi se laudare et tradere coner*, conf. ib. ann. — V. 79. *omitte tueri.* Ita Od. 3, 29, 11. *Omitte mirari.* Terent. Eun. 5, 6, 19. *Omitte de te dicere.* Ovid. Met. 3, 614. *mitte precari.* In sententiam Theogn. 1079 — 80. *Οὐδένα τῶν ἐχθρῶν μωμήσομαι ἐσθλὸν ἐόντα, Οὐδὲ μὲν αἰνήσω δειλὸν ἐόντα φίλον.* — V. 80. *Ut penitus notum.* Phaedr. 3, 10, 58. *Erit ille notus, quem per te cognoveris.* De particula *penitus* cum verbis cognoscendi, perspiciendi juncta vid. Hand. Tursell. IV. p. 427. — *si tentent crimina.* „Crimina sunt *συκοφαντίαι.* Glossae veteres, *crimen ἔγκλημα, διαβολή.* Optime. *Criminibus tentari* **), *συκοφαντεῖσθαι* et quod D. Chrysostomus *συκοφαντεῖσθαι ἐπ' ἐγκλήμασιν.* Quo nihil esse in aula frequentius, norunt omnes." *D. Heinsius.* — V. 81. *Tuterisque tuo — praesidio.* Locus obversatus esse videtur elegantissimo poetae fabularum Aesopiarum *Desbillons* in Carm. ad Claud. Saler. I. p. 55. praef.: *meque livor si malus Amarulentis appetiverit jocis, Tuo praesidio tutere imbellem, precor.* In sententiam conf. Sat. 1, 4, 81 sq.

---

*) Recte Schol. Cruq. formulam *etiam atque etiam aspice* interpretatur: „cognosce diligenter et considera ejus mores." Conf. ann. ad 17, 4. et *Hand.* Tursell. II. p. 577.

**) *Crimen* a scriptoribus antiquis non pro *scelere* et *maleficio*, sed ut hic vel de falsa accusatione vel reprehensione vel de accusato accusandove aliquo facinore dici observarunt *Munck.* ad Hygin. Fab. 19. p. 54. *Madvig.* Opusc. p. 370. *Halm.* ad Cic. pr. Sest. 38, 80. *Seyff.* ad Cic. Lael. 18, 65. *Tentare* pro vexare, invadere illustrant *Torrent.* ad h. l. et *Forbig.* ad Virg. Ecl. 1, 50., de verbo morborum proprio cf ann. ad 6, 28.

V. 82 — 85. *qui Dente — vires.* „Et tuum ipsius commodum postulat, ut amicum, quem tradidisti, ne una cum eo per homines maledicos ex patroni gratia summovearis, omni virium contentione defendas.“ Sententiam prave detorsit *Cruquius* ita: „Hoc crimen, quo falso gravatur commendatus a te, redundabit in te commendatorem tanquam ejus mali quoque conscium patronumque, eo quod praesentia incendia, id est pericula criminis intentati neglexeris.“ — *dente Theonino.* Schol. Cruq. „dente mordaci. Luthienus Theon, libertinus, dicacitatis amaritudine praeter ceteros ita patronum suum exasperavit, ut domo ejus summoveretur et quaternario (?!) legato juberetur restem sibi palumque emere.“ De sententia Porphyrionis quoque „Theon quidam illo tempore rabiosae dicacitatis fuit.“ Similia suppeditant Acron et Erasm. Adagg. 2, 2, 55. Homo ille num fuerit virulentus poeta Graecorum, quem quidem fingunt *Erasmus* et *Torrentius*, quis est, qui pro certo affirmet? De opinione aliorum vide *Düntzerum* p. 508. Ad dictionem pertinet illud Pythagoreorum (Orell. ad Opusc. graec. sentent. I. p. 68. et 490): *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν* et Pers. 1, 115 (ib. O. Jahn.) *genuinum frangere* et similia, ut Epist. 2, 1, 150. Conf. ann. ad 14, 37. 38. Schm. ad h. l. et Dillenb. ad Od. 4, 3, 16. Mart. 5, 28, 7. *Rubiginosis cuncta dentibus rodit.* Id. 10, 3, 1. *Vernaculorum dicta, sordidum dentem Et foeda linguae probra circulatricis — Poeta quidam clancularius spargit.* Hieronym. Epist. ad Eustoch. virg. 27. I. p. 114. A. *ne apud detrectatores et genuino me semper dente rodentes fingere puter.* Idem Epist. 57. II. p. 78. *canino dente rodere, lacerare, convellere* scil. libros, quos contra Jovinian. scripsit. — V. 84. *Num tua res agitur.* De hac formula a lite pendente sumpta conf. Cort. ad Sall. Cat. 52, 10. Drak. ad Liv. 27, 34, 7. Fabr. ad 23, 49, 8. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 2, 3, 113. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 230. — *paries quum proximus ardet.* Proverbium, ut Ovid. Rem. Am. 625. *Proximus a tectis ignis defenditur aegre: Utile, finitimis abstinuisse locis.* Liv. 29, 31, 3. (ib. Drak.) *nisi orientem illum ignem oppressissent, ingenti mox incendio, quum jam nullam opem ferre possent, arsuros.* Id. 7, 30, 12. 31, 48, 7. 37, 15, 6. Cic. pr. Planc. 40, 95. *Ego enim ex illo incendio legum, juris, senatus, bonorum omnium cedens, quum mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque toti Italiae minaretur, nisi quievissem.* Sall. Fragm. (p. 228. Gerl. min.). *Non tu scis, si quae aedis ignis acriter cepit, haud facile sunt defensu,*

quin et comburantur proxima? Locum aperuit *) Victor. V. L. 16, 13. p. 414.

V. 86 — 95. Praeceptis illis de recte utenda potentis amici amicitia finitis addit: „Et haud facile est, patroni amicitiam benevolentiamque conservare, quam, quo magis iisdem quibus ille rebus movebere illique natura consenties, eo facilius retinebis.“ Hunc sententiarum ordinem virgula sua censoria immutavit *Doederlinius* **),

---

*) Ex eadem re manavit illud apud Cic. pr. Rosc. comoed. 6, 17. *Nonne, ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigeratur; sic referveus falsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum, statim concidit et restinguitur?* et illud ap. eund. in Phil. 10, 10, 21. *Concurritur undique ad commune incendium restinguendum.* Liv. 28, 42, 10. Justin. 1, 7, 9. ib. Benecke. Elegans metaphorae usus hic quidem in eo cernitur, quod qui jacturam honoris, aestimationis, famae fecissent, *ambusti, semiusti incendio alieni judicii conflagrasse* dicuntur, vid. Fabr. ad Liv. 22, 35, 2.

**) Is postquam in *Horat. lectt. decad.* (Erlang. 1828) p. 14. sententiam priorum versuum explanavit, de vv. 86 — 88 sic disputare pergit: „Atqui continuo resumit, quod modo omisit, ut suam quisque naturam assimulet patrono, v. 89 — 95. Vellem festivitatis aliquid in hac praecipiendi intermissione et intercapedine possem agnoscere; nunc autem ab indignis turbis propius tale quid abesse mihi videtur, quam a grata negligentia. Sed accedunt dubitationes grammaticae duae. Primum enim locutio illa: *tua navis in alto est* quid significat? Schol. Cruq. „Est autem hic navigare esse in amicitia potentis amici, cui est obsequendum. *Lambinus:* „dum in cursu es.“ *Doeringius:* „quum in cultu potentioris prospero successu usus es, id age, ne de loco quo progressus es rejiciaris.“ Ii omnes navis in alto versantis conditionem in bonam partem traxerunt, tanquam *portu exiisse* pars felicitatis esset; non contra rationem, at contra usum. Nam ita veteres hoc tropo uti solent, ut in alto versari eos potissimum dicant, qui a portuum refugiis remoti tempestatum ac fluctuum periculis obnoxii sint. Sic Cic. Tusc. 4, 18. *Ipsa sibi imbecillitas indulget in altumque provehitur imprudens.* Orat. 3, 36. *Repente te quasi quidem aestus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum quasi a conspectu paene omnium abstraxit.* Deinde *inter cuncta* pro libidine explicant *praecipue, ante omnia.* Sed quaeso quonam illud jure? quo exemplo, qua ratione, qua analogia freti? quoniam diversius quid fingi potest, quam particulae *inter* et *ante.* Nihil aliud est *inter cuncta* quam *omni tempore*, sicut *inter haec* est hoc tempore, quum alias saepe apud Tacitum, tum apud ipsum Horatium. Epod. 2, 39. Quis non — *Haec inter* obliviscitur? Quodsi trajectos librariorum incuria tres versiculos statueris, et hoc ordine ab Horatio scriptos esse censebis a v. 93. *Deme — Occupat — Dulcis inexp. — Expertus — Hoc age — Inter cuncta — Qua ratione — aevum.* non solum amovebuntur, quae praecipiendi ordinem perperam turbabunt, et, quoniam aphoristica est singulorum enumeratio, nihil hiare videbitur inter *sumere vires* et *Oderunt hilarem tristes*, sed transitus etiam commodissimus

quum versus 86 — 88. post vv. 94. 95. postponi mallet. — V. 86. *Dulcis — metuit* — i. e. „ne propter levem quandam causam ex illius gratia excidat.“ In sententiam comparant Pind. Fragm. p. 216. B. *γλυκὺ δ'ἀπείροισι πόλεμος· πεπειραμένων δέ τις Ταρβεῖ προσιόντα νιν παρδία περισσῶς.* Siracid. 13, 11. Eurip. Iphig. Aul. 22. *τὸ φιλότιμον γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.* Cf. C. Passov. N. 262. — *cultura pot. amici*, quae *Baxtero* „assectatio“ audit, studium est, quo quis potentem amicum colit eique omne officium facit, germanice „Herrndienst, Hofdienst*).“ *Colere* enim proprie de clientibus erga patronos officiosis dicitur, ut Juv. 7, 37. *ne quid tibi conferat iste, Quem colis.* Mart. 3, 38, 11. *Atria magna colam.* Id. 10, 96, 13. *I, cole nunc reges.* Ibid. 2, 40 (55), 3. (ib. Rader p. 219.) 12, 68 (69), 2. Inde *ἅπαξ λεγόμενον cultura.*

V. 87. 88. *Tu, dum tua navis in alto est*, i. e. „ad cursum prospere continuandum, in id totus incumbe, ne reflantibus ventis in portum, unde egressus es, rejiciaris.“ Explicatio haec quanquam nuper improbata et ex sententiarum ordine commendatur neque similitudini similia desunt exempla, ut, si notionem complicatam evolveris, Od. 2, 2, 201. 4, 15, 3. coll. 1, 14, 1. 2. 34, 3. Quintil. Inst. 1. ad Tryphon. § 3. *permittamus vela ventis et oram solventibus bene precemur.* Id. 12, 10, 37. *Non tamen alto semper feremur: nam et litora interdum sequenda sunt.* Ovid. Her. 15, 214. *Aura dabit cursum, tu modo solve ratem.* Tib. 1, 5, 75. (ib. Voss. et

---

et lenissimus comparabitur ad verba *inter cuncta leges.* Nam ita Horatius finita institutione, „Haec fere sunt, inquit, quae in potentium cultura observanda habebis. Est autem ejusmodi cultura dulcis specie, reapse metuenda et lubrica; quod si utique ea via pergere destinavisti, illud saltem cave, ne, dum in alto mari tot tantisque periculis expositus navigas, portus talis, qualem ego teneo contentus ac bene latens, securitatem aspernatus, excidas ausis; nam sicuti potissimum est *nolle* potentes colere, sed sibi vivere honeste, quod ego nunc facio; secundum autem, et *cupere* potentes colere et *posse*, quod tu modo facis vel facturus es, utilius quam honestius; ita ultimum est ac deterrimum, utpote nec utile nec honestum, *cupere nec posse* prae inscitia, ac sine sua utilitate decus ac libertatem potentibus condonare Sed omni utique tempore, sive metuens culturam potentium, antequam expertus sis, portum mecum tenebis, sive in alto navigabis, ipse nihilominus experturus, philosophos legere perges, quorum institutione quandoque condiscas, *Quid pure tranquillet — — — semita vitae.*“

*) *Orellius* comparat de cultu quidem divino Lactant. Inst. 5, 7, 2. Tertull. Apol. 21., addo Lexicographorum causa Minuc. Fel. 23, 9. Lactant. Epitom. 23, 1. coll. Bünem. ad Lactant. Inst. 2, 16, 9.

Wunderl.) *utere quaeso, Dum licet: in liquida nat tibi linter aqua.* Ovid. A. A. 2, 9. *Quid properas, juvenis? mediis tua pinus in undis Navigat.* Id. Trist. 3, 4, 15. *dum me levis aura ferebat, Haec mea per placidas cymba cucurrit cymbas.* Id. 5, 5, 17. 18. Hieronym. Epist. 11. ad Furiam. I. p. 57. B. *Et quia nobis de portu egredientibus quasi quidam scopulus opponitur, ne possimus ad pelagi tuta decurrere.* Id. 49. ad Innoc. I. p. 152. B. *Si me ad optatos portus aestus appulerit, gubernator putabor.* Chrysost. de Sacerdot. 6, 6. τὸν δὲ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει καὶ τῷ χειμῶνι δυνηθέντα διασῶσαι τὸ σκάφος, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν εἶναι φαίη κυβερνήτην ἄριστον. Id. Epist. ad Olymp. 17. (p. 252 Loml.) τὸ τῆς θαλάττης μαινομένης ἐξ οὐρίας φέρεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς γαλήνης· Id. ibid. 5. p. 219.*). In ipsam versus 88. sententiam cf. *Doering.* ad Od. 3, 10, 10. et Schol. Cruq.: „ne amittas partam amicitiam, allegoricôs; nam divites, ut aura, sunt mobiles.“ Porphyr. „quum prosperum cursum amicitiae tenes, et est tropus Allegoria.“ Plaut. Poen. 3, 6, 17. *ita sunt nostri divites: Si quid benefacias: levior pluma est gratia: Si quid peccatum'st, plumbeas iras gerunt.* coll. Aristot. Ethic. 8, 14, 1. De formula *hoc age* multus est *Lambinus*, quocum cf. anu. ad 6, 30. Quum sententia pro praecepto sit, eorum apparebit error, qui, ut *Dacerius* et *Haberfeldus*, Lollium jam tum amicitia potentis amici gavisum esse vel, ut *Zurckius*, cum Cajo tum fuisse sibi persuadent, quid, quod *Sanadonus* dicit.: „Ceci me fait croire, que le jeune Lollius étoit actuellement en Sirie avec Auguste, ou en Arménie avec Tibère.“

V. 89 — 95. Jam ponuntur tria exempla, „quibus quam sit necessaria ad conservandam patroni caritatem ingeniorum studiorumque consensio,“ luculenter demonstratur. Intelligitur autem *consensio* ejus, qui apud Plutarch. de Discr. Amic. et Adul. 9. est συμπαθὴς καὶ συμφυής. — V. 89. *Oderunt hil. tristes.* Ut Sat. 1, 10, 11. sermo *tristis jocoso* opponitur, ita hic homo σκυθρωπός. (Lucian. Fugitiv. 18. Plutarch. Sympos. 7, 6. p. 833. Alciphr. 3, 64,

*) Collegimus haec exempla, quibus *in alto esse* tum de prospero incepto, tum de arte gubernatoris haud obscure dicitur. *Hocheder* praeter alia comparat Propert. 2, 3, 11. *Tranquillo tuta descendis flumine cymba.* Ad metaphoram rite illustrandam etiam pertinent quae docent *Schmid.* ad 2, 1, 102. *Wernsd.* ad Poet. Lat. min. III. p. 64. *Loers.* ad Ovid. Trist. 5, 12, 40. interpp. ad Cic. Tusc. 1, 49, 119. de Offic. 2, 6, 19. *Ilgen.* ad Scol. VIII. p. 31. et 258.

10) *hilari, jocoso.* Isocr. ad Demonic. p. 16. Wf. Ὁμιλητικὸς δὲ ἴσῃ, μὴ δύσερις ὢν, μηδὲ δυσάρεστος — — μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων. Ibid. p. 9. Ἔδιζε σαυτὸν εἶναι μὴ σπυθρωπόν etc. Plaut. Amphitr. 3, 3, 4. *Atque ita servom par videtur frugi esse instituere; Proinde heri ut sint, ipse item sit: voltum e voltu comparet: Tristis sit, si heri sunt tristes: hilarus sit, si gaudeant.* Conf. Aristot. Rhet. ad Alexandr. 2, 7. Ethic. 8, 5, 2. 6, 1. Lucian. de Merced. conduct. 30. Ipsam v. *tristis* significationem commode enodat Hieronym. Epist. ad Marcell. 23. I. p. 100. H. *quia ebrii non sumus nec cachinno ora dissolvimus, continentes vocamur et tristes.* Terent. Andr. 5, 2, 16. (ib. Ruhnk.) *Tristis severitas inest in voltu.* Cic. Or. fragm. p. 100. (ib. Beier) *Quid cum hoc homine tam tristi ac severo?* Senec. Epist. 123. *Istos tristes et supercilioso alienae virtutis censores, suae hostes, publicos paedagogos, assis ne feceris.* Ita junguntur Tac. Ann. 16, 22, 2. (ib. Rupert.) *rigidi et tristes.* Plin. Epist. 1, 10, 7. (ib. Gierig.) *Nullus horror in cultu, nulla tristitia, multum severitatis.* Conf. Heind. ad Sat. 1, 5, 103. Serv. ad Virg. Aen. 6, 275. Rupert. ad Juv. 2, 8. Seyff. ad Cic. Lael. 18, 66. p. 410. Doederl. Syn. 111. p. 230. — V. 90. *Sedatum celeres*, i. e. omnia impetu quodam agentes. Ita Liv. 22, 38, 13. *tuta consilia celeribus* opponuntur; cf. Lübk. ad Od. 3, 7, 27. Dillenb. ad Od. 1, 16, 24. Doederl. Syn. II. p. 124. et de *studiis sedatis et tranquillis* Cic. Tusc. 4, 25, 55. — *navumque remissi*, i. e. minime agitati, lenti, languidi, quos nostrates „schlaffe, abgespannte" vocant, metaphora ab arcu ducta coll. Gerl. et Kritz. ad Sall. Jug. 58, 1. Bach. ad Ovid. Met. 3, 319. Seyff. ad Cic. Lael. 18, 66. p. 411. Alias *remissus* rigido et tristi opponitur coll. Beier. ad Cic. Offic. 1, 29, 104. De vv. *agilis* et *navus* cf. Doederl. Syn. I. p. 122 sqq. *J. Merkel:* „Heitere hassen den düsteren Mann, Ernsthafte den Muntern, Den, der gelassen verfährt, schnell Thätige, Träge den Raschen." In alteram partem Aristot. Ethic. Eudem. 7, 5. Ἔνιοτε ἀνομοίοις χαίρουσιν· οἷον ἀνστηροὶ εὐτραπέλοις καὶ ὀξεῖς ῥαθύμοις.

V. 91 — 93. *Potores bibuli — tepores.* Jam ternarius exemplorum numerus (de quo cf. 16, 50) addita festivitatis vernaculae imagine impletur. *Potores bibuli — Falerni**) quum acriter, forti-

---

*) Qui v. *bibuli* pro Epitheto *Falerni* habuerunt (ut *Xylander*, cui *bib. Fal.* est, „quod sitim non exstinguit, sed magis auget et invitat"), iis appo-

ter bibentes, tum ii sunt, qui vinum generosum cum gustu callidorum hauriunt et a nostris „Züngler, Feinschmecker“ vocantur. Eadem notio 14, 34. quoque tecte significatur. Est igitur: „Talium propinationes, quamvis alieno tibi tempore fiant, noli recusare, nisi in eorum odium incidere mavis, etenim“ etc. Addit *media de nocte* *) tum ad naturam ac mores potorum, qui vel ipsa media nocte mero se invitant, accuratius describendos, tum ad pondus excusanti *nocturnos tepores* addendum. Majora enim incommoda

---

site *Torrentius bibulum liquidi media de nocte Falerni* 14, 34. opposuit. At in duobus vv. conjungendis animus explicantium distrahitur. Scholiastes enim Cruquii: „potulenti,“ quod i. e. *pot. bib. Bentlejus* ineptum dicit, perinde enim esse ac si *potores potantes* dixeris. Quod crimen ut tollatur, *Iones* „*pot. bib.* nimios et assiduos,“ *Gesnerus* „potores acres“ intelligit verbo *Falerni* plane sejuncto, quam quidem interpretationem *Schmidius* optimo jure improbat, ut verba assentientibus nunc *Düntzero* et *Dillenburgero* sic explanet: „Potores, qui — — Falernum bibunt“ vel ut alii: „Potores sitientes, avidi vini Falerni.“ *C. Passov:* „Zecher, die gütlich sich thun von der Mitte (?!) der Nacht in Falerner.“ Sed gradatio, quam quidem ille esse vult ea quam supra posuimus explicatione magis augebitur. De ridiculo igitur potorum Epitheto *Orellius* sollicitus esse non debebat. Mira autem *Roselli* ratio est *Bibuli* scribentis, ut sententia sit: „Potores insignes, qui bibunt m. d. n. Falernum Bibulo consule cella vinaria conditum“ coll. Od. 3, 28, 8. 4, 11, 2.

*) Formulam *media de nocte* omnium pessime accepit *Bentlejus*, ut *media de nocte* fieri diceret, non quod eo usque produceretur, sed quod tum primum inciperet. A Bentlejo non ita distat *Gesner*, pocula Falerni *post* mediam noctem porrecta ratus. In Angli illius verba *Frenselius* jurat, ut addere non dubitet, „Romanos de media nocte nunquam praeter nequissimos nebulones celebrasse compotationes; cui vero persuadeas, Horatium esse Lollio auctorem, ejusmodi ganeonem sibi sumere patronum atque ejus moribus se accommodare?“ Haec verba Vir doctissimus scripsisset nollem, de illis errat cum erroris auctore, contra quem recte disputat *Handius*, non immemor hujus loci, in Tursell. II. p. 205, conf. etiam *Weissenborn.* Gr. lat. § 250, 1. De epulis vel compotationibus sive nocturnis, sive ad ipsam mediam noctem protractis nemo dubitat. Exemplis supra positis adde in utramque rem Lucret. 2, 26. Cic. pr. Rosc. Am. 46, 134. II. Verr. 1, 12, 33. Suet. Ner. 27. Lips. Exc. 1. ad Tac. Ann. 14, 2. Alii aliter, ut *Fabricius*, cui non defuit imitatorum temeritas praecipientium, „ut *potores bibuli* temulentiae assueti vehementiae causa dicerentur, ita *media de luce* reprehensionis; nam diem perpotando consumere et excusari non posse et semper turpe esse habitum.“ Propter similem causam, i. e. luxuriosorum et voluptariorum consuetudinem, de medio die coenas auspicandi, *Bentlejus* suam sibi fecit lectionem, a *Vossio* in translatione expressam. Sed viderint ii, qui actum habent quod egerunt! Nos veri tantum studiosi eos non curamus, qui subtilitatis nimium sollicitae sunt.

per tempus mediae noctis insolentibus potandi, quae posthac somnum si non auferant, certe turbent, excitari inter omnes constat. Sic a Plinio H. N. 14, 22. potantibus et vino ebriis *furiales somni et inquies nocturna* tribuuntur. Conf. Cic. Cat. maj. 13, 44, 5. Sed in hoc plano sententiarum ordine cave *Falerni*, quod a *Pot. bib.* proxime pendet, cum verbo *pocula* conjungas, quod quidem fecit *Gesnerus* assentiente *Fea*; cave quoque, ne v. *oderunt* v. 92. pro jejuno ac parum ponderoso habeas. Erat enim in explanatione talium rerum cum vi quadam repetendum. *Tepores**) autem per litoten quandam eam hic indicant conditionem, qua quis mero vel uvidus vel madidus nimium incalescit atque aestuat. Hinc non absurde *Landinus*: „quasi dicat, febrem." Perperam Schol. Cruq.: „vomitus aut tepores vini." Plutarch. Symp. 7, 10. (VIII. p. 856. R.) *θερμοτικὸς γὰρ ὢν (κατὰ τὸν Πλάτωνα) τῆς ψυχῆς μετὰ τοῦ σώματος ὁ οἶνος.* Magis ad rem Sat. 2, 1, 25. *Accessit fervor capiti* et Prop. 3, 17 (15), 13. *fervida tempora.* Sil. Ital. 11, 304, *ardescitque Lyaeo.* Juv. 4, 136. *Noverat ille — noctesque Neronis Jam medias aliamque famem, quum pulmo Falerno Arderet.* Ibid. 6, 308. et de ardente natura Falerni Mitsch. ad Od. 1, 27, 9. 2, 11, 19. Mart. 9, 74, 5. 14, 113. Denique *porrecta pocula* intellige ipsam propinandi actionem Graecis et Latinis usitatam. Critias apud Athenae. 10, 9, 23. 24. (p. 433 Casaub.) *Αἱ γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον κυλίκων προπόσεις, παραχρῆμα· Τίψασα; λυποῦσ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.* Lucian. Toxar. 25. *μεσὴν αὐτῷ τὴν φιάλην προτείνας, Δίδεξο, εἶπεν, — — τὴν φιλοτησίαν.* Senec. Epist. 83. *Quum propinationes tuas strati somno recusaverint* etc. C. F. Sympos. de Livor. 14. (Wernsd. III. p. 390) *Nec potus juvat — Nec si pocula Jupiter propinet, Aut haec porrigat et ministret Hebe.* Neque tamen

*) In toto loco unum concederem verbum, *vapores*, nisi libri summae auctoritatis pro recepta scriptura starent, quanquam non vereor, ne Celsi loco (3, 6: *Oportet scire non febricitare eum, cujus venae naturaliter ordinatae sunt, teporque talis est, qualis esse sani solet*), quo in suam rem utitur *Orellius*, nostra hujus verbi interpretatio refutetur. Conf. *Düntzer.* in Addend. p. 303. *Talbotius* laudat Plin. H. N. 8, 25 (37). *Crocodilus dies in terra agit, noctes in aqua, teporis utrumque ratione. Vapores* sentit *Gesnerus* „aestus nocturnos a vino intempestive sumpto orituros," *Fea* „i vapori, i fumi del vino, che danno al capo." Mire *Gaudinus* apud Sanadonum: „pour dire le serein, l'air du soir ou de la nuit." Miror autem acumen plus aequo subtile *Orellii*, cui putida vv. *med. de nocte* et *nocturnos vapores* ita sese excipientia videntur. Non igitur vidit Vir summus, Poetam, qui poetarum

magnopere iis adversabor, qui *) *porrecta pocula* simpliciter ministrata intelligunt coll. Stat. Silv. 4, 2, 11. Prudent. contra Symmach. 1, 275. Ceterum in tali re *negare* ut 7, 63. Ovid. Met. 13, 741. coll. Wunderl. ad Tib. 1, 4, 15. Herzog. ad Caes. B. C. 1, 2. et ἀρνεῖσθαι, de quo cf. Welck. ad Theogn. 319. p. 102.

V. 94. 95. Sententia: „Inter hilares et lautos hilare et laute vivendum.“ *Deme supercilio nubem*, (*J. Merkel*: „Lass nicht Wolken undüstern die Stirn“) ut Ovid. Met. 2, 700. *furtoque silentia deme*, sed imagine a superciliis fastum vel severitatem et similia indicantibus sumpta. Plin. H. N. 11, (37) 51. *Supercilia homini et pariter et alterne mobilia, et in iis pars animi — Haec maxime indicant fastum.* Ita Mart. 11, 2, 1. *Triste supercilium durique severa Catonis Frons.* Sidon. Apollinar. Carm. 15. (p. 355. Elmenh.) *nunc Stoica tandem Pone supercilia.* Dorv. ad Charit. 1, 4. p. 228. συναγαγὼν τὰς ὀφρῦς καὶ ὅμοιος γενόμενος λυπουμένῳ. Bergl. ad Alciphr. 1, 26, 8. 34, 2. 41. συσπᾶν τὰς ὀφρῦς καὶ ἀνατείνειν. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 756. ὀφρῦς ξυνῆγον, ἰσχνοφρύπεζόν θ' ἅμα. Euripid. Iphig. Aul. 648. μίθες νῦν ὀφρύν, ὅμμα τ' ἤπιον φίλον. Similiter *nubes* tristitiam, severitatem, quam quis praefert contracto vultu et supercilio, indicat. Cic. in Pison. 9, 20. *frontis tuae nubeculam pertimescerem.* Stat. Silv. 1, 3, 109. (ib. Hamd) *omni deterrens pectora nube.* Sil. Ital. 8, 612. *nec nubem frontis amabat.* Conf. ib. Drakenb. Hieronym. adv. Rufin. II. p. 136. G. *Prudentis hominis fuerat, cordis nubilum frontis serenitate discutere.* Auson. Epist. 14, 11. Ita Graeci ut Eurip. Hippol. 173. (ib. Valcken. p. 154.)

---

more modoque hic summam rei tangit, alieni temporis notionem intendere voluisse. Et quis est, qui nesciat, in tali rerum conditione augendae orationis causa saepe addi quae hominibus emunctae naris putida sive supervacua videantur, ut Epist. 14, 15. 16. Epod. 1, 18 — 21. Hinc spero fore, ut interpres ille elegantissimus loco retractato palinodiam canat.

*) Ut in propinationibus veterum Graecorum προπίνειν (Achill. Tat. 2, 2.) proprium est verbum et ipsa propinatio φιλοτησίας nomine significatur, ita apud Latinos *porrigere*. Vid. Plutarch. Conviv. sept. sapient. VI. p. 595. R. et Schol. ad Lucian. Symp. 15. p. 307. Docte de hac re disputat *C. F. Hermannus*, Vir mihi amicissimus, ad Lucian. Quomod. Histor. conscrib. oport. 26. p. 163 sq. Locis istic laudatis addi possunt Jacob. ad Lucian. Tox. p. 92. *Heins.* ad Sil. Ital. 11, 301. *Heyne* ad Virg. Aen. 1, 737. interpp. ad Cic. Tusc. 1, 40, 96. *Stuck.* Antiq. conviv. 3, 14. p. 552. sq. *Becker* ad Gall. II. p. 241. et „Ueber den Gebrauch des Trinkens — — Nach Gabriel Peignot“ in „Abendzeitg“ 1837. N. 173 — 176.

συγγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται. Chrysost. Epist. ad Olymp. 2, 1. p. 176. *οὐδὲ γὰρ ἀρκῶ διαχρούσασθαι τὸ νέφος τὸ συνὸν καὶ ζοφοῦδες τῆς ἀθυμίας.* Id. ibid. 3, 14. p. 215. In totam sententiam Plutarch. de Discrim. Adul. et Amic. VI. 68. p. 251. *Εὐδίᾳ γὰρ ἐπάγει νέφος, ὁ κινῶν ἐν παιδίᾳ καὶ φιλοφροσύνῃ λόγον ὀφρῦν ἀνασπῶντα καὶ συνιστάντα τὸ πρόσωπον, ὥσπερ ἀντιτεινόμενον τῷ Ἀνδίῳ Θεῷ καὶ λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχοινίον* [καὶ] *μειμνῶν κατὰ Πίνδαρον**). — *plerumque modestus Occupat obscuri speciem;* illa particula ut A. P. 14. et alias, conf. Heind. ad Sat. 1, 10, 15. et Böttich. Lexic. Tacit. s. v. — *obscuri* i. e. tecti, occulti, qui Graecis fere *κρυφίνους*, non, uti *Zurckius* vult, „mysteriis plenus" est. Cic. de Offic. 3, 13, 57. (ib. Beier) *Hoc autem celandi genus quale sit et cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis — — — versuti potius, obscuri, astuti* etc. Tac. Ann. 4, 1, 2. (ib. Rupert.) *ut* (Tiberium) *obscurum adversum alios sibi uni incautum intectumque efficeret.* Agric. 42, 4. (ib. Ernest.) *Domitiani natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo irrevocabilior.* Zumpt. ad Cic. Verr. Act. 1, 2, 5. Ellendt. ad Cic. de Or. 2, 73, 296. — *taciturnus acerbi,* „immitis et inhumani," ut ait *Lambinus; Zurckius* autem, qui *acerbum* intelligit misanthropum, Timonem illum Luciani comparat. *Acerbus* fere dicitur, qui nimia severitate est. Hinc *J. Merkel:* „der Bescheidene scheinet Oft heimtückisch, der Schweigende gilt als bitterer Tadler." Mart. 12, 38 (47), 1. *Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem.* Sic *acerbus Odisti et fugis* Sat. 1, 3, 85., ubi *Reisigius* perperam *acerbum Odisti* intelligi mavult. Similiter *acerbe exigere* Cic. Tusc. 1, 39, 93. ib. Klotz., *acerbius duriusque aliquem tractare* Plin. Epist. 9, 12, 2. ib. Gierig. coll. Seyff. ad Cic. Lael. 24, 89. De *taciturnitate*, quatenus index animi habetur, Cic. pr. Sest. 9, 21. (ib. Halm.) *Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum — — videbant* etc. Suet. Ner. 23. *taciturnitatem — — — quorundam pro tristitia arguens.* Amm. Marcellin.

---

*) De illo translato *superciliorum* usu conf. quos afferunt *Lambinus* ad h. l. uberius de hac re disserens et Taubm. ad Plaut. Mil. glor. 3, 1, 99. Rader. ad Mart. 1, 4 (5), 2. Rupert. ad Juv. 5, 61. Halm. ad Cic. pr. Sest. 8, 19. Oehler. ad Varr. Sat. Menipp. 32, 1. Burm. ad Anth. lat. II. p. 521. 699.; de *nubis* usu alia plura praeter laudatos suppeditant *Schmid.* et *Orell.* ad h. l. *Mitscherl.* ad Epod. 13, 5. Axt. ad Spar. Vestrit. 4, 1. p. 109. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 3, 13. Wunder. ad Sophocl. Antig. 526.

26, 6. *occultus erat et taciturnus.* Imprimis huc facit, ubi de laetitia convivio digna agitur, Plutarch. de Ira cohib. VII. p. 791. *καρὰ πότον μὲν ὁ σιωπῶν ἐπαχθὴς τοῖς συνοῦσι καὶ φορτικός.* De consuetudine autem, vicina virtutibus vitia et contra affingendi, conf. Sat. 1, 3, 55 sqq. Liv. 22, 12, 12. 39, 20. Cort. ad Sall. Cat. 52, 11. Beier ad Cic. Offic. 1, 19, 63. Aristot. Eth. 2, 8, 3. 9, 8. Thucyd. 3, 82. Plutarch. de Adul. et Amic. discr. VI. 56. p. 206. B.

V. 96 sqq. *Inter cuncta leges* etc. Sententiae sese ita excipiunt: „Dum omnia, quaecumque de cultura potentis amici dixi, diligenter observas, non negliges philosophos, qui omnium optime te docere possunt, quomodo tu tuam vitam instituas eamque ad bene beateque transigendam in omnes partes te conformes. Ego quidem a summo numine nisi vitam vitaeque necessaria non opto, quum quae animi tranquillitatem afferunt a me ipso petam.“ Sic quidem illud *Inter cuncta*, ut Epod. 2, 39. *inter haec* et similia (coll. 12, 14. Flor. 1, 26, 6. Cic. de Offic. 2, 11, 40. Quintil. Inst. 12, 1, 7. Cort. ad Sall. Jug. 40, 4. Fabr. ad Liv. 23, 2, 1. Plin. Paneg. 81, 1); alii, ut *Ascensius* et *Bothius*, magis indefinite: „inter omnia quae facturus es;“ alii, ut *Handius* in Tursell. III. p. 407.: „in cunctis rebus, in quacumque conditione vitae,“ cui assentitur *Orellius* addens: „apud potentem amicum transactae;“ similiter *Doederlinius* l. l.: „omni tempore;“ alii, ut *Doeringius* hic et 2, 2, 65.: „prae ceteris omnibus, ante omnia.“ — *leges et percontabi*, utrumque de praeceptis philosophorum, ita tamen, ut illud indicet libros doctorum, qui sua aetate scripserunt, hoc doctos *), qui adhuc vivunt (coll. *Lambin.*, *Wieland.* et *Schmid.*), vel, ut ait *Orellius*, „sapientes amicos.“ De illo genere conf. 1, 12. 2, 35. A. P. 310. Sat. 1, 6, 122. 2, 3, 11. 6, 61., de hoc Epist. 2, 67. 8, 8. 9. 2, 2, 148. Discrimen utriusque verbi non agnoscit *Diintzer*, sed dubito, num doctrinam a viva voce hominum comparandam recte neglexerit. Cicero quidem pr. Sest. 21, 47. (ib. Manut.) *nihil ipse legendo quaerendoque cognoveram.* Id. de Offic. 1, 41, 147. 44, 155. ib. Beier. p. 307. In sententiam omnino Isocrat. ad Demonic. p. 24. Wlf. *οἷς*

*) Perperam Schol. Cruquii *leges* „deliges et ab his percunctaberis“ interpretatur. *Docti Cruquio* ex consuetudine Ciceronis fere Stoici videntur. Conf. Heind. ad Sat. 2, 4, 3. 7, 13. Seyff. ad Cic. Lael. 5, 17. p. 98. Sit sane, Poetae tali re metiendi non sunt. Mire *Fiscator* in illis vv. *Ἐν δυὶ δυοῖν* videt: „legendo percontabere libros doctorum.“

χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγινώσκειν. Senec. de Brevit. vit. 14. *Hos in veris officiis morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quotidie et Democritum ceteroseque antistites bonarum artium, qui Aristotelem et Theophrastum volent habere quam familiarissimos.*

V. 97. *Qua ratione queas traducere leniter aevum* non tam homini laborioso (Kritz. ad Vellej. Paterc. p. 421), quam cupiditatibus et perturbationibus animi incitato opponitur, cf. ann. ad 7, 51.; *aevum* autem ut Phaedr. 1, 31, 7. (ib. Schwab.) *sollicitum potius aevum ducitis.* In rem Cic. Tusc. 3, 11, 25. *His autem perturbationibus — — — repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere.* Virg. Cul. 96. (*pastor*) *securam placido traducit pectore vitam.* Senec de Ira 3, 43. *Quin potius vitam brevem colligis, placidamque et tibi et ceteris praestas?* Epictet. Diss. 4, 1, 46. *Τί γάρ ἐστιν, ὃ ζητεῖ πᾶς ἄνθρωπος; Εὐσταθῆσαι, εὐδαιμονῆσαι, πάντα ὡς θέλει ποιεῖν, μὴ κωλύεσθαι, μηδ' ἀναγκάζεσθαι.* — V. 98. *Num te — — agitet vexetque cupido* non sonant, uti *Orellius, Düntzer, J. Merkel* („Ob dich treiben und peinigen *soll* nie satte Begierde") interpretantur: „num te lucri et potentiae cupiditas — — agitare *debeat*, an" etc. — quis enim est, qui hanc verbi *debeat* notionem in Conjunctivis illis sine summa ambiguitate expediat? — sed significatur illud multimodo variatum *γνῶθι σεαυτόν*, ut sententia sit: „disce, num —". Poeta autem pro re sua variavit quod indicat Cic. de Fin. 4, 10, 25. *Sequitur, ut animadvertamus, qui simus ipsi, ut nos quales oportet esse servemus.* Similia tractat Persius 3, 67. (ib. Casaub. p. 276.) coll. 5, 104 sqq. et iis, quos de illo proverbio laudat *Oehler* ad Varr. Menipp. fr. 39. p. 137. Verba *semper inops cupido* aut generatim describunt illum, *qui*, ut ait Cicero Tusc. 5, 6, 16., *omnia rabide appetit cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius voluptates undique haurit, eo gravius ardentiusque sitit*, aut singulatim indicant avari semper egentis cupiditatem habendi, de qua vide ann. ad 1, 33. 2, 56. 7, 85. coll. Lübk. ad Od. 2, 16, 17 sq. et Manil. 4, 6. *Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit, Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.* Senec. de Benef. 2, 27. *Eo majora cupimus, quo majora venerunt: multoque concitatior est avaritia in magnarum opum con-*

gestu collocata. Hieronym. Ep. ap Eustoch. virg. 27. I. p. 116. B. *ne consuetudine plus habendi praeberet locum avaritiae, quae nullis expletur opibus et, quanto amplius habuerit, plus requirit et neque copia neque inopia minuitur.* Verba autem *agitandi* et *vexandi* a similitudine arboris vento agitatae sumpta (Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 29, 16) similiter jungit Cicero pr. Rosc. Am. 24, 67. — V. 99. *Num pavor* non tam est, ut sit *Orellius*, „timor, ne aut careas semper rebus mediocriter utilibus aut partis rursus spolieris, ut *Vossius:* „Aengstliche Furcht," ut *J. Merkel:* „die Angst um Besitz," quam conditio ejus, qui *improvisa specie rerum adversarum fractus aegritudine elliditur, aut secundarum elatus levitate inanique laetitia exsultat et temere gestit* (Cic. Tusc. 5, 6, 16.), vid. ann. ad 6, 10. 11. Ad *pavorem* quasi totum pertinet pars i. e. *rerum mediocriter utilium spes*, quae sunt fortunae bona, ἀδιάφορα, „quibus patienter carere non minor sit laus, quam, si habeas, honeste uti, nefas vero praeter aequum appetere," ut recte observat *Torrentius.* Ea sic describunt et Tac. Hist. 4, 5. *Helvidius Priscus doctores sapientium secutus est qui sola bona quae honesta, mala tantum quae turpia, potentiam, nobilitatem ceteraque extra animum neque bonis neque malis annumerant* et Hieronym. adv. Jovinian. lib. 1. II. p. 38. C. *divitias et honores et corporum sanatitates, quae indifferentia nominamus, nec bona nec mala sunt, sed velut in medullio posita.* Vid. Schmid. ad h. l. Beier. ad Cic. Offic. 3, 6, 28. et 3, 3, 13. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 16, 47. 17, 51. Seyff. ad Cic. Lael. 6, 20. p. 121. coll. Aristot. Eth. Nicom. 1, 8, 15. et Cic. de Fin. 3, 16, 53.

V. 100. *Virtutem doctrina paret naturane donet.* Erat communis philosophorum quaestio περὶ ἀρετῆς, *εἰ διδακτόν*, quam praeter Platonem in Menone (p. 84. Stallb.), Aeschines (Socrat. Dial. 1. p. 215 sqq. Fischer.), Plutarchus (VII. p. 726. Rsk.) Max. Tyr. Diss. XXXVIII., Anonymus Pythagoreus (Orell. Opusc. Graec. sentent. II. p. 226 sqq.), alii, coll. Aristot. Ethic. 1, 9, 1 — 6. 2, 1, 1 — 4. Polit. 7, 12, 6. Xenoph. Mem. 2, 6, 39. 3, 9, 1. 2. 4, 1, 3. 2, 20., singillatim tractarunt. Sic Senec. de Vit. beat. 31. *Quaeramus, quid sit virtus, una pluresne sint: natura an ars bonos viros faciat.* Cic. Part. or. 18, 64. *Quaeritur, quonam pacto virtus pariatur, naturane, an ratione, an usu?* Plutarch. de Educ. 3, 15. ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν καὶ λόγον καὶ ἔθος. Epictet. Diss. 2, 9, 13. Διὰ τοῦτο

παραγγέλλουσιν οἱ φιλόσοφοι, μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ μόνῳ μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ μελέτην προσλαμβάνειν, εἶτα ἄσκησιν*). Antisthenes (ap. Orell. II. p. 52. nr. 45) Διδακτὴν ἀπεδείκνυε τὴν ἀρετὴν καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐγενεῖς τοὺς καὶ ἐναρέτους, ἀνύσιμον γὰρ τὴν ἀρετὴν εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν etc. Ceterum similes ad philosophiae partem moralem pertinentes loci tractantur Sat. 2, 6, 73 — 76.

V. 101. *Quid minuat curas.* „*Μείωσις* pro tollat.“ Orell. De *cura* vid. ad 10, 18. — *quid te tibi reddat amicum* non, uti *Lambinus* explicat coll. Sat. 1, 2, 20., „qui sibi faciat bene,“ sed „qui ob vitam bene actam se ipso contentus, sibi ipsi amicus (3, 29) vivit.“ *Gesnerus* comparat Plat. de Rep. 10, 16. p. 621. C. Δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς. Sententiam, *quis ipse sibi inimicus sit*, explicat Cicero de Fin. 5, 10, 28 sq. In alteram partem Seneca de Tranq. an. 2. *Unus affectus vitii, sibi displicere.* — *Quid pure tranquillet*, i. e. „quid sincera perfectaque tranquillitate animum perfundat.“ Lucret. 8, 39. *voluptatem puram liquidamque relinquit.* Cic. Tusc. 5, 6, 16. *Ut maris igitur tranquillitas intelligitur nulla ne minima quidem aura fluctus commovente: sic animi quietus et placatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moveri queat.* Conf. Goerenz. et Otto ad Cic. de Fin. 1, 14, 46 sqq. 1, 18, 57 sqq. Plutarch. de Anim. Tranq. VII. p. 864. et Senec. l. l. *Ergo quaerimus, quomodo animus semper aequalis, secundoque cursu eat propitiusque sibi sit, et sua laetus aspiciat, et hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat, nec attollens se unquam nec deprimens. Id tranquillitas erit.* Cic. Tusc. 4, 5, 10. *In (parte) participe rationis ponunt tranquillitatem, id est*

---

*) Plures alios locos hanc rem tangentes laudant *Schmid.* ad h. l. *Mitsch.* ad Od. 4, 4, 33. *Ruhnk.* Opp. III. p. 240 sqq. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 79. p. 139. *Bornemann* ad Xenoph. Conviv. 2, 6. p. 67. *Goerens.* ad Cic. Academ. 1, 5, 20. *Beier.* ad Cic. Offic. 1, 18, 60. *Moeb.* ad Cic. pr. Arch. 7, 15. *Seyff.* ad Cic. Lael. 2, 6. p. 31. *Mercer.* ad Non. p. 640. ap. Oehl. ad Varr. Menipp. 92. p. 231. *Ackermann:* „Das Christliche im Plato“ p. 65. *Lachmann* in Progr. Zittav. 1830. „Quaeritur, qua mente Plato negaverit, virtutem esse docendam.“ *C. Fr. Hermann.* in „Disput. de Platonis Menone“ in Seeb. et Jahn. „Archiv f. Philol. u. Paedagogik“ 1840. VI. 1. p. 51 sqq. et in „Vindic. Brutinar. Epimetro.“ Gotting. 1845. p. 32. *Stallbaum* in „Vindic. loci cujusd. legum Platonic.“ Lips. 1844. p. 19 sqq. et in Praefat. ad Plat. Protag. p. 3.

placidam quietamque constantiam. Juv. 10, 364. In seqq. tria dubitanter ponit, quibus quis ad illam pervenire queat. Hominibus enim omnia ad honores et gloriam (6, 49) referentibus quasi opponuntur et homines negotiosi, qui ut mercatores illi (1, 45) *lucra* sectantur (12, 14. Od. 4, 12, 25. Sat. 2, 5, 82. *dulce lucellum* apud Phaedr. 3, prol. 26.) et otiosi, qui procul ab omni rei publicae procuratione vel divitiarum studio principumque aulis vitam degunt, quod est *secretum iter et fallentis semita**) *vitae.* Ceterum *Dacerius* Lollio patre hic ut solet intellecto ita disputat: „Ce n'est pas le dessein d'Horace de dégouter Lollius de son Emploi, et de le porter à quitter la Cour pour aller vivre dans la retraite: cela seroit imprudent, mal-honnête et contraire même à ses sentimens. Son but est de lui faire concevoir que si le veritable bonheur ne se trouve que dans la retraite, il ne doit avoir d'autre but dans son Emploi; et par là il lui veut faire adroitement entendre qu'il doit moderer son ambition et son avarice, puisque dans une vie retirée les richesses et les honneurs sont plutôt un fardeau incommode, qu'un secours dont on ait besoin.“ At Poeta nil aliud, nisi viam vult monstrare, qua Lollius suo contentus vita beata frui queat, ut non opus sit, Horatium, quod quidem *Baxterus* sensit, sensim in Epicureismum delabentem videre. Jam haec ipsa res eum admonet, suam ipsius rationem sentiendi tanquam utile exemplum proponere.

V. 104 — 106. *Me quoties — precari? Me reficit*, i. e. animum et corpus recreat, vel, ut ait Schol. Cruq.: „quoties in meo agro sum Sabino.“ Cic. pr. Sest. 69, 147. *potestis me reficere et renovare rem publicam.* Alii frigidum aquae potum (Burm. ad Nemesian. Cyneg. 217.), alii aquam medicatam intelligunt. De *Digentia* rivo diximus ad 16, 12 — 14. — V. 105. *Quem Mandela bibit*, non tam, ut multi interpretantur, „qui rivus Mandelae potum praebet,“ quam poetarum more „quae (Mandela) ad Digentiam sita est**).“

---

*) De usu *itineris* et *semitae* vid. Burm. ad Phaedr. 3, prol. 38. Doederl. Syn. IV. p. 66. et de *fallente vita*, i. e. obscura, latente ann. ad 17, 10. 16, 61. Lamb. ad Od. 1, 10, 11. 12. Heind. ad Sat. 2, 2, 12. Drak. ad Sil. Ital. 17, 560. et ad Liv. 41, 2, 2. Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 2, 33. Gossrav. ad Virg. Aen. 7, 350. Doederl. ad Tac. Ann. 11, 12. et de ipsa sententia C. Passov. N. 103.

**) *Voss:* „Wann mich labet ein Trunk aus dem kühlen Digentiabächlein, Welches Mandela sich schöpft, die von Bergfrost schaudernde Dorfschaft.“ *Günther:* „Wenn mich die labende Fluth des Baches Digentia kühlet,

Dictionis exempla suppeditant *Schmid.* ad h. l. *Orell.* et *Dillenburg.* ad Od. 2, 20, 20. *Heins.* ad Ovid. Her. 7, 145. coll. *Burm.* ad Nemesian. Cyneg. 67. et *Unger.* Paradox. Theb. 2, 6. p. 214. Quodsi *Porphyrion* et *Britannicus* in vv. *bibit — pagus* „tropum, μετωνυμίαν" vident, ut sit: „pagani bibunt," dicendum potius, nisi ea, quam supra posuimus, valeret interpretatio, *Mandelae* nomen pro nomine incolarum positum videri, quemadmodum terrarum nomina pro populorum nominibus ponantur. De hac consuetudine vid. *Forbig.* ad Virg. Ecl. 1, 63. *Fabr.* ad Liv. 21, 1, 5. 23, 17, 7. *Seyffert.* ad Cic. Lael. 16, 58. p. 367. Argutantur in vv. *rugosus frigore pagus*, quem *Bothius* „tractum totum, fundum Horatianum" parum accurate dicit. *Mandela* enim pagus in colle sita ventis frigoribusque magis quam Horatiana villa exposita erat; conf. *Wiesemann.* ad Sat. 2, 3, 10. Qui accuratius definiunt, aut uti Porphyrion „pagum algidum frigore et rugosa facientem hominum corpora," aut uti *Rodellius* „pagum rugis non raro sectum propter gelu terras astringens" intelligunt coll. Od. 2, 9, 1. 2. Vid. etiam *Palmer.* Spicil. II. in Gruter. Lamp. crit. IV. p. 805. De *Mandela**) in

---

Welcher Mandela bespült, — das Dörfchen in rauher Gebirgsluft." — *J. Merkel:* „Wann mit erfrischendem Trunk mich Digentia labet, der Waldbach, den Mandela sich schöpft, das von Froste geunzelte Dörflein."

*) *Walckenaer* (Histoire I. p. 412.): „Le village de *Bardella*, près duquel on voit les ruines de Mandella, et d'où il a tiré son nom, n'était en 1834 habité que par 122 individus; mais en y comprenant *Cantaluppo*, qui est tout auprès, sur la colline, on a une population de 691 individus. A Bardella, en dirigeant ses regards vers l'ouest, on jouit d'une vue magnifique des deux vallées de l'Anio et de Licenza et du couvent de San-Cosimato. Cette situation était trop avantageuse pour les plaisirs des yeux et les besoins de la guerre pour qu'elle ait pu être négligée par les Romains. Bardella ou *Mandella* antique est à 4 milles $\frac{3}{4}$ romains, ou environ une lieue commune de France, à l'ouest de Licenza, l'antique Ustica." Laudat *Gell's* Topography of Rome and its vicinity I. p. 206., cui Düntzer addit *Müllers* „Campagna" I. p. 288., *Guattani* monumenti Sabini III, 15. Audiatur *Byron* quoque in „Poesien." 12. Bändch. Uibersetzt von J. L. Witthaus p. 146. „Am Ende des Thals (Valle Rustica) nach dem Anio zu steht ein kahler, mit einer kleinen Stadt, *Bardela*, bekränzter Hügel. Am Fusse desselben fliesst das Bächlein *Licenza*, das von einem grossen Sandbette beinahe eingesogen wird, ehe es den Anio erreicht. Nichts kann glücklicher mit den Zeilen des Dichters zusammentreffen: *Me quoties — pagus.* Der Fluss ist hoch in dem Thale klar; aber, ehe er noch die Hügel von *Bardela* erreicht, sieht er wie ein Schwefelbach grün und gelb aus."

introita vallis Sabinae sita, ubi hodie *Bardella* est, dixerunt *Capmartin de Chaupy* (Découverte etc. I. p. 341. III. p. 7. 247 sqq.), *Gerard. Heerkens* (Notabilium lib. II. p. 30 sq.), *Domenico de Sanctis* (Dissertazione sopra villa di Orazio Flacco etc. Rom. 1768 p. 34 sq.), *Westphal* („Röm. Campagne" p. 115) et ii, quos praeterea laudavi in Excurs. A et B ad 16, 2 — 7. — V. 106. *Quid sentire putas?* Si dubitant, utrum *sentire* „cogitare an potius judicare vel existimare" sit, comparabis C. S. 73. (ib. Orell.) *Haec Jovem sentire; precari* autem nihil nisi, *εὔχεσθαι*, in votis habere" significat*). *Lambinus* haud incommode confert Graecorum formulas „*εὐχῆς ἄξια* et *εὐχαῖς ὅμοια*, de quibus vid. *Stallbaum.* ad Plat. de Rep. 5, 2. p. 335. De Pronomine *me* ante Infinitivum omisso conf. ann. ad 2, 10. et 9, 5. Ellendt. ad Cic. de Or. 3, 5, 18. et Ramsh. Gr. lat. § 168. N. 10.

V. 107 sqq. Similes Horatii preces habes Od. 1, 31, 17 sqq., quibuscum confer Mart. 1, 56, 1. *Vota tui breviter si vis cognoscere Marci — — — Hoc petit: esse sui, nec magni ruris arator; Sordidaque in parvis otia rebus amat. — Sit mihi quod nunc est* non est, ut ait Schol. Cruq., „satis sit quod habeo," sed „sit mihi proprium vel permaneat *τὸ παρόν*. Similiter Od. 3, 29, 32. *Quod adest, memento Componere aequus.* Sat. 2, 6, 13. *si quod adest, gratum juvat.* In verba *etiam minus* conveniunt quae dicit ibid. v. 35 sq. *Auctius atque Di melius fecere. Bene est: nihil amplius oro* etc. De hoc animo paucis contento vid. ann. ad 10, 44 — 46. coll. *Dillenb.* Vit. Hor. p. 14. N. 47. et de Horatii pietate *Weber.* p. 220 sqq. Praesenti autem rerum conditioni annectitur optio, [non potentiorum, sed] „suo sibi arbitratu vivendi (Epod. 2, 7. 8.) reliquum vitae tempus." De illa notione Horatio aliisque sollemni conf. locos ad 10, 32. et 14, 1. laudatos una cum Ruhnk. ad Terent. Ad. 5, 4, 11. et Beier. ad Cic. Lael. 23, 3. p. 134. Sic Anth. lat. 3, 69, 7. (Burm.) *Vivere doctus uni tibi.* Mart. 5, 20, 11. *Nunc vivit sibi neuter, heu bonosque Soles effugere atque abire sentit, Qui nobis pereunt et imputantur.* Werusd. P. L. min. VI. p. 203. *Pars ego sim plebis, nullo conspectus honore,*

---

*) *Vossius:* „Was wohl glaubst du, o Freund, das ich fühl', und bete mit Andacht?" *C. Passov.:* „Sag, was fühlen wir wohl? was denkest du, Freund, mir erbitt ich?" *J. Merkel:* „Was wohl glaubest du, Freund, dass ich dann fühle und wünsche." Malo equidem: „wolle und wünsche."

Dum vivam dominus temporis ipse mei. Senec. de Brev. vit. 5. *Augustus hoc* [otio] *labores suos etiamsi falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se victurum sibi.* Praeivit Eurip. Ion. 658. *Ἓα δ' ἐμαυτῷ ζῆν· ἴση γὰρ ἡ χάρις, Μεγάλοισι χαίρειν, σμικρά θ' ἡδέως ἔχειν.* Eleganter Senec. Thyest. 391 sqq. *Stet, quicumque volet, potens Aulae culmine lubrico: Me dulcis saturet quies; Obscuro positus loco, Leni perfruar otio; nullis nota Quiritibus Aetas per tacitum fluat.* De notione: *Quod superest aevi,* conf. Mitsch. ad Od. 4, 7, 17. et Loers. ad Ovid. Trist. 5, 1, 23. De sententia *Pflugradti* (Diss. de philos. Horat. Stoic. p. XXXXVIII.) Poeta his*) versibus *αὐταρκείαν* Stoicam feliciter ut 12, 5 sqq. et alias expressit. Sit hujus opinionis fides penes ejus auctorem!

V. 109 — 10. *Sit sane librorum — Copia.* De desiderio librorum vid. Sat. 2, 6, 61. coll. 2, 3, 11. 12. Catull. 68, 33. Neque inepte *Campenon:* „Voila le voeu d'un poète: il commence par ses livres." — *provisae frugis in annum Copia. Campenon*: „Horace ne souhaitait ni les honneurs, ni les richesses; mais il craignait le besoin. *Pauperies immunda* (2, 2, 199) dit — il." Recte enim, unius anni proventum sibi superesse vult, ut, si spem mentita sit seges proximi anni, habeat, unde vitam sustentet. Ita quidem ex consuetudine formulae *in annum*, de qua vide ad 11, 23. Alii aliter **), sed recte sentit *Weber* in libro: *Qu. Hor. Flacc.* etc. p. 165. Similiter praecipit Epicurus apud Diog. Laert. 10, 120. *τὸν σοφὸν κτήσεως προνοήσεσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος.* De dictione *prov. frugis Schmidius* confert Plin. H. N. 8, 38. *in hiemes aliis provi-*

---

*) Recte *Orellius* sententiam scriptura *ut mihi* obscurari dicit sive explices „*ἵνα*," sive ut Porphyrio: „dummodo mihi vivam," sive cum Stephano (coll. ejusd. Schediasm. 1, 11. apud Gruter. V. p. 23) „ea conditione, ut," contra *et mihi vivam* esse idem ac si dixisset: „et hoc bene utens mihi vivam." Rectissime idem cum aliis v. *vivam* pro Optativo, non Futuro habet, aliter sentientibus *Handio* ad Tursell. II. p. 485. et *Loersio* ad Ovid. Trist. 4, 3, 83. De Genitivo *aevi* rarius cum Pronomine *quod* juncto dixit *Zumptius* ad Cic. de Offic. 1, 6, 5.

**) *Düntzero* (p. 514.) facile assentirem, nisi disjungenda conjungeret: „Deshalb wünscht er also Vorrath für ein Jahr, um nicht wegen seines Auskommens besorgt sein zu müssen; (*dub. hor.*) er will nur für ein Jahr haben, da das folgende ihm wieder neue Frucht bringen soll. Sat. 1, 1, 45 sqq. Pers. 6, 26." Negat idem *Orellio* adversans quatuor illa optata, quum haec omnia uno voto contineantur. Sit sane; at Poeta ipsis verbis quatuor partes distinguit.

sum pabulum. Caes. B. G. 4, 29. *frumentum — in hiemem provisum non erat.* Liv. 6, 6, 14. *frumentum provideat.* — V. 110. *neu fluitem — horae.* Quartum optat, „ut ne inter spem metumque futuri temporis, quod prospici nequeat, fluctuet.“ *Dubia* igitur *hora* (Sat. 2, 2, 77)*), propterea quod incertum est, ipsane quum veniat (Od. 4, 7, 17. Epist. 1, 4, 14), tum quid rei afferat. Hinc illa apud Horatium vox: Od. 2, 16, 25. *quod ultra est, Oderit curare;* Od. 3, 29, 30. *Ridetque (deus), si mortalis ultra Fas trepidat.* Od. 1, 9, 13. (ib. Mitscherl.) *Quid sit futurum cras, fuge quaerere.* Od. 3, 8, 27. *Dona praesentis cape laetus horae et Linque severa.* Senec. Epist. 101. *Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere.* Lucret. 3, 1098. Hinc illud de rerum incertitudine proverbium: *Nescio, quid vesper serus vehat,* de quo vide Oehl. ad Varr. Sat. Menipp. 60. p. 170. et Forbig. ad Virg. Ge. 1, 461. Drak. ad Liv. 45, 8, 6. Nimium aut parum alii cum *Ruhnkenio* ad Vellej. Paterc. 2, 18. „fortunam in horas variantem,“ alii *Torrentio* „mortis horam, cujus spe sive metu angi nolit,“ intelligunt. Mire *Britannicus:* „Ne eo miseriae perveniam, ut mihi exspectandum sit tempus coenandi apud alium sub incerta spe.“ Sic et reliquorum verborum sententiam modo dilatant, modo coartant, quum uti *Bentlejus* „neu pavor et rerum mediocriter utilium spes vexet me agitetque,“ vel uti *Orellius* „tranquillitatem et vires animi, ne unquam inter spes ac timores ceterasque mentis perturbationes et rei domesticae curas anxius atque incertus animi pendeat,“ vel uti *Dillenburgerus* „iniquam animi conditionem, qua homo modo huc modo illuc trahatur“ significari opinantur. Qui scripturae *ne* patrocinantur, haec verba aut ad *provisae frugis* copiam cum *Düntzero,* aut ad rem utramque et *librorum* et *prov. frug. copiam* cum *Bachio* **) referant necesse est, quod

*) *Düntzer* cavet, ne *dubia hora* cum *fallaci* (Virg. Catal. 12, 10) confundatur, *dubiam* enim vocari, quatenus non provisa sit; cum Orellio facit *J. Merkel:* „Mög' ich in Angst nie schweben und fürchten die wechselnde Stunde.“

**) Quodsi *Bachius* l. l. p. 1044. dicit: „Man sieht leicht, dass der Gedanke in *neu — horae* als besonderer Wunsch ausgesprochen zu wenig Bedeutung und Gehalt hat, um als solcher neben *Sit bona — Copia* zu stehen; dass er hingegen als Rechtfertigung und Begründung bedeutsam an den vorhergehenden Wunsch sich anschliesst, aliter sentiet Vir doctissimus, si quam vim in animis illorum hominum cura futurorum habuerit quamque levare et tollere studuerint Epicurei (Heyn. ad Virg. Ge. 2, 490 sq.), secum reputabit.

quam sit jejunum judicent utroque meliores. Ceterum ut *aethere pendens* Ovid. Met. 2, 726. de volatu pari, non agitato, ita translate *spe pendulus* de eo, qui inter spem metumque dubius haeret, dicitur. Lucret. 6, 51. *pavidis quom pendent mentibu' saepe.* Cic. Tusc. 1, 40, 96. (ib. Klotz.) *Quodsi exspectando et desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur.* Liv. 7, 10, 9. (ib. Drak.) *tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus.* Ad verbum *fluitem* conf. Sat. 2, 3, 269. *coeca fluitantia sorte.* Lucret. 3, 1065. *animo incerto fluitans.* Tacit. Hist. 2, 93. *creditur Caecinae fides fluitasse.* Hieronym. Epist. 52. *jugi susurro inter spem et metum fluctuamus.* Similiter *nutare* Sat. 2, 7, 7.

V. 111 — 112. *Sed satis est — parabo.* Jam Poeta, quum rerum intra nos positarum modo mentionem fecisset, optatum ita restringit*): „Sed satis est Jovem quae ejus sunt dona ut vitam, ut opes orare, quae in nostra potestate sunt posita i. e. animum

---

Quid, quod illa ipsa sententia, quam non crastinus dies cum sollicitudine exspectandus sit, ex penu philosophiae Horatianae deprompta est. Vid. ann. ad 4, 14. *Mitsch.* et *Orell.* ad Epod. 13, 4. Od. 3, 29, 41. coll. *Düntser.* ad Od. 1, 9. p. 172 sq. Ceterum *spe pendulus*, ad quam formulam faciunt observata a Rupert. ad Liv. 2, 32, 5. Cort. ad Lucan. 4, 47. Kühner. ad Cic. Tusc. 4, 16, 35. Gesn. ad Claud. de Laud. Stilich. 2, 399. Hildebr. ad Apul. Met. 5, 6. p. 325., et *fluitare* (proprie Varr. Sat. Menipp. 2, 3.) attingunt Graecorum μετέωρα μετεωρίζεσθαι, de quibus confer Dorv. ad Charit. 3, 9. et Kuinoel, ad Evang. Luc. 12, 29. Sic Oppian. Halieut. 4, 200. μετήορον ἦτορ ἔχειν dicit.

*) *Sed* hic restringentis et quasi sese corrigentis esse, bene sensit *Torrentius*, optime enodavit *Bentlejus*, ad verba *neu fluitem* respicientes utpote quae *bona interna* significent. Hinc non audiendus est *Xylander*, cui *sed* quasi correctio longae seriei optandorum est, ut sententia sit: „Quid multis opus est? vitam et opes peto.“ Neque assentior *Backio*, quum dicit: „Aber abgesehen von allen seinen bisherigen Wünschen, genügt dem Dichter nur um das zu bitten, was dieser gewählt, Leben und Mittel dazu. Horaz bedient sich des absondernden *sed*, um das gegensätzliche *aequum — parabo* mit mehr Nachdruck folgen zu lassen. Zu der Fülle des Ausdrucks in *ne fluitem* vergleichen wir Lucret. 3, 1065. *atque animo incerto fluitans errore vagaris.*“ Neque aeu tetigisse locum *Düntzeri* explicatio videtur, quum explicat: „Aber damit ist es auch genug, dass man zu Jupiter, der Alles verleihet und wegnimmt, fleht“ etc. Eundem vituperat *Orellius*, propterea quod revocato Pronomine *qui* verbo *orandi* objectum subtraxerit coll. Od. 1, 31, 2. 16, 1. C. S. 49. At habet ille, quo suam opinionem tueatur in *Addend.* p. 308., quum verba: *det — opes* pro objecto haberi possint. Scripturam *Haec satis est* non male ii finxerunt, qui *ne fluitem* sibi vidisse visi sunt.

aequum mihi ipse parabo.“ Sententia ipsa ex placitis philosophorum imprimis Stoicorum est. Ita Juv. 10, 364. (ib. Rupert.) *Monstro, quid ipse tibi possis dare. Semita certe Tranquillae per virtutem patet unica vitae.* Ovid. ex Pont. 2, 1, 53. *Di tibi dent annos! a te nam cetera sumes* etc. Cic. N. D. 3, 36, 86. *Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, externas commoditates — — omnem denique commoditatem prosperitatemque vitae a diis se habere; virtutem autem nemo unquam acceptam deo retulit* coll. § 88. Senec. Epist. 27. *Nullum bonum est, nisi quod animus ex se sibi invenit.* Id. 41. *perseveras ire ad bonam mentem, quam stultum est optare, quum possis a te impetrare.* Id. 80. *Tibi deo opertet istud bonum (libertatis): a te petas.* Id. 98. *Valentior enim omni fortuna animus est: in utramque partem ipse res suas ducit beataeque et miserae vitae causa est.* Isocrat. ad Demonic. p. 18. Wlf. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν εὐβουλίαν. Epictet. Diss. 4, 10, 30. ἀρκεῖ μοι ἂν ἔχω ἐξουσίαν. Id. 1, 29, 4. Τοῦτον τὸν νόμον ὁ θεὸς τέθεικε καὶ φησίν· Εἴ τι ἀγαθὸν θέλεις, παρὰ σεαυτοῦ λάβε. Id. 2, 5, 4. 5. et 2, 19, 32. Id. Enchirid. Fragm. 19. p. 17. et 169. p. 30. ed. Dübn.*). Similia suppeditant Gatak. ad M. Antonin. 2, 11. p. 48. 9, 40. p. 283. *Cludius* ad „Cleanth. Gesang auf den höchsten Gott“ 23. p. 45. coll. A. Gell. 1, 6. *Gronov.* ad Liv. 5, 26, 10. *Cort.* ad Sall. Jug. 1, 3. *Kühner.* ad Cic. Tusc. 5, 1, 2. Seyff. ad Cic. Lael. 2, 7. p. 33. *Mitscherl.* l. supra l. p. 6. et ad Od. 3, 29, 53 sqq. Qui in verbis seqq. *ponit.* legunt, cum *Bentlejo* aut comparant Od. 1, 34, 35. 36., aut imaginem de dapibus (ut *N. Heinsius* ad Ovid. A. A. 1, 231.) repetitam, aut (ut *Schmidius*, qui de

---

*) Sententiam illam multarum virtutum efficientem, quas in antiquis hominibus admiramur, *Muretus* cum compluribus aliis impietatis ac stultitiae plenam dicit ad Senec. Epist. 41. Opp. III. p. 46., a quo non multum abhorret von *Lassaulx* („Ueber die Gebete der Griechen und Römer.“ Würzburg. 1842. p. 7.): „Ein stoischer Heuchler oder ein Epicureischer Dichter (mit Hamann zu reden) mochte allerdings beten: satis est — — parabo; aber die allgemeine Gesinnung der Heiden war dies nimmermehr;“ sed verear, ut quae illi homines de ea re senserint, nostra metienda sint mente. Sobrie, ut assolet, de talibus judicat *Friedemannus* in libro bonae frugis plenissimo: „Deutsche Schulreden“ p. 230. Neque prorsus dissimilia sunt quae legantur apud Schillerum nostrum: „Sein Herz erglüht für eine Tugend, Die stolz und sicher und sich selbst genug Von keinem Glauben betteln will.“

hoc loco doctissime disputat) a re fenebri (Epod. 2, 70) ductam volunt. Sed utramque, sive consuetudinem sermonis sive ipsam rem spectes, claudicare et verum mihi demonstrasse *Mitscherlichius* videtur. Acquiescamus igitur in Jove largitore, non in feneratore bonorum. Illud probant Od. 3, 8, 27. 4, 9, 48. Epist. 1, 12, 2. coll. 11, 22. 2, 2, 152. Senec. de Benef. 4, 4 — 7. et loci, quos de beneficientia deorum*) secundum Stoicos laudat *Baier.* ad Cic. de Offic. 2, 3, 11. p. 25. coll. Ruhnk. ad Hymn. in Cerer. 147. Menandr. Adulat. 2. p. 29. Dübn. Mart. 1, 104, 1 — 4. Max. Tyr. Diss. XI, 8. Hinc et precantium formula: *da, dii dent*, de qua conf. Brisson. de Formul. 1, 123. Sollemne autem in tali re *auferendi* verbum. Senec. Epist. 8. *Dari bonum quod potuit, auferri potest.* Id. de Tranq. an. 11. *Recipe animum meliorem quam dedisti. Non tergiversor nec refugio. Paratum habes a volente, quod non sentienti dedisti: aufer.* Id. de Vit. beat. 22. *Mihi divitiae si effluxerint, nihil auferent, nisi semetipsas.* Id. Epist. 68. *Desine beneficium naturae male interpretari; abstulit, sed dedit.* M. Antonin. 10, 14. (ib. Gatak. p. 300.) Τῇ πάντα διδούσῃ καὶ ἀπολαμβανούσῃ φύσει ὁ κατανενυκὼς καὶ αἰδήμων λέγει· Δός, ὦ φίλτε, ἀπόλαβε, ὦ φίλτε. Epictet. Diss. 4, 10, 16. Quod hic Jovi, Fortunae tribuitur apud Senec. Med. 176. *Fortuna opes auferre, non animum potest.* Sic alias *dando eripere* opponitur locis a *Cortio* ad Sall. Jug. 1, 3. laudatis.

V. 112. *Det vitam, det opes.* Utriusque rei imprimis vitae auctor Jupiter habetur. Ita Chrysippus apud Stob. Eclog. I, 26. p. 48. Heer. Ζεὺς μὲν οὖν φαίνεται ὀνομάσθαι, ἀπὸ τοῦ δεδωκέναι τὸ ζῆν. Plat. Cratyl. 14. (p. 396 A.) οὐ γὰρ ἔστιν [Ζεὺς]

---

*) De sententia, homines bona a diis mutua accepisse, nemo erit qui dubitet, si cantulerit Cic. Tusc. 1, 39, 93. 3, 17, 36. Albinovan. Consol. ad Liv. Aug. 369 sq. Senec. Consol. ad Marc. 10. ad Polyb. 29. de Vit. beat. 21. et Epist. 120. 74. Plutarch. Consol. ad Apollon. VI. p. 405. 441. Bion ap. Orell. (Graec. sentent. II. p. 176. N. 7.) coll. *Sakmid.* in Addend. II. p. 305. et *Fischlamp* ad Od. 1, 24, 11. Sed dubitare licet, num *ponere* quum sic absolute, tam de pecunia sine fenore data dicatur, qua quidem re comparata Jupiter fenerator existat necesse est. Maximam igitur partem retracto quae scripsi in Zimmerm. „Schulzeitung" 1832. II. p. 510. Recte autem uteris locis ut Senec. de Benef. 4, 3. *Illud non est beneficium, sed fenus: circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quaestuosissime habeas, unde facillime tollas.* Ibid. 1, 1. et Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 18, 26, 9.

ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅστις ἐστὶν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν, ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. Aristot. de Mund. 7. καλοῦσι δὲ αὐτὸν Ζῆνα καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν, δι' ὃν ζῶμεν. Stob. Eclog. 1, 18, 5. p. 34. Ζεὺς ἐσθ' ὁ πέμπων τὴν ἐφήμερον τροφήν. Cornut. de Nat. Deor. 2. αὕτη (ἡ ψυχὴ τοῦ κόσμου) καλεῖται Ζεὺς πρώτως καὶ διὰ παντὸς ζῶσα καὶ αἰτία οὖσα τοῖς ζῶσι τοῦ ζῆν. Arius Didymus apud Euseb. Praep. evang. XV, 15. (IV. p. 60. Gaisf.) Ζεὺς λέγεται ὁ κόσμος, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν αἴτιος ἡμῖν ἐστι. Hom. Od. 6, 188. Epictet. Diss. 3, 11, 5. 6. Max. Tyr. Diss. 6, 1. Plaut. Poen. 5, 4, 14. Pers. 2, 3, 2. Juv. 10, 188. Cic. pr. Rosc. Am. 45, 131 *). Orell. Inscr. 2140 — 41. coll. Gatak. ad M. Antonin. 4, 23. Clud. ad Cleanth. Hymn. in Jov. p. 15 sq. Röther. ad Jo. Lyd. de Mensib. 4, 48. Creuz. et Mos. ad Cic. de N. D. 1, 15. p. 70. Weber. l. l. p. 218. Ad votum *det opes* conf. praeter locos v. 111. laudatos *Mitscherl.* ad Od. 1, 28, 29. interpp. ad Cic. N. D. 3, 36, 87. Fin. 3, 20, 66. Expressit Malch. Ecbas. captiv. 822. *Det vitam, det opes, somnos pastusque salubres* et in sententiam Senec. Vit. beat. 21. *Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus putat. Non amat divitias, sed mavult.* Quod si *Bentlejus* verba *aeq. mi anim. ipse parabo* ad illud solum optatum „ut ne dubius fluitem“ retulit, errasse censendus est. Poeta enim his ipsis id egit, ut totum, non partem indicaret, quum animum, qui, quicquid accidisset, *Jovis muneribus sapienter uteretur* (Od. 4, 9, 48), eumque praesentibus contentum neque futura metuentem intelligeret. *Schmidius* illud *Nil admirari* 6, 1. comparat. Sententiam Poetae paene expressit philosophus Senec. de Benefic. 7, 1. *Si animus fortuita contempsit, si se supra metum posuit nec avida spe infinita complectitur, sed didicit a se petere divitias.* De *animo aequo*, quem 10, 44. *laetum sua sorte viventem* (vid. annot. ib. p. 83) vocat, vid. annot. ad 11, 29. 30. et *Mitscherl.* ad Od. 2, 3, 1 — 4. Qui *animum mihi* etc. legi malunt, eos magna scripturae difficultate laborare ajo, quanquam cum *Orellio* non dixerim, fore ut verba illa „confidentiam, Muth, courage“ huic loco impingant. Scriptores enim antiqui quod consentaneum est saepe ex orationis colore concludi voluerunt, ut Sat. 1, 4, 120. et Liv. 37, 45, 11. *Romani ex iis, quae in*

*) Inde explicabis Cic. post Redit. in senat. 4. *P. Lentulus parens ac deus nostrae vitae, fortunae* etc.

deum immortalium potestate erant, ea habemus, quae Dii dederunt. Animos, qui nostrae mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimusque etc. Conf. Fabr. ad Liv. 22, 29, 9. *Sanadonus* interpretatur „des avantages d'esprit," *Vossius* „Mein Herz mir selber bereit ich." Contra *J. Merkel* ex vulg. scriptura: „Schenk' er Leben und Güter! den Gleichmuth schaff' ich mir selber."

A.

Excurs. ad v. 91.

Ferdinandus Hauthalius, V. Cl., de critica supellectile hujus versus a me rogatus mihi rescripsit haecce:

„Der Vers 91 von Horat. epist. I, 18 scheint nicht über die Mitte des 10. Jahrhunderts hinaus in den Manuss. vorzukommen. Zwar fehlt der ganze Brief in mehrern der ältesten Codd., die nur Fragmente enthalten, z. B. in dem ehrwürdigen Berner Quartcodex n. 363 aus dem 8. Jahrh., und in dem von *Obbarius* zu epist. I, 5 p. 243 richtig erkannten *Graevianischen* des Britt. Mus. (Codex. Harl. 2725 aus dem 10. Jahrh.), der leider die Briefe nur bis I, 8, 7 und von II, 2, 20 bis zu Ende hat; aber unter den fast um ein Jahrh. älteren Handschriften, in welchen wenigstens die Briefe vollständig enthalten sind, fehlt dieser Vers z. B. in dem ältesten Horazcodex Englands (Cod. Harl. 2688), in dem ältesten Italiens (Cod. Ambros. O. 136 sup.), in den zwei ältesten Frankreichs (Codd. Regg. E, 3, 7972 und A, 1, 7900 A), so wie auch in dem alten Foliocodex Berns n. 21 und in andern.

Einen augenfälligen Beweis zu der obigen Annahme, dass dieser Vers erst nach der Mitte des 10. Jahrh. in die Texte des Dichters gekommen sei, liefert die Vergleichung der drei in Text und Scholien wesentlich mit einander übereinstimmenden Pariser Handschriften B, 2, 7971; Φ, 6, 7974 und P, 14, 8214, von welchen nur die erste ihn bietet, und zwar von der Hand des Glossators an den Rand geschrieben.

Viele Handschriften der spätern Jahrhunderte, besonders des zwölften, von den englischen z. B. Cod. Harl. 3534 und andere des

Britt. Mus. wie Cod. bibl. reg. Sti. Jacobi „15. B. VII. P. 240," welcher nicht der von Mitscherlich I. p. XXI genannte Jacobaeus no. 8621 ist, Cod. Ambros. O, 126 u. a. haben ihn rein, oder von der ersten Hand dem Rande beigeschrieben, wie Cod. Harl. 2724, oder von der zweiten, wie die Codd. Regg. Pariss. H, 8, 7976 und J, 9, 7977, Cod. Ambros. R, 51 u. s. w. Die Handschriften der spätern Jahrhunderte, so wie die alten Drucke hingen theils von ihren Quellen, theils von ihren Correctoren ab und so ist's gekommen, dass, während jene den 91 Vers entweder ausgelassen oder rein oder beigeschrieben darbieten, diese dagegen denselben als einen Venusischen Gewinn festgehalten haben."

Sic quidem ille; at ego crediderim, versum in antiquissimo quodam codice casu omissum in ceteris ejusdem familiae pariter excidere oportuisse.

B.

Excursus ad v. 91,

ab *H. Ed. Fossio*, V. Cl., cum editore communicatus.

„Quamvis magnis ingeniis probetur lectio

Potores porrecta negantem pocula,

et quantumvis blandiatur primum intuenti, quum exempla duo simplicissime expressa antecedant haec:

Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi,
Sedatum celeres, agilem navumque remissi,

nullo tamen modo persuadere mihi possum, veram illam esse, quum neque satis gravibus argumentis e re ipsa petitis firmari possit neque codicum nitatur auctoritate. Nam, ut a codicibus exordiar, in nonnullis quidem et bonis libris, quos apud Orellium videre licet, versus 91 deest; at quid, quaeso, inde colligitur? nihil profecto, nisi librarium aliquem in describendo oscitasse. Nam quum omisso versu 91 reliqua verba subiecto eamque ob causam sententiâ plane careant, manifestum est, subesse errorem. Jam simplicissima res est, si statuimus, in uno aliquando codice librarii negligentiâ versum 91 intercidisse ex eoque codice illos fluxisse, in quibus nunc ille deest, praesertim quum omnes libri nunc quidem noti atque etiam Por-

phyrion et comm. Cruq. *oderunt porrecta* praebeant. Contra quanto artificio, quantis quasi machinis quibusdam Orellius utitur, ut ostendat, quomodo vulgaris lectio ex ea, quam vere Horatianam putat, orta sit. „Primum," ait, „παρφδίᾳ hac v. Epp. I, 14, 34. *Quam bibulum liquidi media de nocte Falerni* explicare aliquis volebat *pocturnos vapores.*" At quae tandem haec explicatio? Ego profecto non intelligo, quî fieri potuerit, ut quis, quum haec verba

Potores porrecta negantem pocula cet.

legeret, recordaretur illorum, quum nulla prorsus inter utrumque locum intercedat similitudo neque ulla vox adsit, quae excitare potuerit eorum memoriam. Sed nihil dicerem, si sic iam confecta res esset, quod longe secus est. Statuit enim Orellius, verba *bibuli media de nocte Falerni* inter v. 90 et 92 intrusa, deinde *oderunt* ex v. 89 repetitum esse, in quo sane mirer, quod, qui hoc repetiverunt, *potores* loco suo moverunt neque scripserunt

Oderunt bibuli media de nocte Falerni
Potores porrecta negantem pocula.

Sed ne sic quidem omnia profligata sunt. Nam explicavit quidem Orellius, quomodo vulgaris orta sit lectio, neque vero, quomodo illorum codicum scriptura orta sit, in quibus v. 91 omissus est, ostendit. Itaque criticum aliquem fingit verba male intrusa delevisse, sed, occaecatum scilicet emendandi studio, *potores*, quod retinere debebat, delevisse, contra *oderunt*, quod delere debebat, retinuisse. Credat Judaeus Apella! Ego sic statuo. Si criticus ille Orellianus in emendando usus est codice alio, in quo vera exstabat lectio, non poterat tam turpiter errare, quia habebat codicem; si ingenio solo usus est, primum coniecturam fecit, cui non maior, quam aliis coniecturis, auctoritas tribuenda est; deinde homo tam perspicax et acutus non poterat tam caecus esse, ut non animadverteret, subiectum deesse.

Demonstravi, ut opinor, Postierii et Meinekii coniecturam, Orellio probatam, nulla niti codicum auctoritate, itaque nisi res ipsa apertissime docet et clamet, verba illa eicienda esse, quis dubitet ea retinere? Videamus igitur, quas Orellius rationes afferat. Primum constructionem ambiguam esse dicit, quum genitivus *Falerni* et ex *bibuli* et ex *pocula* nexus esse possit. At quis unquam propter talem constructionis ambiguitatem verba eiecit? et hoc quidem loco non modo aptius multo, sed etiam propter verborum collocationem facilius est *bibuli Falerni*, quam *Falerni pocula* coniungere. Quod vero Orellius post Bentleium *bibuli* ridiculum vocat potorum ἐπίθετον,

id satis iam a Schmidio et Düntzero refutatum est. Aliud est enim *potores bibuli* sine additamento positum, aliud *potores bibuli media de nocte Falerni* h. e. qui media de nocte Falernum bibunt. Ne Orellius quidem ipse huic argumento multum tribuere videtur, quum gravissimum rationis suae argumentum dicat, quod putida omnino videantur vv. *media de nocte et nocturnos vapores* ita sese excipientia. Vellem Orellius verbo docuisset, cur putida sibi videantur, ego certe caussam nullam invenio. Et Düntzerus quidem, Orellium idcirco in illis verbis offendere suspicatur, quod, qui media de nocte bibat, ei nocturni vapores non sint amplius timendi, quum diu post mediam noctem cubitum eat, itaque ipse statuit, Horatium non de nocturna potatione, sed de diurno convivio cogitasse. Mihi secus videtur. Si de diurno convivio Horatius cogitaret, satis otiosum esset additamentum: *bibuli media de nocte Falerni*, deinde potoribus opponeret hominem tam sobrium, ut ne die quidem inter coenam vinum biberet, ergo aquae potorem. Quod mihi non videtur verisimile, quum Lollius sine dubio non is fuerit, cui Horatius opus esse putaret praecipere: ne sis aquae potor. Etenim haec potius Horatii sententia est: si cum potoribus es, qui producto ad mediam noctem convivio Falernum bibunt, ne nega porrecta pocula, quamvis vinum nocte haustum vapores excitaturum tibi et nociturum esse putes. Nam, quamvis hac excusatione usus fueris, tamen illis non placebis. Ita intelligitur, *nocturnos* prorsus necessarium esse, quum haec ipsa vox Lollii excusationem contineat, sunt enim nocturni vapores ii, qui nocte hausto vino excitantur. Diversae enim hominum naturae sunt, aliis vinum die haustum, aliis nocte molestias creat. Neque etiam, id quod Düntzerus significare videtur, necesse est vapores dormienti excitentur, imo vero iam inter bibendum oriuntur et insomnias postea efficiunt: qua de caussa Cicero de senect. c. 13. vinolentiam et cruditatem et insomnias coniungit. Itaque quum *media de nocte* idcirco additum sit, ut nocturna potatio significetur, deinde, quum *nocturnos* eam ob caussam appositum sit, quia Lollius ita se excusare fingitur, ut *nocte* (non *die*) vinum sibi excitare vapores dicat, utrumque et aptissimum et prorsus necessarium est.“

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XIX.

AD MAECENATEM.

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quae scribuntur aquae potoribus. Ut male sanos
Ascripsit Liber Satyris Faunisque poetas,

Ad Mecenatem. Mss. Lips. 2. 3. Mon. f. Rudolst. *Ad Maecenatem, Ad Mecoenatem, Ad Meccenatem.* Solemnis variatio edd. *Ad C. Cilnium Maecenatem.* Edd. Lamb. Cruq. Chab. Fe. al. *Q. Horat. Flaccus Mecoenati S.* Edd. Ven. 477. 79. 81. *Qu. Horatius Fl. ad Mecoenatem.* Britannic. 520. — V. 1. *si credas.* Schol. Cruq. et ms. Guelf. 2. — *Maecenas, Mecen.*, Vid. ad 1, 3. — *Prisco sic credis* etc. Ed. Praedicov. — V. 2. *placere, diu nec viv.* Sic distingui mavult Fabric. — V. 3. *scribentur.* Ms. Or. d. (suprascr. u). — *sanus.* Ms. Ik. 6. — V. 4. *Adscribit* (*ascr.*) Mss. Lamb. vulg. Pulm. 2. 3. 10. Fe. 1, b. q. t. Berol. 1. (*s* suprascr. a 2. m.) Mon. f. Edd. Ald. 501. 9. 19. Junt. 514. 19. Argentor. 515. Bas. 527. 31. R. Steph. 544. Fabr. 555. Min. 584. *Ascripsit* ut Gott. 2. *Asscripsit*, ut Gott. 1. multi mss. et nostr. et aliorum, sic et ed. Fabr. 578. et Bas. 580. — *Bacchus* Ms. Ik. 6. — *Satiris.* Mss. Lips. 1. 2. 3. al. — *Fauneque.* Lips. 3. — *poetas. Vina* etc. Sic disting. edd. Pulm. Bas. 580. Min. Torr. Bentl. (qui def.) Wakef. Haberf. (qui def.) al. Hanc Bentleji distinctionem et particulae *ut* pro „tanquam" explicationem praeter alios J. quoque Clericus improbat, quum post *poetas* commate distinguendum

Vina fere dulces oluerunt mane Camenae.
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda. „Forum putealque Libonis
Mandabo siccis adimam cantare severis:“
Hoc simul edixi, non cessavere poetae
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid, si quis voltu torvo ferus et pede nudo

et *ut* „postquam“ interpretandum dicit. Mire Praedicov.: *at male sanus Adscripsit Libro, Satyris, Faunisque poctas. Vina* etc. Post hunc versum, quem Servius ad Virg. Eclog. 9, 25 laudat, Marcilius poni mavult vv. 10. 11. *Hoc sim. edixit*, eum refutat Bentlejus.

V. 5. *Vini.* Ms. Mon. f. Hunc versum laudat Priscian. IX. p. 375. ed. Bas. 554., uti v. 6. Jo. Saresberiens. N. Cur. 8, 10. p. 574. — *Homerus?* Sic disting. Praedic. — V. 7. *potus nisi* Ms. Corbei. — V. 8. *Prosiliit.* Mss. Lamb. aliq. et Fabr., qui duplicem lectionem in simili loco Virgilii Priscianum observasse dicit. — *pros. dicenda?* Sic dist. Praedic. — Verba *Forum — Severis* lit. majusc. scrib. edd. Val. et Campenon. — V. 9. *certare sev.* Mon. c. *cantare, severus Hoc sim. edixi.* Ed. Praedic. — V. 10. *Haec simul.* Mon. e. — *edixi.* Mss. Lamb. 8, un. a 2. m. Bersm. duo Torr. un. (Laurentian.) Bentl. 6. Val. sept. Comb. B. Bos. un. (i. e. Franeq.) p. 69. Bod. tacet, Fe. 2, a. (a 1. m) c. (a 1. m.) 6, a. (a 1. m.) Pott. 2. 3. 6. Schol. Porphyr. ap. Hocked. Orell. SEc. et pr. b. (sed errat in c. et E.); e nostris Guelf. 3. Dess. 1. Lips. 1. (a 1. m.) Goth. (sed suprascr. t.) Mon. b. (sed t addidit recens manus). Hanc scripturam comprobant Lamb. Torr. Talb. Cost. apud Tarter. p. 344., restituit Bentl., quem sequuntur paucis exceptis recentiores editores; def. Bentl. Sanad. Fe. Schm. Weichert. (Lectt. Venus. p. 88.) alii, *edixti.* Ms. Fe. 6, a. a 2. m. Sic etiam conjecit D. Heinsius, recepit Sivryus. *edixit.* Mss. et edd. vulg. etiam Dac. Baxt. (qui def. improbante Gesnero) Jon. Wetz. (qui def.) Zeun. (qui def.) Jaeck. Charpent. (sed in ann. *edixi* legi jubet), approbat Rosellus ap. Dorigh. — *nec cessav.* Ms. Mon. l. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 99. 502. Cruq. (sed in commentario legitur *non*) Ceterum hic v. in ms. Lips. 2. post v. 11. positus est.

V. 11. *cenare mero.* Ms. Ik. 4. [*cuntare* 5] — *potare.* Fe. 1, q. 6, c. Ed. Ven. 650. teste Fea. *utere.* Ms. Goth. — *Nocturni — diurni.* Ed. Praedic. De versiculi sono Orellius comparat 2, 12. et A. P. 268. Verba autem Jo. Saresber. in Proleg. in Metalog. p. 733. laudat sic: *N. putere m., putere diurno.* — V. 12. *Quod si.* Ms. Bersm. un. Fe. 5, a. (a 2. m.) 6, a. Dess. 1. Mon. f. g. *Quid? si.* Edd. Bentl. Pott. Fea. al. *Quid, si.* Edd. Jahn. Schm. Orell. al.; recte, vid. ad 16, 8. — *torvo vultu.* Mon. e. — *ac pede.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivr.

Exiguaeque togae simulet textore Catonem,
Virtutemne repraesentet moresque Catonis?
Rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua, 15

V. 13. *Exiguae tog.* sine *que* Ms. Lips. 3. — *simul et.* Ms. Ik. 6. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Argent. 515. Ald. 519. Asc. 519. — *texore* Mss. Berol. 1. Lips. 2. 3. (a 1. m.) *exore.* Val. quat. *tortore.* Corbei. *terrore.* Cruq. 3. *textuque.* Cruq. 1, un. a. 2. m., postq. m. 1. *tex.* erasit. *gestore.* Lectio ap. Turneb. Adv. 17, 22. *tesquore* vel *texquore.* Mss. quidam. ap. Muret. pro *squalore*, ut interpretatur ipse hanc vocem, refutant Lamb. Pulm. Turneb. l. l., pro vera scriptura habent Lips. Elect. 1, 13. et Stuck. Antiq. Conviv. 2, 26. p. 364. et sic laudant Casaub. ad Theophr. Char. 10. p. 133. F. Rader. ad Mart. 4, 53 (66), 3. Eandem scripturam comprobari a Porphyrione ad v. 17. „*qui Catonem imitari se putat, si semper tristis ac sordidatus incedat*" opinatur Jo. Mar. Mattius in Triga opuscul. 3, 24. p. 426., sed frustra; omnes enim Scholiastae vulgatam scr. hoc ipso loco explicant; similiter Scholion ad ms. Mon. a.: „metonymia, id quod fit pro eo, qui facit." Attamen Dacerius quoque verbum *tesquore* retinendum censet, quum dicit: „Horace dit deux choses; la première, que la robe de Caton étoit fort courte, et la seconde, qu'elle étoit sale, comme étant portée trop long-temps." praeterea defendit Fr. Goellerus in Exc. IV. ad Plaut. Aulul. Colon. ad Rh. 1825. p. 140 sq. *Exiguaque toga simulet textoque Cat.* conjecit Cruq.; *Exiguaque toga, simuletque ex ore Catonem* vel admittendo caesuram: *Exiguaque toga simulet, exque ore Cat.* conj. Waddel. p. 71. Alii *tecto ore* coll. Plin. Epist 3, 12, 3., alii *tectore*, alii *tentore* nulla reddita ratione reponi malunt teste Mattio l. l. *Exiguaeque tog. pextore* legi mavult L. van Jan. in „Gymnasialzeitung" 1842. p. 236. *Exiguaque toga simulet textove Cat.* edidit Praedicovius; sed vulg. scripturam praeter laudatos supra tuentur Torrentius, Talbotius, Baxt., San., Fea, Schmid., Orellius, alii.

V. 14. *moresne.* Gloss. Ik. 6. — V. 15. *Jarbitam.* Schol. Cruq. mss. Pulm. 2. 3. 4. Bersm. quinq. Fe. 1, a. d. o. z. 2, a. 3, a. (a 1. m.) d.; e nostris Guelf. 1. 2. 4. Goth. Berol. 1. Dess. 2. 3. Mon. b. (— tham) f. (th.) g. et ut vid. Dorv. 1. 2. Edd. Torr. Schrevel. Rodell. Baxter. Bentl. et recentt. fere omnes, etiam Oberl. Comb. Bad. Pott. Ik. Orell., qui quidem nihil de suis codd. annotant; approbat Pulm. *Jarbitum* (non — *am*, ut ait Fea) reponi maluit Fabricius. *Jarbitan* Edd. Cun. Val. Sivr. Hunter. *Hyrapitam.* Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. *Hyarbitam* Edd. Ven. 492. Lips. 492. Ald. 501. et seqq. etiam Lamb. Cruq. Pulm. Fabr. Bersm. et e recentioribus Dac. Talb. Maitt. Jon. Phil. Sandb. Camp. *Hiarbitam.* Edd. Lips. 498. 502. al. Ceterum magna in nostr. mss. hujus nominis discrepantia, ut *Tarbitam*, *Tharbitam*, *Arbitam*, *Hy-* vel *Hiarbitham*, *Jarbytham*, *Jarbitheam*, *Ybarbitham*, *Yarbitam*, *Tarpitham*, *Hirapitham*, *Hyrapitham.* Similem scripturae varietatem in suis invenerunt Torr. et Fea, quos conf. Sic et nostri variant in nomine *Tymagenis*,

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Dum studet urbanus tenditque disertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile: quodsi
Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.
O imitatores, servum pecus, ut mihi saepe
Bilem, saepe jocum vestri movere tumultus!
Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede; qui sibi fidit,

Tymaginis, *Timaginis*, *Ty-* et *Timarginis*, *Thimagenis*. — *aemula coena* vel *cena*. Mss. Cruq. 1, duo et ut vid. quidam ap. Torr. Edd. Sanad. (qui def.) Merv. Dorigh. Eandem scripturam Schol. Cruq. et Porphyrion de sententia nonnullorum secuti sunt, sed optimo jure contradisputat Fea, conf. Düntzer p. 522.

V. 16. *tendetque*. Ms. Ik. 5. Mon. 6. — V. 17. *exemplum* atque *exemplar* ms. un. Porphyrionis ap. Fe. — V. 17. 18. *Quid si — cuminum?* Mss. Fe. 2, d. 3, c. Edd. Asc. 519. Glar. 536. Cruq. *Quod si — cuminum?* Mss. Fe. 2, a. (a 2. m.) c. g. 3, f. *Pro si*. Mss. tres ap. Torr. Inde *Proh! si*. Edd. San. (qui def.) Merv. Sandb. Franc. Bask. Sivr. Dorigh., contra disputat Fea. — *Pallerent — biberant*. Ms. Mon. 1. *Pallcres*. Ed. Sivr. — *biberem* Ms. Ik. 6. *biberentque* Bad. 1. — *exangue*. Sic ex nostris mss. Dess. 1. 2. 3. Gu. 2. Lips. 1. 2. Morell. Rudolst. De hac scriptura, quam multae edd. imprimis veteres servant, i. e. de litera *s* in similibus vel retinenda vel tollenda erudite disputat Osannus V. Cl. „*in Adnotat. critic. in Quintil. Inst. Orat. lib. X.* partic. II. Gissae 1842. p. 30. — *ciminum*. Ms. Mon. e. — Post *cyminum* vel *cuminum* signum interrogandi, idque contra Poetae sententiam, multas edd. ponere semel indico. Ceterum verba *Quod si — exangue cuminum* laudat Schol. ad Pers. 5, 55. p. 327. ed. Jahn.

V. 19. 20. *et mihi*. Cod. Mentel. *ut m. bilem, ut miki saepe jocum:* Ms. un. ap. Talb. (qui probat) et Bentl. 15, un. (qui def. vulg. script.) Edd. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Sivr. Dorigh. — *vestri amovere tum*. Ed. Dorigh. Observandum autem, eleganter repetitae particulae *saepe* exempla hic collegisse et Bentlejum et Feam; de longa litera *o* v. 19. neque ante vocalem elisa ut Od. 1, 1, 2. 4, 5, 37. Virg. Ge. 2, 486. Aen. 10, 18. Tib. 2, 4, 7. Ovid. Her. 1, 5. vid. C. Schneid. „Elementarlehre" p. 140. Rsh. Gr. lat. § 221. p. 1071. Hand. Tursell. IV. p. 354. coll. Forbig. ad Virg. Ecl. 2, 65.

V. 22. *fidit*. Mss. Lamb. complur. Cruq. 1, b — d. Pulm. 2. 3. 4. 10. Bersm. tres. Oberl. C. D. Comb. B. C. D. G. Fe. 1, b. m. o. s. t. 2, b. f. g. (a 1. m.) 5, a. f. 6, c. Ik. 1. 4. Orell. bSE. (Bentl. et Pott. de suis tacent.) Acr. et Porphyr., e nostris Berol. 1. Dorv. 2. Dess. 2. Gott. 1. 2. Gu. 1. Lips. 1. Mon. d. g. i. Rudolst. cod. Mentel. Edd. Ald. 501. 19. Lips. 502. Junt. 514. 19. Argent. 515. Britannic. 520. Basil. 527. 80. Glar. Muret. Irenic. Pulm. Fabr. Piscat. H. Steph. Biedm. D. Heins. Rutg. Fab. Rodell. Despr. Zurck. Burm. Dac.

Dux reget examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos et carminis artem:
Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcaeus, sed rebus et ordine dispar,

Talb. Baxt. Bentl., quem seq. recentt. omnes, etiam Dorigh. et Pott. *fidet*. Mss. Lamb. oct. Pulm. 1. 7. Cruq. 1, a. 2. 3. Bersm. tres. Torr. ut quidem vid. complur. Comb. F. Bad. 1. Ald. ap. Haberf. Ik. 5. 6. Orell. cd. Gu. 2. 3. 4. Dess. 1. 3. Dorv. 1. Goth. Lips. 2. 3. Corbei. Mon. a. b. c. e. f. l. (*videt*) m. Victor. Edd. fere vett. et Asc. 519. Vascos. Xyl. Lamb. Cruq. Min. Chab. Torr. Bersm. Conf. H. Steph. Diatr. sec. p. 137.

V. 23. *regit*. Mss. Lamb. complur. Cruq. 1, b — d. Pulm. 2. 3. 4. 10. Bersm. un. (Bentl. tac.) Oberl. C. D. Comb. B. C. D. G. Bad. 1. Fe. 1, b. m. o. s. t. 2, b. f. i. 5, a. f. Pott. 12. 13. 15. Ik. 1. 4. Orell. E. Berol. 1. Dorv. 2. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Gu. 1. 3. 4. Lips. 1. Mon. d. e. i. l. cod. Mentel. Edd. supra sub *fidit* laudatae paucis exceptis. *reget*. Mss. Lamb. octo. Pulm. 1. 7. Cruq. 1, a. 2. 3. [al. *fidit* — *reget*] Torr. plurim. Bersm. quinq. Comb. F. Altd. ap. Haberf. Fe. reliq. Pott. omn. tribus exceptis. Ik. 5. 6. Orell. bScd., e nostr. Dess. 3. Dorv. 1. Corbei. Gu. 2. Goth. Lips. 2. 3. Mon. a. b. c. f. g. m. (Victor.) Rudolst. Edd. supra sub v. *fidet* laudatae et Lips. 502. Dorigh. Pott. — Recte quidem; nam e scriptura *fidit* — *reget* parum a librariis intellecta omnis orta videtur discrepantia. Similis autem enunciatio conditionali est, de qua vide ann. 17, 8. Ceterum *Dux*, quod verbum similitudinis ambitu continetur, sequentibus *reg. exam.* annectendum est. Virg. Ge. 4, 21. Male *Fea* cum multis edd. comma post v. *Dux* posuit, eum sequitur Weichertus quoque (Lectt. Ven. p. 92) improbantibus Schm. Hoched. Düntzero.

V. 24. *numerosque*. Ms. Bersm. un. Dess. 1. Ed. Cuning. — V. 25. *Lycamben*. Mss. et edd. vulg., nisi quod illi fere *licamben* seu *licanben* scribunt. *Lycambem*. [*licambem* Gu. 1. Rudolst.] Edd. Ven. 483. 86. 92. Loch. 98. Lips. 492. 98. 502. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Bas. 527. Irenic. Fabr. Piscat. Biedm. Rodell. Dorigh. Conf. ann. ad 1, 8. et Reisig. „Vorlesung." p. 69. — V. 26. *An ne — artem?* Sic ms. 1. ap. Pulm. et 2, h. ap. Fe. *Aut ne*. Var. lect. ap. Minoem. *At ne*. Mss. Mon. e. f. Edd. ap. Fe. et Junt. 514. 19. Argent. 515. Bas. 580. Irenic. Xyl. Fabr. Min. Piscat. Biedm. Bersm. Rutgers. Rodell. Despr. Zurck. Jon. Sandb. Gottschl. — De hac permutatione in re simili vid. Bentl. ad Od. 1, 18, 7. — V. 27. *carm. arcem*. Ms. Lips. 2. — *Quod timui mut'are, modos ut, carminis aestum*, sic edidit Praedicov. — V. 28. *Sapho*. Mss. vetustiss. ap. Torr. et Gu. 1. 4. Dess. 1. 2. 3. Lips. 3. Ed. Dac. — V. 28 et 29. transposuit ms. Gu. 3. — V. 29. *Alcaeus: sed — dispar Nec quaerit, quem*. Sic dist. Lamb. *sed, reb. — dispar, Nec*

Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris,
Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum prius ore Latinus
Volgavi fidicen: juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametque domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventosae plebis suffragia venor
Impensis coenarum et tritae munere vestis;

quaerit. Sic dist. Hunter. *et reb. et ord.* Ms. Guelf. 1. sic et conjecit Bentl., sed mutavit mentem ipse. — V. 30. *oblinet.* Mss. Bersm. quat. Dorv. 2. Gu. 1. 4. Gott. 1. Dess. 1. (*at* suprascr.) 2. Lips. 1. 2. 3. cod. Ment. Mon. d. (cum schol. „confundat") g. (cum schol. „vituperet"). *obtinet.* Ms. Ik. 1. 6. Gu. 3. Morell. *oblimat.* Mon. l. Edd. Ven. 477. 79. 81. 83. 86. 92. Loch. 498. al. — V. 31. *famoso crimine.* Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 502. al., quas laudat Schmid. De confusione utriusque verbi cf. Broukh. et Burm. ad Prop. 3, 9, 8. Hertzb. ad 1, 18, 9. Drak. ad Liv. 1, 26, 6. 6, 2, 4. — *nectat.* Ms. Fe. 7, a. — Ceterum v. 31. et 32. delet Guyetus.

V. 32. *Nunc ego.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 477. 79. 81. (non 83. 86. neque Flor. 482) Asc. (non 519.) complur., quas laudat Schmid. *Hinc ego.* Ed. Praedic. — *Latinus.* Mss. Lamb. omn. Pulm. 2. 3. 7. 10. Cruq. omn. praeter un. Bersm. duo. Talbot. duo (qui def.) et optimi, (Bentl. de suis tacet) Oberl. D. (a 1. m.). Comb. et Bad. et Pott. ut vid. omn. Fe. 1, a. (a 1. m.). b. (a 1. m.) q. r. s. (a 1. m.) t. 2, a. b. c. (a 2. m.) e (a 1. m.). 3, f. 5, a. (a 1. m.). 6, a. 7, b. Orell. SEc., e nostr. Berol. 1. Dorv. 1. Gott. 1. Goth. Guelf. 1. 3. 4. Lips. 2. 3. Mon. b. i. cod. Mentel. Edd. Lamb. Xyl. Cruq. Min. Piscat. Talb. Bentl., quem sequ. recentt. paucis exceptis; explic. praeter alios Bentl. et Fea. *Latinis.* Mss. Pulm. 1. 4. Cruq. 6. Bersm. quat. Torr. ut vid. omn. Oberl. C. D. (hic a 2. m.) Altd. ap. Haberf. Fe. reliq. Ik. ut vid. omnes Or. bd., e nostr. Dess. 1. 2. 3. Gott. 2. Gu. 2. Dorv. 2. Corbei. Rudolst. Lips. 1. Mon. a. a. c. d. e. f. g. l. m. Edd. vulg. etiam Torr. et e recentior. Baxt. (701) Dac. Maitt. Val. Wetz. Ik. Camp. Charp. Amar.

V. 33. *Volgavi.* Sic ms. Pulm. 1. Ik. 1. Orell. E. Lips. 1. 2. 3. — *ferendo.* Ms. Fe. 1, a. a 1. m. — V. 34. *Ingenuis.* Mss. et edd. vulg. inde a Muret. Lamb. Cruq. etc. sed jam antea ita legebatur in aliq. Lipss. ut in Lips. 502. *Ingeniis.* Ms. un. Bersm., complur. mss. ap. Fe. Orell. bd., e nostr. Dess. 3. Dorv. 2. Goth. Mon. l. m. Victor. Edit. vett. fere omn. etiam Glar. Irenic. Xyl. Biedm. Zurck. — *oculis* omiss. *que* Ms. Bad. 1. Dess. 2. Morell. — V. 35. *velim.* Ik. 1. *velit.* Ik. 6. — V. 36. *iniquus?* Sic interrogative edd. plurim., contra Bothius punctum posuit coll. 2, 1, 35. Sic et edd. Rodell. Jahn. al. — V. 37. *suffr. laudo.* Ms. Bersm. un. — V. 38. *Impen-*

Non ego, nobilium scriptorum auditor et ultor,
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:
Hinc illae lacrimae. „Spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare et nugis addere pondus,“
Si dixi: „Rides,“ ait, „et Jovis auribus ista
„Servas: fidis enim, manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher.“ Ad haec ego naribus uti
Formido et, luctantis acuto ne secer ungui,

sic. Sic Berol. 1. Sant. Dess. 1. 2. 3. Morell. Sic v. 33. *inmemor.* Dess. 1. 2. Morell. — *ac trit.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Sivr. Dorigh. — *venarum.* Cod. Mentel.

V. 39. *doctorum.* Ms. Ik. 6. — *auditor et ultor.* Mss. et edd. vulg. *auditor, et ultro.* Edd. Ven. 479. Lips. 492. Asc. 519 (explicans: „ambiendo precari“) Glar. Irenic. *auditor et actor.* Ms. ap. Gul. Canter. N. L. 4, 12. (non ap. Lamb.; ut ait Fea), improbant Lamb. Marcil. Xyl. Fabric. Bentl. *auditor et altor.* Sic conjecit Voss. jun. ad Vell. Paterc. 1, 13. (II. p. 624 ed. Ruhnk.) et sic invito typotheta legi mavult Valartus (vid. *Errata.*) itemque Faehsius in Syllog. Lecct. Graec. Lips. 1813. p. 456. contra disputant Bentl. Weichert. (Lectt. Ven. p. 99.), alii. *adjutor et ultor.* Mss. Cruq. duo. Bersm. duo Gesn. 3. Fe. 1, 5. 2, b. (a 1. m.) 6, a (a 2. m.). 9, a. Dess. 1. (suprascr. „laudator.“) ut in un. ap. Cruq.) Dorv. 2. et Corbei. [Lips. 1. habet *auditor* a 2. m.] Conf. Weichert. l. l. Porro varie distinguunt ut: *Non — ultor, Gramm.* Ita edd. Torr. Baxt. Bentl. Gesn. Haberf. Zeun. Fe. Hoched. *Non ego, ultor, Gramm.* Ita edd. Lamb. Despr. Jon. Wetz. Doer. Jahn. Zell. Schm. Orell. al. Conf. Weichert l. l.

V. 40. *Grammaticus.* (suprascr. *a*) Ms. Mon. g. — V. 42. *nudis add.* Ms. Bersm. un. et Dess. 3. — V. 43. *Dixi si rides.* Mon. a. — *rides?* Fe. 2, d. — *auribus, instat, Serv.* Ms. Bad. 3. (qui explicat p. XXII.) — V. 44. *manere.* Edd. Lips. 492. Ven. 486. 92. — V. 45. *Solum te.* Ms. Fe. 1, t. — *pulcher tibi.* Dess. 1. — *tibi, pulcher.* Sic dist. Haberf., improbat Schmid. — *ad huc.* Mon. e. (cum schol. „propter hoc“). *Ad haec ego: nar. uti Formido; et, l. n. s. ungui, Displ. iste loc., clamo, et etc.* Sic dist. D. Heinsius, ut illa verba sint Horatii, qui se criticum acumen subterfugere testetur.

V. 46. *Formido luctantis* (sine *et*) Mss. Bersm. duo. Fe. 1, a. 2, d. Berol. 1. Mon. d. e. g. Edd. Lips. 498. 502. Junt. 514. 19. Argent. 515. Britannic. 520. — *ut luctantis.* Ed. Praedic. *ungui.* Mss. et edd. vulg. inde ab Ald. 501. *ungue.* Mss. Fe. 2, c. (a 1. m.) 3, a. (a 2. m.) 9, a. Ik. 6. Orell. d. Guelf. 1. 2. 4. Mon. c. d. g. Rudolst. Edd. vett. et Lips. 502. Asc. 519. Britannic. 520. Cruq. (non in annot.) De forma *ungui* cf. Voss. Arist. II. p. 618. „Post *ungui* non est faciendum signum membri, sed incisi, ita ut *et* referatur ad v. *clamo*, quum alii ἀπὸ κοινοῦ repetant formido.“ Piscator.

„Displicet iste locus," clamo et diludia posco.
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

V. 47. *iste locus.* Mss. plurim. et edit. vulg. *ille loc.* Mss. Pulm. 2. 3. 10. Bersm. quat. Torr. tres. Fe. 1, a. b. g. p. q. 2, b. d. e. f. (a 1. m.) 3, c. 5, e. Ik. 1. Dess. 1. Mon. d. f. g. Edd. Ald. 501. (non 19.) Lamb. Cruq. Min. et sic legi mavult Torrentius. De confusis v. *ille* et *iste* cf. Jahn. ad Ovid. Met. 3, 463. — *jocus.* Ed. Praedic. ita et Gargallus, ut observat Orellius. — *ac diludia.* Edd. Cun. Merv. *et deludia.* Ms. un. Val. Edd. Bask. Sivr., approbant Vossius et Salmas. (Exercitationes Plin. in Solin. p. 302.). *ac deludia.* Edd. San. Franc. Dorigh., contra disputat Fea. — V. 48. *generat trepid.* Ms. Fe. 1, d. et Santen. *genuit trepitum.* Ms. Fe. 2, i. quod is pro v. *strepitum* [quod est in Mon. e.] non male habet. *trepidum genuit.* Edd. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. (777, non 762.) Dorigh. — *tepidum cert.* Ed. Chab. (atque haud scio an ex errore typothetae). — V. 49. *ac funebre.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. (777, non 762.) Sivr. Dorigh. — *bellumque funebre.* Ed. Ven. 481. Ceterum v. 48 et 49. delet Guyetus. Hinc in cod. Dess. 1. usque ad 2, 2, 65. lacuna est, quod semel indico.

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAM UNDEVICESIMAM.

Horatius quum post editos et epodon et carminum libros priores iniquum quorundam hominum imprimis Grammaticorum de his scriptis judicium expertus esset, in hac Epistola id egit, ut et laudem sibi tanquam poetae, qui princeps libera vestigia in loco a Romanis poetis intacto posuisset, reapse debitam vindicaret causamque pravi illius judicii edoceret. Causa autem facile duplex cognoscitur. Prior ab imitatione, cujus non laudem judices illi, sed culpam in Poetam transtulerant, desumitur. Inde Horatius re altius repetita et oratione exemplorum facetiis condita explanat, quantopere imitatores exemplar quoddam secuti ab imitatorum servo pecore abhorreant, ita ut haud difficile sit, in imitando quoque verum poetam, qui sibi fidat, a poetastro, qui fere aliorum non virtutes, sed vitia sequatur, discernere. Posteriorem causam in eo cerni dicit Poeta, quod plebis literatae suffragia neque impensis coenarum neque recitando ambitiose captaverit. Sic et haec Epistola ex diversis partibus conflata simplex quiddam et unum est. Ipsa ipsius Poetae res et causa, cui quasi judex sedet doctissimus Maecenas, medium locum tenet, cui utrimque apponuntur et attexuntur duae partes tanquam latera. Tecte autem illud (Od. 1, 1, 35 sq.) significatur: *Quodsi me lyricis vatibus inseris, Sublimi feriam sidera vertice.*

Jam videte, quomodo interpretes opusculum egregium lacerarint et disjecerint. De sententia *Scholiastarum* Horatius pragmatiam suam, i. e. causam proposuit, propter quam composuerit carmina, de sententia *Cruquii* deterruit Maecenatem ab ineptis sui temporis Poetis, qui Cratino, Homero, Ennioque auctoribus non aquae, sed vini potione largiore censuissent opus esse ad poesim scribendam posteris plausibilem etc., de sententia *Stephani*, quam fere suam fecerunt *Rappoltus*, *Dacerius*, *Zeunius* et *Bothius*, Poeta Venusinus primum quorundam in imitandis vitiis potius quam virtutibus studium reprehendit, deinde rationem reddidit, cur ii, qui librorum ipsius lectione domi delectarentur eosque laudarent, foris eosdem vituperarent. Hanc sententiam ita temperarunt *Sanadonus* et *Dorighello*, ut Horatium, propterea quod jam diu inter poetas lyricos primas tenuisset, plures eosque ineptos sui habuisse dicerent imitatores et invidos, qui quidem ipsum tam immodica superbia et φιλαυτίᾳ elatum dictitassent, ut neglecto poetarum recitantium coetu versus suos tantum principibus viris legisset; de illis quidem docuisse, in qua re, i. e. in quibus virtutibus, Graecos imitatus et quo pacto ipse imitandus esset, de his causas invidiae aperuisse. Ab illis interpretibus quasi pendet *Wielandius*, quem maximam partem *Haberfeldus*, *Schmidius*, *Walckenaer* (II. p. 352 sqq) sequuntur, ut ipsius rei capite et fonte non invento singula tantum ingeniose contexuerit atque erudite explanaverit. *Weicherto* (Lectt. Venusin. p. 72) haec Epistola obtrectatorum causa, quorum stultitia et malignitas stomachum Horatio fecisset, si non scripta, certe in lucem edita esse videtur. Ad hos, quos enumeravimus, interpretes ita accedunt *Zellius* et *Orellius*, ut cardinem rei in imitatorum et invidorum turba verti putent. Commode autem *Dillenburger* partim morbum illum furoris poetici, quo imprimis divites et nobiles viri correpti fuerint, notatum, partim pauperes quosdam miserosque homines taxatos sentit et ita, ut illi ingenio plane destituti et magnorum fere exemplarium serviles imitatores domi carminibus suis recitatis plausum coena et pecunia coemptum collegerint, hi fame saepe in furorem agitati aut ingentes laudes liberalium patronorum clamaverint aut flebiles tragoedias mollibus auribus delicatulorum dominorum cantaverint. De utroque igitur genere ab Horatio contempto Poetam hac Epistola ad Maecenatem scripsisse, in qua lepide, sed acerbe in vile illud imitatorum genus invectus sit. Rursus *Düntzer*, qui quae ratio et initii et finis hujus Epistolae esset, bene observavit, ab hac omni

interpretum multitudine nobis propior quam videtur discedit longissime *). At qui nobiscum sentiet, hanc Epistolam pro epilogo **) quasi loricato lyricorum Horatianorum habebit.

Epistola post Epodos et tres libros carminum editos, id quod ex vv. 32 sqq. luculenter apparet, et paulo ante hanc ipsam Epistolarum editionem scripta est. Tempus ipsum scriptionis *Kirchner* (tab. chronol.) et *Walckenaer* (II. p. 626.) ad annum 739., *Frankius* (p. 206.) et *Weber* (p. 310.) ad annum 734 referunt, *Grotefendus* (p. 475 a) Epistolam ante annum 737. quidem scriptam putat. Rem in medio relinquit *Düntzer* (III. p. 69). Qui ut *Weichertus* Epistolam majori jure Satirarum quam Epistolarum nomine insigniri putant, quam non veram utriusque rei notionem sibi finxerint, saepe alias dixi et nuperrime dixit politissimus facetiarum Venusinarum existimator *Weber* l. l. p. 282 sq., quocum conferas *C. Passovium* N. 282. Singillatim Epistolam cum paucis aliis in pa-

---

*) Is p. 517. sic: „Als Horaz sich mit der Herausgabe seiner Briefe, einer ganz neuen Dichtart, beschäftigte, äusserte *Maecenas*, es solle ihn wundern, wie das Corps von poetischen Kritikern und kritischen Poeten diese Gedichte aufnehmen werde; das Volk werde sich wohl auf die hintersten Beine stellen und nicht aufhören, den Dichter zu chicaniren. Horaz bemerkt dagegen, das erbärmliche Pack, welches sich auf die tollste Weise abquäle, es ihm gleich zu thun und ihn, wo möglich, zu stürzen, kümmere ihn gar wenig, er wisse, wie toll es damit stehe, und sei so fern davon, Etwas nach diesen Leuten zu fragen, dass er von ihnen Nichts wissen wolle, sondern sie sich nur so weit, als möglich, vom Leibe halte, ohne mit ihnen irgendwie anzubinden.“ Cum his conf. p. 528***).

**) Homines illos, qui tum Horatio adversabantur, ne in numero quidem vere invidorum aut vilium obtrectatorum ponendos crediderim; erat imprimis id genus hominum maxime criticorum, qui in suis poetis veterrima quaeque et vel hiulca atque obsoleta laudarent, novitatem ab Horatio, Virgilio, aliis tentatam inique reprehenderent, indeque suam quam Horatianam de arte poetica sentiendi rationem sequi mallent. Erudite de hac re disputarunt *Manso* („Vermischte Abhandlgn.“ p. 89 sqq.) et *Bernhardyus* („Grundriss der Röm. Litteratur“ p. 104 sq.), quibuscum confer *Voss.* ad Virgil. Ecl. 3, 90 — 91. *Weichert.* apud Orell. ad A. P. 54. et *C. Passov.* N. 198. et de laude poesis lyricae Horatio debita *Manso* in „Nachträge zu Sulzer's Theorie“ V, 2. p. 303 — 332. Si vera sunt, quae disputavimus, facilem intellectum habebunt, quae Horatius de se invidia majore Od. 2, 20, 4. 4, 3, 16. praedicat, quos locos cum v. 35. confert *van Heusde* ad Sat. 1, 9. p. 7., ut probatum est, nunquam, dum Horatius viveret, penitus obmutuisse invidiam.

trium sermonem vertit *Guttmannus* in Progr. schol. (Schweidnitz 1836) p. 7 sq.

V. 1 — 3. *Prisco — potoribus.* Allocutione: *docte Maecenas*, eidem ipsi honorificentissime tribuitur de literis Graecis et Latinis recte judicandi facultas, hic simul de carminibus Horatianis intelligens habendi judicium. Maecenas enim quamvis non fuerit poeta, tamen Horatius et Virgilius (Serv. ad Ge. 2, 40 sq.) in ejus utpote patroni candidissimi judicio ac praesidio acquiescere non dubitarunt. Conf. Eleg. in Obit. Maecen. v. 17. 18. Quapropter non assentior *Herzogio*, Viro mihi amicissimo, quum in Obss. partic. XVII. Gerae, 1845. p. 6. dicit, ne illam quidem appellationem, *Maec. docte* *), quam *Schmidius* in eximiae cujusdam laudis parte ponat, salis adspersi particula vacare atque eo facetiarum lepore, qualis inter amicos esse soleat. Verbis autem *Prisco si credis Cratino* etc. praecepto v. 8. 9. jocose dato quasi praeluditur, ut audiendus non sit *Düntzerus:* „Fing ich ein Gedicht also an: Wenn du, Maecenas u. s. w.“ Opinatur igitur ille, versus 1 — 9 initium poematis cujusdam esse, quo Horatius poetas imitatores ad insaniam quandam perducere se posse sibi persuadeat. *Cratinus* autem *priscus* vocatur, quum quia multos alios poetas vetustate praestitit (natus enim, ut *Meinekio* in Quaest. scen. I. Berol. 1826. videtur, Olymp. 65, 1., mortuus 89, 2.), tum quia veteris comoediae scriptor fuit, conf. *Heind.* ad Sat. 1, 4, 1. *Passov.* ad Pers. p. 352. et *Bähr.* in Paulyi „Real-Encyclopaedie“ II. p. 741. — V. 2. *Nulla placere diu nec vivere carmina possunt.* Illud verbum proprie de poetis et artificibus ut Sat. 1, 10, 89. A. P. 365. Od. 4, 3, 24. Mart. 2, 86, 12. Conf. Burm. ad Anth. lat. I. p. 624. Ruhnk. ad Terent. Andr. prol. 3. et Axt. ad Vestrit. Spur. 1, 4. p. 39. Noli autem cum *Fabricio* conjungere *diu vivere*, ut „*placere* probari praesentibus,

---

*) De hac appellatione recte vidit *Düntzer*, verbis ab *Orellio* suae interpretationi: („qui bene versatus es in literis Graecis et Latinis“) adjectis: „ac propterea ipsum quoque Cratinum trivisti“ non opus fuisse. Quam de nomine *docti* (*Mitsch.* ad Od. 3, 8, 5. *Weichert.* Poet. lat. Reliq. p. 122. *Dillenburg.* Horatian. II. 1845. p. 11 — 13. coll. *Mitsch.* ad Od. 1, 1, 29. *Heyn.* et *Diss.* ad Tib. 3, 6, 41. *Klotz.* ad Cic. Lael. 5, 17.), tum de aliis allocutionibus, quibus Maecenas a Poeta mactatus est, conf. *C. Passov.* N. 148. *Frandseni* „Maecenas“ p. 139. et *Grotefend.* in „Zeitschrift f. d. A.“ 1845. p. 927. Male autem propter hunc locum *Croftius* p. 98. conjecturam *Te doctar.* Od. 1, 1, 29. laudat.

diu vivere ad posteros durare" dicatur. Immo hoc per se ut Od. 1, 32, 3. 4, 9, 11. Liv. 39, 40, 7. (de M. Catone censor.) *vivit immo vigetque eloquentia ejus, sacrata scriptis omnis generis.* Mart. 5, 15, 4. *Gaudet — lector, Cui victura meo munere fama datur.* Id. 6, 60, 10. *Victurus Genium habere debet liber.* Id. 7, 44, 7. *Si victura meis mandantur nomina chartis.* Id. 11, 3, 7. *At quam victuras poteramus pangere chartas.* Ovid. Trist. 1, 6, 36. Phaedr. 5, 5, 43. Pind. Nem. 4, 6. Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει. Alia talia vide apud *Schmid.* — V. 3. *Quae scribuntur aquae potoribus.* Haec verba Epigramma*) Nicenaeti (Athenae. 2, 3. p. 39. = 2, 9. p. 149. Schwgh.) illustrat: Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ· Ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν. Ταῦτ' ἔλεγεν, Διόννσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδώδει πίθον etc. itemque illud Epicharmi in Philoctete (Athenae. 14, 6. p. 627 = 14, 24. p. 276. Schwgh.): Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὁκὴ' ὕδωρ πίῃς. Ita Antipater in jejunos poetas ὑδροπότας (Jacobs. Delect. Epigr. 4, 91.) invehitur. Cratini autem vinolentiam tangit Aristoph. Pac. 701 sqq. eundemque deridet in Eqq. 400, incertum tamen, utrum ille fabula Pytine ignominiam vinositatis, id quod multi opinantur, sibi asperserit an abstersum iverit, vid. *Reisk.* ad Plutarch. Symp. 2, 1. VIII. p. 513. interpp. ad Lucian. Macrob. 25. coll. *Bernhardyi* „Grundriss der Griech. Litteratur II. p. 946. Causam illius rei praeter alios aperiunt Prop. 4, 6, 75. *Ingenium potis irritat Musa poetis;* Mart. 11, 6, 12. (ib. Rader.) *Possum ego nil sobrius, bibenti Succurrent mihi quindecim poetae.* Plutarch. Symp. 7, 10. VIII. p. 857. Ἔνιοι γὰρ εὑρετικὴν φύσιν ἔχοντες, ἐν δὲ τῷ νήφειν ἀτολμοτέραν καὶ πεπηγυῖαν, ὅταν εἰς τὸ πίνειν ἔλθωσιν, ὥσπερ ὁ λιβανωτὸς ὑπὸ θερμότητος ἀναθυμιῶνται. Conf. Archiloch. apud Athenae. 14, 6. p. 627. et Bentl. ad Od. 3, 21, 13. Inde quae sequuntur

*) Illud Epigramma, cujus jam mentionem hic fecit *Cruquius*, *Bentlejus* emendatius h. l. apposuit, *Fr. Jacobsius* pluribus locis ut in Animadv. ad Br. Anal. I. p. 417. Vol. I. P. 2. p. 230, in Anthol. Pal. II. p. 543. et in Delect. Epigr. Graec. 4, 65. illustravit. Conf. *Meinek.* Fragm. Com. II, 1. p. 119. 210. *Fritzsch.* Euphrosyn. I, 1. p. 16. De *aquae potoribus* vel in laudem vel in vituperationem commemoratis conf. Gatak. Adv. Misc. Posth. 15. p. 557. Weitz. ad Petron. Fragm. p. 683. ed. Burm. 1709. Oehler. ad Varr. Sat. Menipp. 96. p. 235. interpp. ad Pind. Olymp. 1, 1. Demosth. Phil. II. p. 73. de fals. legat. p. 355. J. Z. Platner. in Prolus. XV. de aqua fontana salubriori II. p. 121.

V. 3 — 5. *Ut male sanos — Camenae*, i. e. „ex quo*) Bacchus jam inde a prima origine poesis poetas in suum consortium ascivit, illi ad divinum furorem sibi conciliandum ipso mane vino uvidi esse non desierunt.“ Apparet autem, haec ipsius Flacci, qui aliquot exemplis veritatem illius dicti illustraturus est, non Cratini, ut putat *Dacerius*, aut aliorum poetarum suam vinolentiam excusantium verba esse, neque Horatium argumenta proferre velle, quibus, ut opinatur *Haberfeldus*, vinolentia poetarum aequalium excusari possit. At quod poetarum vinosorum est**) id ipsis Musis eo jocosius tribuitur, quo magis dulces illae virgines (Od. 1, 26, 9.) eaeque divinae sobriis mulierum Romanarum moribus (A. Gell. 10, 23.) contrariae describuntur eaedemque et Bacchum comitari finguntur.

---

*) Locum luculentum praeeuntibus *Lambino* et *Marcilio* mire obscurarunt prava horum verborum distinctione *Bentlejus*, *Haberfeldus*, alii, quum ut explicarent *tanquam* hocce modo: „Poetas comitatui et choro suo adscripsit Liber *tanquam male sanos*.“ At significationem *postquam* vel *ex quo* etiam habes Epod. 3, 9. 7, 19. Sat. 2, 2, 128. Od. 4, 4, 42. Alii ut *Bondius* alio modo lapsi ut — *poetas* ita praecedentibus annectunt, ut sit: „quandoquidem Liber retulit in numerum Satyrorum et Faunorum vinosorum poetas parum sanos.“ De toto loco εἰρωνείας pleno recte judicat *Sanadonus*, quem conferre non pigebit. Particula autem *fere*, de qua nonnemo ambigit, nostrum est „in der Regel.“ Conf. ann. ad 6, 9. *Schmid.* ad 2, 1, 236. *Klotz.* ad Cic. Tusc. 5, 30, 85. *Hand.* ad Tursell. II. p. 693. De verbis quae praecedunt *aquae potoribus* si dubitat *Dillenburger*, utrum Ablativo an Dativo dicantur, ego quidem illum haud improbabilem esse puto ex locis Od. 1, 6, 2. 2, 12, 27. Sat. 2, 1, 84. Epist. 1, 1, 94. coll. nostr. ann. in *Seebodii* „Archiv“ 1832. I. 3. p. 456. *Dillenburg.* in Horatian. II. p. 17. *Heinrich.* ad Juv. 3, 91. *Hertzb.* ad Prop. 1, 13, 13. *Hand.* ad Tursell. I. p. 26. *Beneck.* ad Justin. 18, 2, 2. *Rupert.* ad Tac. IV. p. 799.

**) *D. Heinsius* non dubitat, quin hic Aeschyli vinositas tangatur. „Fuit enim, inquit, *Σατυρογράφος* et scribebat teste Plutarcho *ἐμπίνων*.“ Quid Heinsium in hanc conjecturam conjecerit, infra dicetur. Rem narrant Plutarchus in Symp. 1, 5. VIII. p. 462 et 7, 10. p. 856 et Athenaeus 10, 7. p. 428 = 10, 33. p. 68. Schwgh.; sed et alii poetae hac re notantur ut Alcaeus et Aristophanes, de quibus Athenaeus ibid. p. 429: *Ἀλκαῖος δὲ ὁ μελοποιὸς καὶ Ἀριστοφάνης, ὁ κωμῳδιοποιός, μεθύοντες ἔγραφον τὰ ποιήματα*, ut Anacreon ibid. et ap. Julian. Epigr. 7, 33. Anth. Graec. Lps. 1813. I. p. 316. *Πολλὰ μὲν τέθνηκας, Ἀνάκρεον, ἀλλὰ τρυφήσας* coll. Senec. Epist. 83. et Loers. ad Ovid. Trist. 2, 364. Nescio autem, num *Fr. Jacobsius* in „Allgem. Encyclopaedie“ s. v. Alcaeus p. 133. N. 23. Horatium in hac quoque re Alcaei exemplum recte dixerit secutum atque a severis Grammaticis nota intemperantiae notatum esse.

Conf. *Wunder.* ad Sophocl. Antig. 950. Cave igitur, ne cum fastidii delicatissimi interpretibus Acrone auctore de matutino tantum vini odore ex nocturnis compotationibus emisso aut cum *Haberfeldo* de libationibus Musis mane oblatis cogites. De *Baccho* poetarum patrono vide quos laudant *Schmid.* ad h. l. et ad 2, 2, 78. et *Bentlejus* ad Od. 2, 19, 7. coll. *Loers.* ad Ovid. Trist. 5, 3, 1. et *Hertzberg.* ad Prop. 2, 30, 37. De *Satyris Faunisque* illius Dei comitibus (Od. 1, 1, 31. 2, 19, 4.) vide *Fr. Thierschii* censuram libelli „Del Dio Fauno e de' suoi sequaci. Osservazioni — — — di Odoardo Gerhard. Napoli, 1825." in „Kunstblatt zum Morgenblatt" 1825. N. 104. Verba autem *male sanos* (Auson. Clar. urb. 3, 5. *Urbs — — amentis populi male sana tumultu*) simili sententiae acumine atque A. P. 296. et Sat. 2, 3, 322. poetarum significant ἐνθουσιασμόν. Ita Lucianus (Tim. 1. et Philopatr. 2.) poetas ἐμβροντήτους vocat et in ambiguo ludit Martialis 12, 37 (46), 2. ib. Rad. *Vendunt carmina — Sanos, Classice, nunc nega poetas.* Juv. 7, 59. (ib. Rupert.) *Neque enim cantare sub antro Pierio thyrsumve potest contingere sana Paupertas.* De illo poetarum divino spiritu, quo inflati μαίνεσθαι videntur, conf. imprimis Plat. Phaedr. p. 245. A. Serv. ad Virg. Ecl. 7, 25. Porphyr. et Schol. Cruq. ad Hor. Epist. 2, 2, 104. interpp. ad Cic. pr. Arch. poet. 8, 18. de Or. 2, 46, 194. de Divin. 1, 37, 80. Tusc. 1, 26, 64. Arnob. 1, 1. (ib. Elmenh.) Senec. de Tranq. an. 15. et quos laudant *Both.* ad Sat. 2, 3, 322. *Nitzsch.* ad Plat. Ion. prol. p. 14 sqq. *Hermann.* ad Lucian. de conscrib. Histor. 8. p. 54. et in Seebod. et Jahn. „Archiv für Philol. u. Paedagog." 1840. VI. 1. p. 56. 60. *Graefenhan.* ibid. 1842. VIII. 1. p. 33. Praeterea festive *Ascripsit,* „tanquam in legionem suam," quod verbum Porphyrion militare esse dicit. Post hanc limatam rerum et verborum tenuitatem mira tibi videbitur *Dan. Heinsii* interpretatio, Satyricum drama intelligentis, cujus ut tragoediae ipsius praeses Liber fuerit, ut locus hanc habeat sententiam: „Ex quo drama Satyricum invectum est et poetas furiosos cum insanis Satyris Bacchus conjunxit, nihil reliqui ab iis factum est." Sed *Heinsius,* cui *Simeo Bosius* et *Lambinus,* quum Satyrorum nomen ad poetas Graecos, Faunorum ad Latinos referendum esse censuissent, faces antetulerunt, jure refutatus a *Dacerio* et *Bentlejo* est.

V. 6. *Laudibus — Homerus,* i. e. se prodit φίλοινον laudibus vino datis, ut Epod. 11, 9. *amantem et languor et silentium*

*Arguit**). Sunt et haec Horatii festive ludentis, non Cratini verba, ut sibi persuadent *Dacerius* et *Zurckius;* quid, quod ille: „On ne peut pas douter que ce ne soit une des raisons de Cratinus, qui avoit fait une Piece exprès pour prouver qu' Homere avoit aimé le vin" etc. Quid Homerus de vino senserit, apparet quum ex Il. 6, 261. et Od. 14, 463 sqq., tum ex Epithetis, quae vino ut *εὐήνορα*, *μελίφρονα*, *μελιηδέα*, *μενοεικέα*, *θεῖον ποτόν*, *ἡδύποτον* tribuit. Conf. Athenae. 5, 27. p. 180 = 5, 8. p. 214. Schwgh. Ceterum *vinosus*, qui ut 13, 14. (ib. annot. p. 181) vini amantissimus est. Quapropter assensum denego *Hanovio*, qui in Zimmermanni „Zeitschrift f. d. Alterthmsw." 1834. p. 838. dicit: „Homer war angetrunken, wenn er dichtete. Deutlich sprechen dafür die folgenden Worte: *Ennius — dicenda.* Ebenso Epist. 1, 13, 14. etc." At confer Plaut. Curc. 1, 1, 79. Ovid. A. A. 3, 330. coll. Heins. ad Ovid. Fast. 2, 572.

V. 7. 8. *Ennius — dicenda*, i. e. — — „quodam quasi impetu ad arma canenda est actus, ut si ipse sit pugnam pugnaturus." Idem Ann. 1, 1. Merula auctore: *Horrida Romuleum certamina pango duellum.* Quod nimio potui indulserit, ex eo, quod de se ipso teste Prisciano 7, 14, 80. Kr. dixerit, effici volunt: *Nunquam poetor nisi podager.* Seren. Sammon. 38, 713. *Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores* **). Audit *pater* non tam quod duobus ante seculis (ao. u. c. 515. Rudiis, Calabriae urbe, natus, † 585.) floruerat, quam laudis causa, qua auctor quum poesis Latinae, tum epici carminis versu heroico sonantis (*alter Homerus* 2, 1, 50.) habitus est. Hoc idem sensit Porphyrion. Ovid. Trist. 2, 423 (ib. Loers.) *suo Martem cecinit gravis Ennius ore.* Prop. 4 (3) 2, 5. *Parvaque tam magnis*

---

*) Ad ironiam parum facit *Doeringii* interpretatio: „Homerus ob laudes, quas vino tribuit, *vinosus* fuisse dicitur." Loci mentio fit a *Nannio* in Misc. 4, 25.

**) Parum fidei poetae Venusino de hoc loco *Janus Nicius Erythraeus* (Epist. 6, 15. II. p. 305. ed. Fischer.) habet: „At Horatius, qui suis ex versibus se vini cupidum fuisse prodit, quique ex suo ingenio aliorum conjecturam facit, prope ebriosi personam Ennio videtur imponere. Nunquam enim, ait, nisi potum ad arma dicenda prosiluisse. Quid multa? Homerum vinosum, ipsas adeo Musas multibibas, meribibas facit. Sed gratis fuisse illud ab Ennio dictum existimo: non enim ita erat illi res ampla, ut posset de sua pecunia largiter in se merum ingurgitare" etc.

admoram fontibus ora, Unde pater sitiens Ennius ante bibit. Ita de Epicuro Lucret. 3, 9. *Tu pater et rerum inventor.* Quapropter ridiculus est *Heinsius*, quum nomen *patris* „festivissimam et fere satiricam mimesin vocat, propterea quod Ennius amaverit vocem *pater*, ut se ea abstinere non potuerit.“ Contra disputarunt imprimis *Rappoltus* (p. 834) et *Schmidius*, quibuscum conf. Lucret. 1, 118 sqq. Santen. ad Terent. Maur. p. 232. et Seyff. ad Cic. Lael. 6, 22. p. 132. Ceterum multo pejus quam *Dacerius* („C'est une nouvelle raison que les Poëtes du temps d'Horace ajoûtoient à celle de Cratinus“) de hoc versu erravit *Zurckius*, quum diceret: „Cratinus idem dicit de Ennio“ etc. Monstrum indicasse satis erit.

V. 8. 9. *Forum — putealque — severis.* Sententia: „Qui bibere nesciunt, eos versus pangere vetabo, ita ut abstemiis et sobriis illis quidem res forenses et fenebres utpote hominibus ingenii morosi atque a Musarum opere alieni dignas committam.“ Similiter Catull. 27, 5. *At vos, quo lubet, hinc abite lymphae, Vini pernicies, et ad severos Migrate.* Tib. 3, 6, 21. [de *Lachmanni* conjectura a *Dissenio* quoque probata] *Convenit iratus* (Liber) *nimium nimiumque severos. Siccos* autem vinolentis Od. 1, 18, 3. Cic. contr. Rull. 1, 1, 1. Acad. 2, 27, 88. opponi constat; conf. Heins. et Burm. ad Petron. 37. p. 158. Heind. ad Sat. 2, 2, 14. De *foro* (tum Romano, Caesaris, Augusti vid. Rader. ad Mart. 3, (39) 38, 4. Loers. ad Ovid. Trist. 3, 1, 27. 12, 24.) sollemni causis agendis loco conf. *Beckeri* „Handb. d. Röm. Alterthümer“ I. p. 283 sq. Ad *puteal* autem *Libonis* (qui locus erat in comitio foroque Romano in porticu Julia prope arcum Fabianum et columnam Maeniam) feneratores convenire soliti sunt testibus Acrone et Schol. Cruq. ad Sat. 2, 6, 35 (ibiq. Heind.) Schol. ad Pers. 4, 49. et Schol. Bobiensi Vaticanoque ad Cic. pr. Sest. 8, 18. (ibiq. *Orell.* V. 2. p. 295. coll. *Fr. Osanni* Commentat. de columna Maenia. Giss. 1844. p. 16.) Inde Cicero l. l. *puteali et feneratorum gregi inflatus* etc. Ovid. Rem. Am. 561 (ib. Burm.). *Qui puteal Janumque timet celeresque Kalendas, torqueat hunc aeris mutua summa sui.* Salmas. Exercitt. Plin. p. 114. Ab hac interpretatione non abhorret A. P. 325 — 33. Veteres autem interpretes, si exceperis *Torrentium* ad Sat. 2, 6, 35., utrumque locum de causis forensibus accipiunt ea quidem Horatiana notioni generali specialem denominationem subjiciendi lege, de qua ad 6, 59. 12, 8. 18, 55. diximus. In *Torrentii* fenus et usuram intelligentis sententiam pedibus ivere *Heindor-*

fius, *Weichertus*, *Schmidius*, *Orellius*, alii. Ceterum utramque Scholiastarum Horatianorum *) v. *puteal* interpretationem praeeunte Torrentio inter se conciliare conatus est *Stockmannus* in Chrestom. Jur. Horat. Spec. IX. Lips. 1810. p. 10 sq. De usu Futurorum vv. *mandabo* et *adimam* apposite observat *Orellius* quasdam formularum edicti praetoris imitationem coll. Cic. Accus. 1, 44. *Nec petitionem nec possessionem dabo.* Ibid. 45. *Secundum tabulas testamenti possessionem dabo.*

V. 10. 11. *Hoc simul edixi — diurno.* Jam postquam Horatius propositis aliquot nobilium poetarum exemplis illam Cratini vocem illustravit et quasi comprobavit, simile quid se praecepisse fingit, quod poetae aequales cupide amplexi tanquam praetoris edictum, quo meliores poetae evaderent, secuti sint. Similis est dicendi color Sat. 2, 2, 51. *Si quis mergos suaves edixerit assos, Parebit pravi docilis Romana juventus.* Conf. ib. 2, 3, 227. Ruhnk. ad Terent. Andr. 3, 2, 15. Beier. et Seyff. ad Cic. Lael. 16, 59. Jocose autem dictum ii parum sentiunt, qui quo loco H. tale quid edixerit, anxie quaerunt. Quapropter locos ut Od. 1, 18, 3. 3, 21. et 25. Epist. 1, 5, 16 sqq. indicari ne opus quidem esse videtur. Eundem colo-

*) Porphyr.: „*puteal Libonis* sedes praetoris fuit prope arcum Fabianum, dictum quod a Libone illuc primum tribunal et subsellia collocata sint.“ De vv. extremis consentit Schol. Cruq.; Acron ad Sat. 2, 6, 35.: „*puteal* locus Romae, ad quem conveniebant feneratores. Alii dicunt, in quo tribunal solebat esse praetoris.“ Schol. Cruq. ibid.: „*puteal* locus erat in foro, ad quem conveniebant mercatores et foeneratores, ad tradendum et recipiendum. Alii dicunt fuisse pro rostris, ubi tribunal erat praetoris.“ De *puteali Libonis* vel *Scriboniano* praeter ceteros docte disputarunt *Weichertus* in Lectt. Venus. (Grimae 1843) p. 85 sqq. et *C. Fr. Hermannus* in Indice lectt. Marburg. 1840, qui unum solum *puteal* [non duo, ut vulgo statuunt] in foro fuisse recte dicit, quibuscum conf. *Becker.* l. l. p. 280. N. 459. *Beier.* ad Cic. de Off. II. p. 174. *Halm.* ad Cic. pr. Sest. p. 113 sqq. His adde „Beschreibung der Stadt Rom von *E. Platner*“ etc. Stuttg. et Tubing. 1839. III. 2. p. 65 sqq. *Sachse* „Geschichte und Beschreibung der Stadt Rom“ I. p. 134. De feneratorum loco *Aug.* quoque *Baumstark.* apud *Pauly* in „Real-Encyclopaedie“ s. v. *Fenus* III. p. 458. hunc locum intelligi vult. Quae Vir doctissimus ibid. p. 455. de *anatocismo anniversario* erudite disputat, ea illustrari possunt iis, quae ad 18, 35. observavimus. Ceterum *puteal Libonis* templum quoddam subdiale vel hypaethron (Fest. v. *Scribonianum* p. 258. ibiq. interpp. p. 703. ed. Lindem.) fuit, de quo templorum genere nuperrime dixit *C. F. Hermannus* in scripto academico Gotting. 1844. „Die Hypäthraltempel des Alterthums“ p. 10.

rem in Platonis Epigr. III. in Br. An. I. p. 103. ed. Lips. *Fr. Jacobsium* (Animadv. I. 1. p. 339. agnovisse sollerter observat *Weichertus*. De sententia autem *Dillenburgeri*, cui quodammodo auctor est *Düntzer* supra ad v. 1., „Pronomen *hoc* omnia comprehendit quae sunt in novem versibus, et Vocativus *Maecenas docte* non magis scribentis est quam alloquentis." Sed et hac interpretatione nodus ille Gordianus non tam solvi quam constringi videtur. Qui olim *edixit* legerunt, mirum in modum cujus illa verba sint ambigunt, Cratini esse praeter alios opinantur *Lambinus*, *Marcilius*, *Xylander*, *Chabotius*, *Rodellius**) contra Ennii *Ascensius*, *Britannicus*, *Cruquius*, *Baxter*, *Zeunius* (qui quidem Horatium prolepsi usum esse ait), *Jaeckius*; Ennii non verba, sed sententiam sentit *Wetzel*. Quinimmo *Simeo Bosius*, *Dacerius* et *Zurckius* Bacchum significari sibi persuaserunt. Ad ineptias hujus generis evitandas *Dan. Heinsius* audacter *edixti* conjecit, ut vox illa ab audacissimo *Sivyo* comprobata ad Maecenatem referretur**). Consulto talia commemoravimus, ut quae monstra ille error peperisset, ob omnium oculos poneretur. Quodsi *Janius putere* pro *olere* positum dicit, verbum odiosum sensisse non videtur. Ita Mart. 1, 26 (29), 1. *Hesterno fetere mero qui credit Acerram, Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.* In verbis autem *certare mero* ***) (Od. 4, 1, 31.) cave intelligas ipsa

---

*) Prudenter ille in re desperata monet, Cratinum nisi verba: *Nulla placere — potoribus*, non edixisse et quae infra legerentur: *Forum — severis*, Horatium de suo addidisse. Contra *Rosellus* existimat, „haec verba usurpari solita ab ebriosis hominibus et v. 10. scribendum *edixit*, ubi subaudiatur quidam e vulgo."

**) *Heinsius* suae suspicioni haec adjecit: „solebat Maecenas, vir divinus et poetarum fautor, istis suis clientibus, Homeri, primi apud Graecos, Ennii apud Romanos, exempla proponere, quos cupidissimos vini fuisse constat: et edicti instar pronuntiare, judicia et forum sobriis et siccis convenire, poetam sine vino esse neminem. Ex eo enim tempore, inquit poeta, nunquam sobrii fuerunt. Tota enim epistola simii isti perstringuntur."

***) Ad dictionem *Nocturno c. mero*, *put. diurno* cf. A. P. 269. *Nocturna versate manu, versate diurna.* Epist. 2, 2, 79. *strepitus nocturnos atque diurnos.* Cic. de Off. 3, 21, 84. *diurni et nocturni metus.* Tusc. 5, 23, 66. Recte Porphyrion: „dies noctesque potare." Similiter Od. 2, 13, 7. *nocturno cruore*, 2, 5, 19. *nocturno mari.* Epod. 16, 51. *vespertinus ursus*, Sat. 2, 4, 17. *vespertinus hospes.* A. P. 209. *vinoque diurno.* Sat. 1, 3, 117. 2, 6, 100. Vide de hoc usu Adjectivorum temporis ann. ad 6, 20. Dillenb. ad Od. 1, 2, 45. Hertsberg. ad Prop. 2, 4, 7. coll. Haase ad Reisig. „Vorlesungg." N. 394. §. 225.

bibendi certamina (coll. Broukh. ad Tib. 1, 7 (6), 28. Mitsch. ad Od. 1, 36, 14.); etenim non significantur nisi acres compotationes cum aliis initae. Tib. 3, 6, 11. (ib. Diss.) *Aut si quis vini certamen mite recusat.* Aequo autem subtilior est *Weichertus* (Poet. latin. Reliq. p. 397), quum sibi non dubium esse dicit, quin Poeta doctas istas nobilium Romanorum tanquam compotationes, quibus sua quisque scripta recitare solitus sit, ea urbanitate, qua ridendo verum dicat, voluerit perstringere. De illis conf. *Schmid.* et *Orell.* ad Epist. 2, 1, 110.

V. 12 — 14. *Quid, si quis — moresque Catonis?* Festivitatem sententiae, qua „qui textoris vel ope vel opera, torva fronte et ἀννποδησία Catonis habitum refert, non continuo alter Cato est," parum senserunt ii, qui aut aliter scribi maluerunt aut de compositione verborum compararunt 1, 1, 94 *curatus inaequali tonsore* a *Doeringio* recte edocti aut *textore* cum *Lambino, Fea, Salmasio* (ad Tertull. de Pall. p. 265) acceperunt pro textura, ut Soph. Oed. R. 1140. ed. Herm., Juv. 1, 13. (ib. Heinr.) Propert. 1, 2, 8. (ib. Fr. Jacobs. in „Latein. Blumenlese" II. p. 142. De ipso verbo *textor* vid. *Garaton.* ad Cic. pr. Planc. 25. p. 149. ed. Orell. et de *toga exigua*, i. e. curta, adstrictiore, quam homines vel austeriores vel tenuiores gestabant, ann. ad 18, 30. Casaub. ad Theophr. Char. l. supra l. Rader. ad Mart. 4, 53 (66), 3. 10, 14, 7. et Graev. ad Cic. Offic. 1, 36, 6 (130). et ad or. in Catil. 2, 10, 22. De Catone non tunicato conf. Heinr. ad Cic. Oratt. fr. p. 226. ed. Beier. Inde recte Schol. Cruq. (quanquam v. *textor* perperam pro nomine proprio inventoris exiguae togae habet): „Cato senator Romanus, ut severior appareret, intonsa barba capillisque prodibat in publicum duroque calceamento et saepe nullo togaque exigua." Ceterum de Catone Uticensi Plutarch. in Vit. ejus 6. IV. p. 371. R. *καθόλου δὲ τοῖς τότε βίοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ Κάτων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν οἰόμενος δεῖν βαδίζειν, ὡς οὖσι φαύλοις καὶ μεγάλης δεομένοις μεταβολῆς, ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν κατακόρως ἐρυθρὰν καὶ ὀξεῖαν ἀγαπωμένην, αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Πολλάκις δ'ἀννπόδητος καὶ ἀχίτων εἰς τὸ δημόσιον προῆει μετ' ἄριστον, οὐ δόξαν ἐκ ταύτης τῆς καινότητος θηρώμενος, ἀλλ' ἐθίζων ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι μόνοις, τῶν δ'ἄλλων ἀδόξων καταφρονεῖν.* Lucan. 2, 384. *Huic epulae, vicisse famem; magnique Penates Submovisse hiemem tecto: pretiosaque vestis Hirtam membra super Romani more Quiritis Induxisse togam.* Similia suppe-

ditat Beier ad Cic. Off. 1, 31, 112. Illud de ejus ἀνυποδησίᾳ testimonium ignorat *Acron: „pede nudo*, hoc de quocumque philosopho *), Cato enim nudis pedibus non fuit.“ Verba autem *voltu torvo ferus* illustrant Plutarch. ibid. 1. *Λέγεται δὲ Κάτων εὐθὺς ἐκ παιδίου τῇ τε φωνῇ καὶ τῷ προσώπῳ — — ἦθος ὑποφαίνειν ἄτρεπτον καὶ ἀπαθὲς καὶ βέβαιον ἐν πᾶσιν*, et Val. Maxim. 2, 10, 8. *paterni generis una imago, minime blanda frons, sed omnibus numeris perfecta virtus.* Similia ex Plutarcho laudat *Jo. Mar. Mattius* in Opinion. 3, 24. p. 427. Ad dictionem **) conf. Braunh. ad Od. 3, 5, 44. Bach. ad Ovid. Met. 13, 844. et Senec. Oedip. 920. *Vultus furore torvus.* Mart. 4, 11 (14), 11. *Nec torva lege fronte, sed remissa — libellos.* Tacit. Ann. 4, 60. de Tiberio: *torvus aut falsum renidens voltu.* Quanquam nonnulli interpretes hic *Catonem Censorium* intelligunt, de cujus imitatoribus Plutarchus in ejus Vit. 19. II. p. 587. dicit: *τοὺς ἕνια μιμεῖσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων οὐκ ἐμμελῶς ἐπιχειροῦντας, ἐπαριστερούς καλεῖσθαι Κάτωνας*, tamen *Catonem Uticensem* hic significari docent praeter locos laudatos ii, qui hunc Catonem, quem Cicero in Or. pr. Mur. 2, 3. *gravissimum atque integerrimum virum* vocat, *virtutum vivam imaginem*, ut Seneca de Tranq. an. 15., exhibent. Sic Juv. 14, 41. *Catilinam Quocumque in populo videas, quocumque sub axe: Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.* Senec. Epist.

---

*) *Acron* intellexisse videtur Socratis et Platonis vel mores vel praecepta; de illo conf. Stallb. ad Plat. Phaed. c. 9. p. 48, de hoc Hieronym. ad Matth. 10, 10. *Plato praecepit duas corporis summitates non esse velandas: nec assuefieri debere mollitiei capitis et pedum.* De Catonis ἀνυποδησίᾳ non dubitant *Casaub.* ad Theophr. Char. X. p. 134. F. *Solan.* ad Lucian. Cynic. 1. (IX. p. 439. Bip.) *Balduin.* de Calc. antiq. 23. p. 235. *Nigron.* de Calig. 2, 11. p. 37. coll. *Heinr.* et *Beier.* ad Cic. Oratt. fragm. p. 226. et *Wagn.* ad Alciphr. 1, 3. p. 27. 3, 14. p. 57.

**) Cave autem cum v. *ferus* etiam *textore* jungas, id quod recte improbat *Orellius.* Ad v. *simulet* conf. Ovid. Met. 11, 310. (ib. Bach.) *Phoebus anum simulat.* Prop. 4, 11, 39. (ib. Burm.) *Et Persen proavi simulantem pectus Achillis.* Id. 4, 5, 29. *Et simulare virum, pretium facit.* Incert. ap. Wernsd. IV. p. 428. *teneram gressu simulare puellam.* Adde Schm. et Riedel. ad 2, 1, 241. Rupert. ad Juv. 2, 3. Verbo *simulandi* i. e. imitando exprimendi apposite opponitur v. *repraesentandi.* Cic. pr. Sest. 11, 26. *templum repraesentabat memoriam consulatus mei.* Plin. Epist. 4, 19, 1. *quum patris amissi affectum repraesentes.* Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 5, 16, 9. Davis. ad Hirt. de B. Alexandr. 70. Drak. ad Liv. 2, 36, 6. Herzog. ad Caes. B. G. 1, 40.

97. *Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.* Hieronym. Epist. ad Rustic. 4. p. 31. C. *procedebat in publicum intus Nero, foris Cato* *). Manil. 4, 87. De pravo alios imitandi studio similiter Cicero de Off. 1, 39, 9. *Luculli virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati sunt?* De Thrasea, viro olim Catoniano, Tac. Ann. 16, 22, 2. *habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum voltumque ejus sectantur, rigidi et tristes.* De ipsis Pseudo-Catonibus vide *Weichertum* in Exc. I. „de nominis Catoniani appellativo apud Romanos usu et significatu" ad *Imper. Caes. Aug. scriptor. Reliq.* I. p. 174 sqq. imprimis p. 175. N. 7.). *Orellius* hic comparat Laconistas, qui olim Athenis fuerunt (Aristoph. Av. 1194); de iis vide *E. Chr. Weber.* in *Commentat. de Laconistis inter Athenienses.* Vimar. 1835., sed de hac, quam quaerimus, perversa clarorum poetarum imitatione vid. eundem in *Commentat. de poet. Romanorum recitationibus.* Vimar. 1828. p. 11.

V. 15. 16. *Rupit Iarbitam — disertus haberi.* Sententiarum ordo: „Perversa ista imitatio non modo vana, verum etiam perridicula (de sententia aliorum „perniciosa ac funesta") est, quod Jarbitae docet exemplum, qui quum laudis amore Timagenem in arte declamandi recitandive aemularetur, ita pulmonum latera intendit, ut prope disrumperetur **)." Finge igitur tibi istum hominem eum, qui dum urbanitatem sermonis et facundiam ***) affectat, inflatis buccis

---

*) Conf. Jahn. ad Od. 1, 12, 35. Heyn ad Virg. Aen. 8, 670. Rader. ad Mart. 1, 8 (9), 1. 5, 50 (51), 4. 9, 21 (29), 3. Halm. ad Cic. pr. Sest. 28, 60 sq. interpp. ad or. pr. Muren. 29, 60. Cort. ad Sall. Cat. 54. Barth. ad Plin. Ep. 4, 27, 4. Gierig. ad 3, 12, 3. Ruhnk. ad Vellej. 2, 35. Brem. ad Suet. Octav. 87. Rupert. ad Tac. Ann. 16, 22. 2. Senec. Epist. 11. et 95. 120. et de laudatione Cat. Utic. Cic. ad Attic. 12. 4., de Anti-Catone Caesaris Cic. ad Attic. 13, 46. Tac. Ann. 4, 34, 2 (ib. Rupert.) Plutarch. Vit. parall. Demosth. et Cic. 39. p. 79. ed. Frotsch. Drumann. IV. p. 171. 186 sq.

**) Minus recte *Doeringius* verba ita copulat, ut *Timagenis lingua* ejusdem facundia et ars sit, quae, quum Jarbitae aemulationem excitarit, *aemula* dicatur. Nullo autem loco, quod recte observavit *Weichertus*, *aemulus* is dicitur, qui aliis aemulationem injicit. Ceterum non tam declamationem, quam recitationem idem *Weichertus* sentit in luculenta commentatione *de Jarbita Timagenis aemulatore* in Poet. lat. Reliq. p. 397.

***) *Urbanus* de sententia *Doeringii*, *Weicherti*, aliorum non indicat dicacitatem illam et facete dictorum facultatem, qua Timagenes excelluisse dicatur, sed, quia Jarbita Maurus fuerit, idioma illud latini eloquii, in quo „nulla neque rusticitas neque peregrinitas resonaret" coll. Quintil. Inst. 11,

ac contenta voce tam misere clamavit, ut diruptio vel faucium vel pulmonum metuenda videretur. Nostrates de tali homine: „er schreit, als wollte er sich das Herz im Leibe zerreissen“ vel „er hätte sich zu Tode schreien mögen.“ Quae quidem ambigua dictio eo magis Maecenati risum movere debuit, quo notior hominis illius clamosa et laboriosa vel declamatio vel recitatio fuit. Sed hujus loci ridiculum superlate dicendi genus eos fugit, qui ut *Wielandius* herniam factam, ut *Haberfeldus* diruptionem venarum, ut *Doeringius* ilium, ut *Weichertus* (quem sequuntur *Orellius* et *Dillenburger*) diaphragmatis intelligunt. Neque defuerunt, qui, ne quid probabilitatis deesset, Crassi exemplum post orationem habitam septimo die mortui (Cic. de Or. 3, 2, 6.) proponerent. At ut error per secula gliscens tandem aliquando reprimatur, exemplorum ὑπερβολικῶς sonantium excitanda copia est. Sat. 1, 3, 135. *miserque Rumperis et latras*, i. e. clamando paene disrumperis, *Kirchner:* „du Armer Sprengst dir die Kehl' und bellst.“ Cic. Epist. ad Div. 7, 1, 14. *Dirupi paene me in judicio Galli*, i. e. clamando. Juv. 7, 117. de clamoso rabula: *Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso Fingantur virides, scalarum gloria, palmae.* De re simili Varr. Sat. Menipp. 92, 1. *Priusquam in orchestra pythaules infleat tibias, domi suae ramices rumpit.* Auct. Culic. 180. (ib. Sillig.) *Spiritibus rumpit fauces.* Ita et Graeci, ut Lucian. Char. 21. ἦν καὶ σὺ κεκραγὼς διαῤῥαγῇς. Quinimo ipse locus clamore *rumpi* dicitur, ut Polyb. 15, 32. κατεῤῥήγνυτο πᾶς ὁ τόπος ὑπὸ τοῦ κρότου καὶ τῆς κραυγῆς. Virg. Ge. 3, 328. (ib. Heyn.) *cantu querulae rumpent arbusta cicadae* coll. Cop. 27. Juv. 1, 13. (ib. Rupert.) *assiduo ruptae lectore columnae.* Sed et in alia re eadem hyperbolice dicendi consuetudo, ut Plaut. Merc. 1, 2, 40. *opera licet Experiri, qui me rupi causa currendo tua.* Ibid. Captiv. prol. 14. Terent. Hecyr. 3, 4, 21. (ib. Ruhnk.) *ut me ambulando rumperet.* Pers. 3, 28. *pulmonem rumpere ven-*

3, 30. Praeivit *Vossius:* „Da er dem städtischen Ton nachrang und dem feurigen Vortrag.“ Malo equidem sentire cum *Düntzero* p. 522.: „*Urbanus* kann hier wohl nur auf den Witz, nicht auf die Eleganz der Sprache gehn; er wollte es als witziger Redner dem Timagenes zuvorthun, indem er es durch seine gewaltige Stimme allein erreichen zu können glaubte.“ Cic. pr. Dom. sua 34, 92. *inducis etiam sermonem urbanum ac venustum.* Fortasse hunc respexit Cat. Dist. 3, 20. *Inter convivas fac sis sermone modestus, Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi*, ubi *Arntzenius* p. 185. hunc locum contulit.

tis. Lucian. Quomodo Hist. conscr. oport. 10, ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, κἂν διαῤῥαγῶσιν ἐπαινοῦντες. Similia exempla ibi suppeditat *C. F. Hermannus*, in quibus nemo sanus diruptionem *) reapse factam esse dicet, si legerit vel Demosth. pr. Coron. p. 232, 12. οὐδ'ἂν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος vel Virg. Ge. 1, 49. (ib. Heyn.) *immensae ruperunt horrea messes.* Colum. de Cult. Hort. 307. vel Plaut. Bacch. 2, 3, 17. *Heu cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur, Istius hominis ubi fit mentio;* conf. O. Jahn. ad Pers. 3, 9., idem et Casaub. ad 3, 27. Quae quum ita sint, facere nequeo cum *Weicherto* (p. 401) hunc locum ita interpretante: „Sic Cordum, istum Jarbitam, *lingua aemula Timagenis* i. e. inepta ambitio et insanum Timagenem ejusque in *declamando recitandove* praestantiam imitandi aequandique studium et laterum contentio *rupit* i. e. effecit, ut, ruptis ilibus, miserandum in modum periret." *Merkel:* „zersprengte das Zwerchfell." *Günther:* „ein Bruch war der Lohn." Melius sane *Doeringius* in ed. min.: „fecit, ut Jarbita paene dirumperetur, vel ob nimiam vocis intentionem, vel ob invidiam, quod Timagenis

*) Nihil agit *Weichertus*, quum suae sententiae patrocinium videt apud Plaut. Merc. 1, 2, 27. *Tua causa rupi ramices: jam sputo sanguinem;* ridicule enim superlationi veritatis ipsa veritas quaeritur. Neque nostra interpretatio eo refutatur, quod *Weichertus* Horatio haec scribenti fabulam de rana et bove Phaedr. 1, 24. ab ipso poeta Sat. 2, 3, 312 sqq. (ib. Lamb.) suo more tractatam ait obversatam esse coll. Mart. 10, 79, 9. A vero prope abfuit *Porphyrion*, quum *Hyarbitam — — — propter insolentiam faciendi quod conabatur paene disruptum esse* diceret (conf. Auctar. Comment. vet. ap. Cruq. p. 694), itemque *Acron* hisce verbis: „*Hyarbita Maurus fuit regione, qui, dum Timagenem philosophum post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari et non posset, invidia quodammodo discerptus* (lege: *disruptus*) *est.*" Notionem invidiae hic comprobant *Ascensius*, *Britannicus*, alii, quae quanquam probari nequit, tamen testatur superlatam illam dicendi rationem, qua imprimis *rumpi*, *dirumpi* vel simpliciter vel adjecto invidiae, irae, doloris verbo ii dicuntur, qui invidiam etc. similesque animi affectus continere nequeunt iisque aestuant. Ita Cic. ad Attic. 4, 16. *Nullus dolor me angit, unum omnia posse: dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt.* Ibid. 7, 12. Vid. Forbig. ad Virg. Ecl. 7, 26. Aen. 12, 527. Burm. ad Prop. 1, 8, 27. Ruhnk. ad Ovid. Her. 8, 57. Wernsd. ad Calpurn. Ecl. 6, 80. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 12, 2, 8. Halm. ad or. in Vatin. 4, 10. interpp. ad or. pr. Dom. sua 37, 99. Gatak. ad M. Antonin. 8, 4. p. 239. interpp. ad Luc. Act. Apost. 7, 54. Herm. ad Lucian. l. l. p. 77. Neque a re abest *tentigine rumpi* Sat. 1, 2, 118. ib. Orell. coll. Rutgers. Venus. Lectt. 10. p. 288. Burm. ad Anth. lat. II. p. 509. et *rumpere vocem* Bach. ad Ovid. Metam. 10, 147. Schleusn. Lex. s. v. ῥήγνυμι.

dicendi artem non assequi potuerat aemulando.“ Praecesserat *Janius* (p. 233): „Hyarbita wählte zum Gegenstande grade den einzigen Fehler des Timag., nämlich seine etwas zu laute Sprache, welche Hyarb. noch so sehr übertrieb, dass er sich überschrie.“ Ambigue *Guttmann:* „Nieder im Zungengefecht mit Timagenes ringt der Jarbit sich, Da er mit Hast sich bemüht, für beredt und gebildet zu gelten.“ *Düntzer* quanquam pulmonum diruptionem videt descriptam, tamen hyperbolicam illam significationem non prorsus vituperat *). De *Timagene*, rhetore Alexandrino, qui, postquam gratia Augusti excidit, in Asinii Pollionis amicitiam acceptus atque in ejusdem agro Tusculano mortuus est, vide *Weicherti* commentationem l. l. p. 393 — 396., quacum conf. *Gustavi Schwabi* Disput. *de Livio et Timagene, historiarum scriptoribus, aemulis.* Stuttg. 1834. *Jarbitae* autem i. e. Mauro ab Jarba, Mauritaniae rege, sic denominato verum nomen auctoribus Porphyrione in cod. Ch. apud Feam et Auctar. Commentat. vet. apud Cruq. p. 694. *Cordus* vel, ut ingeniose conjecit *Weichertus, Codrus*, fuit, de quo utpote notissimo poeta Virgilius in Ecl. 7, 26.: *invidia rumpantur ut ilia Codro*, ubi conf. *Forbiger.* et ad 5, 11. Schol. ad Juv. 1, 2. p. 329. ed. Heinr. et *Schmidt.* ad Juv. p. 153. Hanc sententiam *Düntzer* III.

*) Miram autem rem excogitavit *Ge. Fabricius*, quum scribi mallet „*Jarbitum*, ab Jarba rege, i. e. hominem Mauritanum, qui sumptibus largitionibusque aemulatus sit Timagenem, ut ejus oratio placeret: sod clamorem et arrogantiam imitari potuisse: ut urbanus aut disertus esset, non potuisse efficere etc.“ aliam *Dacerius*, qui suae interpretationi: „Hyarbitas voulant passer pour homme eloquent et pour fin railleur, s'attacha justement à imiter les railleries piquantes de Timagene, et mal lui en prit“ coll. Senec. de Ir. 3, 23. et Plutarch. de Adul. et Amic. discrim. VI. p. 250. commentandi causa haec addit: „Horace veut donc dire qu' Hyarbitas se perdit en voulant imiter Timagene par l'endroit qui étoit le moins imitable en lui; et qui avoit causé sa perte. En un mot Hyarbitas imitoit ce que Timagene avoit de mauvais, et non pas ce qu'il avoit de bon. C'est le sens de ce passage qu'on n'avoit point bien expliqué.“ *Dacerium Daruus* sequi videtur: „Au lieu d'égaler Timagène Par son savoir, par son talent, Pour acquérir son enjoûment Certain sot prit de la peine, Et se perdit en l'imitant.“ Ab his popularibus discedunt scripturam *aemula coena* amplexi *Sanadonus* et *Walckenarius* (II. p. 356), quorum ille: „On dit qu'un certain Maure creva au milieu d'un festin, par une sote émulation d'imiter la mordante éloquence de Timagène,“ quorum hic: „Codrus voulant un jour, à souper, et après avoir bien bu, imiter la declamation de Timagènes, se rompit un vaisseau dans la poitrine, et mourut subitement.“ Sed sapienti sat!

p. 521. coll. *Schwenckio* in Welckeri et Ritschelii Rhenano Museo I. p. 469. ita in dubium vocat, ut *Jarbitam* nomen servile esse suspicetur. Probabilior mihi de Codro quidem sententia *Theod. Bergkii* est, cui Virgilianus *Codrus* videtur esse *Cornificius* [*Longus* auctore Servio ad Virg. Aen. 3, 332.], Horatianus *Juba*, Mauritaniae rex litteratissimus *).

V. 17. 18. *Decipit exemplar vitiis imitabile*, qua quidem sententia Hor. imitationem non tollit, sed vitiis, id quod recte vidit *Torrentius*, inhaerere vetat. Cic. de Or. 2, 22, 90. *multos imitatores saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando.* Quintil. Inst. 10, 1, 25. *acciditque his, qui quicquid apud illos (summos) reperitur, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur (id enim est facilius) ac se abunde similes putent, si vitia magnorum consequantur.* Conf. ib. 10, 2, 15. 16. Hieronym. Epist. ad Laet. 7. (I. p. 36. B. E.) *Proclivis est etiam malorum imitatio, et quorum virtutes assequi nequeas, cito imitaris vitia. — — Vitia non decipiunt, nisi sub specie umbraque virtutum.* Ita ipse Horatius A. P. 25.; similia vid. apud Rupert. ad Juv. 14, 109. coll. 31 sqq. 40. 41. Commode *Orellius* et *Dillenburger* v. *vitiis* et ad v. *decipit* et ad v. *imitabile* referunt. Talia constructionis duplicis exempla vid. in Excurs. ad 7, 18. p. 402. et 18, 16. p. 425. — V. 18. *Quodsi casu* **) *pallerem — cuminum.* Explicationem Acronis et Scholiastae Cruq., qua „cuminum potatum pallidos reddit homines," comprobant Plin. 20, 14. s. 57. *Omne cuminum pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt, Porcii Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos.* Ibid. 15. s. 58. Dioscorid. 3, 68. *κύμινον τρίπει δὲ καὶ χρῶτα ἐπὶ τὸ ὠχρότερον, πινόμενόν τε καὶ συγχριόμενον.* Pers. 5, 55. *pal-*

*) *Th. Bergk* de *Cornificio* poeta accuratissime disputavit in Indice scholar. aestiv. Marburg. 1848. 4. p. I — IX. Quodsi *Orellio* regem illum litteratissimum atque ditissimum cum Graeculo Timagene unquam in declamando contendisse perquam improbabile est coll. *Visconti* in *Iconografia greca* III. p. 388., ego quidem non prius meo utar judicio, quam Vir ille doctissimus de hoc accuratius, id quod p. IX. pollicetur, suo tempore dixerit. Assensum tulit *Jahnii* in „NJbb." 1846. XLVI. 4. p. 477.

**) De dictione *si casu*, i. e. vel morbo vel studio, quae apud Ovid. Trist. 3, 1, 17. 3, 1. pro *si forte* dici videtur, vid. ib. *Loers.* et *Becker.* in Eleg. Roman. p. 49.; recte *J. Merkel:* „Machte mich Zufall blass."

lentis grana cumini. Exsangue autem per prolepsin quandam ut *tristes Hyadas* Od. 1, 3, 14., *pallida Mors* Od. 1, 4, 13., *Notus albus* 1, 7, 1., *pallida Pyrene* Pers. prol. 4. (ib. O. Jahn.) et similia, de quibus conf. *Meyeri* Commentat. *de Epithet. ornant. vi* etc. p. 23. et *Goser.* ad Virg. Aen. 1, 202. Ceterum de pallore quum studiorum, tum poetarum notissimo conf. *O. Jahn.* ad Pers. 1, 26. *Spalding.* ad Quintil. Inst. 1, 2, 18. *Rupert.* ad Juv. 7, 97. *Rader.* ad Mart. 7, 4, 1. et 8, 3, 18. *J. Z. Platneri* Opusc. II. p. 130 sqq. Prolus. XVI. de Pallore. Quum *Porcius Latro* a. u. 752. senex mortuus esset, *Orellius* sane fieri potuisse credit, ut Hor. hos ipsos Porcianos h. l. derideret. „Eminuerunt autem," ut idem observat, „in hujusmodi imitatorum grege proprio ingenio carente *οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα.* Plutarch. de aud. Poet. p. 97. W."

V. 19. 20. *O imitatores — tumultus!* Dictionem *servum pecus* in *θρέμματα ἀνδραποδώδη* plenam expresserunt Pseudo-Lucan. 6, 152. (ib. Bentl. et Weber.) *O famuli turpes, servum pecus absque cruore* et Malch. Ecbas. captiv. 1029. *Accubet et reliquum servum pecus ad comedendum. Tumultus* autem intellige perturbationem animi, qua illi imitatores sive incitati sive occoecati in prava ruerunt, nos: „tolles Treiben." Alii aliter *). Ad dictionem *bilem mov.* conf. Juv. 15, 15. *bilem aut risum fortasse quibusdam Moveat.* Mart. 5, 27, 3. *Si forte bilem movit hic tibi versus.* Prud. Perist. 10, 867. *Commovit iram fellis implacabilis. — saepe jocum,* ut Sat. 2, 5, 37. (ib. Wüstem.) *neu sis jocus.* Phaedr. 1, 21, 2. (ib. Burm.) *Quicumque amisit dignitatem pristinam, Ignavis etiam jocus est in casu gravi.* Perperam autem Scholiastes Cruq.

*) Notio v. *tumultus* ex Sat. 2, 3, 208 petenda est. Schol. Cruq. intelligit „turbationes incertae mentis," *Lambinus* „timores exanimes, conturbationes et trepidationes," *Torrentius* „trepidationem et curam in imitatione aliorum," *Rodellius* „inquietos invidiae motus," *Haberfeldus* „studium aliorum excitandi imitationem," *Weichertus* (Lectt. Ven. p. 70) „obtrectatorum vituperia et maligna de Horatii poematis judicia publice nec sine magno strepitu et arroganti vanitate facta," *Orell.* et *Dillenb.* „vanos conatus imitandi ac deprimendi simul Horatii," *Düntzer* „das angestrengte Treiben dieser Leute, um sich nur einen Namen zu machen, wozu auch die Angriffe auf unsern Dichter gehören, den sie herunterzureissen suchten." De *bile* cf. Schmid. ad h. l. et Rupert. atque Heinr. ad Juv. 1, 45. Hieronym. Epist. 57. de obtrectatore: *Quoties me iste in circulis stomachari fecit et adduxit ad cholerem?* i. e. bilem.

ante illa verba particulam *ita* intelligi jubet, at *ut* hic non comparantis, sed exclamantis ut Epod. 2, 19. Sat. 2, 8, 62. est. Ita Cic. ad Attic. 2, 21. *Ut ille tam humilis, ut demissus erat!* Conf. Forbig. ad Virg. Ecl. 8, 41.

V. 21 — 23. *Libera per vacuum — reget examen.* Sententiarum ordo: „Quodsi me et ipsum imitatorem esse dicitis, scitote, me Lyricorum vestigia Latinis ante me intacta non ut *servum imitatorum pecus*, sed meo ipsius ingenio confisum secutum esse.“ *J. Merkel:* „Neues Gebiet durchwandelte frei mein bahnender Fusstritt Ohne voraus mir gehende Spur.“ Ita Lucret. 1, 925. coll. 4, 1 — 5. *Avia peragro loca, nullius ante Trita solo.* Virg. Ge. 3, 292. *Juvat ire jugis, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo.* Prop. 3, 1, 1 — 6. 17. (ib. Hertzb.) coll. 4, 10, 4. (ib. Fr. Jacobs. II. p. 273.) Manil. Astron. 1, 4 — 6. Nemesian. Cyneg. 8 — 11. Sic Antipat. Thessal. in *Fr. Jacobs.* Delect. Epigr. 4, 69, 5. *Εἰ τὰν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις Μαῖσαι*, ubi ille hunc locum comparat. Oppian. Cyneg. 1, 20. *Ἔγρεο καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπόν, τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῆς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς*, ubi vide *Ritterhus.* coll. *Mitsch.* ad Od. 1, 26, 6. 3, 30, 10. 4, 9, 4. *Passov.* ad Pers. p. 206. et 384. prol. 1. et. Sat. 1, 103. *Bentl.* ad Hor. Epist. 2, 2, 80. De dictione *per vacuum* *), pro qua Callimachus Epigr. 8, 1. *καθαρὴν ὁδόν* dixit, conf. Gronov. ad Liv. 25, 3, 18. et de vv. *ponui vestigia* cf. Lucret. 3, 1 — 4. *inque tueis Ficta pedum pono pressei vestigia signis.* Theocr. Id. 17, 121. (ib. Wüstem.) *ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.* Exempla solutae orationis affert *Heindorf.* ad Sat. 2, 6, 102. Conf. *Weichert.* Lectt. Venus. p. 91. De *libero* autem Horatii alios imitandi studio, quod pleniore ore poetarum more hic professus esse videtur, egregie dixit *Gu. Ern. Weber* in libro saepe laudato p. 213. In verbis *qui sibi fidit* etc., quibus coecus imitatorum impetus alterum ut ducem vel antesignanum sequentium describitur, similitudo ab apium examine, ut recte observat Porphyrion, desumpta est. Sic Cratinus Meinekii p. 16.: *Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε!* De illa similitudine, quam pluribus illustrat *Schmidius*, cur dubitarit *Weichertus* non video; sollemnis enim, ne alia commemorem, poetarum cum apibus

*) *Orellius* dictionem ab Jct. formula per *vacuam possessionem* repetens comparat Gaj. 2, 51. 4, 131., compararunt alii *in vacuum venire* Sat. 2, 5, 50., ubi de hereditate agitur.

comparatio est, vid. ann. ad 3, 21. et *Nitzsch.* ad Plat. Jon. p. 33. Verbum autem *examen* de aliis quoque animalibus ut avibus, conchis, locustis etc. usurpatum (Drakenb. ad Liv. 38, 46, 5.) facile ad homines transiit, vid. Mitsch. ad Od. 1, 35, 31. Bünem. ad Lactant. Inst. 4, 10, 14. Beneck. ad Justin. 25, 2, 8.

V. 23 — 25. *Parios ego — primus verba Lycamben.* Jam Hor. de sua veterum poetarum Graecorum imitatione libera *Parios jambos* *) propter inventorem Archilochum a Paro insula sic denominatos commemorat. Errant autem ii, qui ut *Barthius* (Adv. 8, 18.) et *Oehler* (ad Terent. Varr. Sat. Menipp. p. 156. 53, 15.) versus jambicos hic significari opinantur, siquidem Varronis elegantissimos jambos, qui quidem aliquot reperiuntur, arguere dicunt, Horatium frustra de Pariis a se Latio primum ostensis gloriatum esse; at de toto Archilochi satirico genere hic agitur, de quo vid. *Schmid.* ad 2, 2, 59. *Orell.* ad A. P. 79. *Th. Obbar.* ad Od. 1, 16, 2. *Bernhardy* „Grundriss der Griech. Litteratur" II. p. 333. *Welckeri* „kleine Schriften" I. p. 77 sqq. coll. *Bentl.* ad Epod. 14, 3. *Fürstenav.* de *Carm. aliq. Hor. Chronol.* p. 13. *v. Heusde Studia critt. in C. Lucil.* p. 293. *Weber* l. l. *Hess.* ad Tac. Dial. 10. p. 66. Illud quidem jambico metro contentum Horatius se *primum* ad Latinam poesin transtulisse dicit, a qua explicatione ii discedunt, qui ut *Haberfeldus* et *Böttiger* (ad Epod. p. 278.) illud vocabulum ad Epodos tanquam poetica Horatii rudimenta referunt, sed significationem v. *primus* bene enodavit *J. H. Vossius* ad Virg. Ge. 3, 10. quippe qui Lucret. 1, 925. Horat. Od. 3, 30, 13. Prop. 3, 1, 3. Manil. 1, 4. conferret. Ex alia parte assurgit *Jul. Jos. Scaliger* (Poetic. VI. p. 805) hac Poetae criminatione: „Hos enim Parios jambos Romanos ab se primo factos temere gloriatur. Quis enim nescit a Catullo id antea felicissime factitatum." Contra judicem justo morosiorem disputat *Dacerius*, quocum de gloriationis causa conferendi sunt *Weichertus* p. 92., *C. Passovius* N. 153., *Paldamus* in „Röm. Erotik" p. 40., *van Heusde* l. l. p. 296., *Schwenckius* in Mus. Rhen. l. l. p. 470. In verbo denique *ostendi* quandam fiduciam sui per-

*) Propter hunc locum ambigunt, utrum Horatius librum *Epodon* hoc ipso nomine, an *jamborum* ut Epod. 14, 7. Od. 1, 16, 3. 24. Epist. 2, 2, 59. inscripserit. Quanquam in utramque partem auctore *Frankio* (Vit. Hor. p. 46.) nuperrime disputarunt *Teuffel* in „Horaz" Tübing. 1843. p. 35., in „Zeitschrift f. d. A." 1845. N. 77. p. 616. atque in *Paulyi* „Real-Encyclopädie" III. p. 1476., *Weber* l. l. p. 208. N. 169., lis tamen sub judice est.

sentisces, sive verbum ut gr. δεικνύναι et ἀναδεικνύναι *) cum *Eichstadio* ad van Ommer. p. 229. a mysteriis ad Musarum sacra (Prop. 3, 1, 3.) sive a more modoque artificum, qui sua opera ad unguem perpolita aspectui praebuerunt, cum *Orellio* ad poetas transferas coll. Hermesianact. Fr. 47., sive rhetorum vel poetarum aliorumve consuetudinem intelligas, qua, quod ego quidem malo, ii in theatro aliove loco ingenium vocemque vel paucis iisque subacti judicii hominibus vel populo talium rerum curioso probare soliti sunt, vid. infr. v. 37 sqq. Casaub. ad Athenae. 3, 29. Heusing. ad Aesop. Fab. 96, 2. Beier. ad Cic. de Off. 1, 41, 147. Verbis autem *numeros* (Od. 4, 2, 10. Sat. 1, 4, 7. A. P. 74) *animosque* i. e. acrem animum ac vim *secutus Archilochi* Horatius tum ejusdem modos carminisque artem acri illo spiritu temperatam, tum maledicentiam et mordacitatis crimen **) se evitasse, *non res et agentia verba Lycamben*, sive Archilochi liberum imitatorem, non fidum interpretem se esse profitetur. Ovid. Ib. 51. *in te mihi liber iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.* Mart. 7, 12 (11), 6. (ib. Rader.) *Si qua Lycambeo carmine tela madent.* De Lycambe ab Archilocho jamborum virulentia ***), quod pactam sibi Neobulen filiam alteri

*) De hac verbi significatione conf. *Mitsch.* ad Hom. H. in Cerer. 473. p. 224. *Jacob.* ad Lucian. Alexandr. 13. p. 32. *Creuzer.* „Symbol. u. Mythol. im Auszuge" p. 6. *Lobeck.* de Spectt. Myst. Diss. III. pr. Senec. Epist. 95. *Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur.*

**) De *numeris* Archilochi vid. *Bernhardyi* „Grundriss der Gr. Litteratur" II. p. 338. Quodsi *Bentlejus* aliique *animos* argumenti acerbitatem vel animi rabiem in perstringendis aliorum vitiis intelligunt, eam Horatium his ipsis verbis a se alienam esse voluisse, licet jamborum virus Cassio Severo Epod. 6, 11. minatus sit, equidem dixerim. Bentlejo assentitur *C. Passovius* N. 187. Quomodo hic locus a Quintiliano 10, 1, 96. non abhorreat, dixit Vir doctus quidam in „Jen. L. Z." 1825. ch. 72. p. 94. (apud Frotsch. p. 266 sq.) coll. *Gernhard.* ibid. Alii ut *Baehius* (l. l. p. 1045.) coll. Quintil. Inst. 10, 1, 60., *Düntzer*, *J. Merkel* interpretantur „Geist, esprit," quos improbat *Orellius* sentiens „fervorem impetumque poeticum" comprobata et *Goupyi* „le mouvement" et *Pallavicini* „l'ardimento" interpretatione. Conf. etiam *Kuinoel.* ad Prop. 2, 34, 83. *Nec minor his animus aut* etc. *Res* autem et *verba* sibi opponuntur uti „Stoff und Ausdruck" A. P. 310 sq. coll. Heind. ad Sat. 1, 4, 47. — *agentia* i. e. agitantia, vexantia ut Epod. 5, 89. (ib. Mitsch.) *Diris agam vos.* et Terent. Ad. 3, 2, 21. (ib. Donat.) *Ceteros ruerem, agerem, raperem* etc.

***) Male abutitur illis verbis et, ut mihi quidem videtur, *Samadeni* ad v. 24. annotatione *Walckenaer* II. p. 356. ad probandam suam de editis post

collocasset, ad restim adacto vide quos laudant *Schmidius* ad h. l. *Mitscherlich.* ad Epod. 6, 13. *Fr. Jacobs.* ad Delect. Epigr. 4, 23. 24. et in „Allgem. Encyclopädie" V. p. 142. coll. *Gaisfordi* Poet. min. Graec. I. p. 279 — 326. et de laude, quam ipsi veteres scriptores Archilocho tribuerunt, *Ruhnken.* ad Vellej. Paterc. 1, 5. et interpp. ad Longin. 33, 5. Laudatores Horatii tanquam Epodon scriptoris indicat *Guil. Teuffel* in Paulyi „Real-Encyclop." l. l. p. 1477.

V. 26. 27. *Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes* etc. i. e. ut recte Porphyrion: „Ne me parcius laudes, tanquam in metris nihil innovare ausim ac proferre pro meo etc." Pro parva autem laude vel, ut ait Schol. Cruq., „minori corona" *folia breviora* scil. hederae (coll. ann. ad 3, 25. Rader. ad Mart. 8, 76 (82), 8. O. Jahn. ad Pers. prol. 5.) sive mavis lauri, quibus imagines coronabantur (Rupert. ad Tac. Ann. 2, 83, 2.) posuit, quapropter cave, ne „mox flaccentia," „non diu duratura" coll. Od. 1, 36, 16. 2, 3, 14. cum *Sanadono*, aut cum *Cruquio* ac *Dacerio* coronam tonsam sive tonsilem (Wagn. ad Virg. Ge. 3, 21.) intelligas. De *ornandi* verbo in hac re proprio conf. Broukh. ad Tib. 2, 1, 54. Prudenter autem Poeta, ut iniquum Grammaticorum judicium occupando quasi infringeret, *doctum Maecenatem* allocutus est, quod negare non debebat *Düntzer* *).

Poetae mortem Epodis sententiam: „Sanadon remarque judicieusement que, lorsqu' Horace se vante de n'avoir imité d'Archiloque que la mesure des vers, et nullement l'acreté et la virulence, il oublie ses épodes contre Canidie, Cassius, Menas, le poète Moevius, la vieille debauchée: ce qui est encore une preuve ajoutée à tant d'autres, que ses épodes ne furent jamais comprises, de son vivant, dans son recueil; qu' il n'avoua jamais ouvertement ces oeuvres de sa jeunesse; quelles furent recueillies et ajoutées, après sa mort, à celles qu'il avait lui-même publiées." Conf. eundem I. p. 93. 360. 539. In eadem sententia est *Vanderbourgius* II. p. 561 — 63. ed. Hor. Carm. lib. V. Quanquam facile concedimus, singulos Epodos opportuno scriptionis tempore hominibus innotuisse, tamen non possumus non profiteri, Horatium, si Epodon librum publica editione cum aequalibus non communicasset, sic scribere non potuisse. Sobrie de editis Epodis nuper disputavit *Gu. Teuffel* in „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1845. N. 77. p. 613. quocum conf. *Weber* l. l. N. 168. De sententia *van Heusdii* ad Sat. 1, 9. p. 58. Horatius *iambos* juventute compositos posteritatem celavit.

*) Is et in Addend. p. 304. de sua sententia non decedit: „Auch jetzt noch glaube ich *ornes* nicht als Anrede an Maecenas fassen zu dürfen. Die Vertheidigung ist ganz allgemein gehalten und nur am Anfange an den Mae-

V. 28 — 31. *Temperat Archilochi — carmine nectit.* Quum Horatius suam imitandi rationem ea libertate, qua insignes illi poetae Sappho et Alcaeus in recipiendis Archilochi numeris usi sint, excuset, verba *Bentlejo* auctore ita componenda sunt: „*Sappho temperat, Alcaeus temperat Musam* (suam, carmina sua) *) *pede Ar-*

---

cenas gerichtet, gleichsam als erster Epilog, dem noch ein zweiter, an das Buch gerichteter, folgt.“ His quidem verbis Vir doctissimus non modo non cohaerentia inter se, sed maxime disjuncta dixisse videtur. Poeta enim quasi sermonem de suis studiis poeticis, quae patroni doctissimi judicio arbitrioque permittit, cum eodem habet. Reliqua, quae huc faciunt, indicavimus supra. Ceterum de *modis*, qui iidem sunt numeri, vid. *Heind.* ad Sat. 1, 4, 58. et *Dillenb.* ad Od. 3, 30, 14.; de *non mutatis modis* dixit *Bentlejus* ad Epod. 11, 1. p. 339. ed. Lips., de usu verbi *timui Heindorf.* ad Sat. 1, 4, 23. Formulam *Ac ne me* negativam (Cic. de Or. 1, 2, 8. pr. Sest. 67, 140.) et intelligendum ante v. 28. verbum *scito* illustravimus ad 18, 58., adde *Bauer.* ad Sanct. Min. II. p. 220.

*) Tentamina interpretum *Bentlejus* h. l. quum censoria quadam virgula notavit, tum loci acumen quanquam ceteris melius, tamen non ab omni parte rectius illustravit. Novam autem facem loco praetulit et Bentlejanae explicationi calculum addidit *Welcker* in Jahnii „NJbb.“ 1830. XII. 1. p. 24 sqq. cujus disputationem (in „kleine Schriften“ quoque I. p. 140. repetitam) typis repetiit *Orellius* in Excurs. p. 588. De *pede*, quem *Bentlejus* recte „numeros Archilochi vel versiculum integrum“ dicit coll. Od. 4, 6, 35. A. P. 81. quemque *Neue* in Sapph. Mytil. Fragm. p. 17. et *Weichertus* (Lectt. Ven. p. 94.) pro pede jambo illorum poesi admixto habent, uberius dixerunt *Marklandus* et *Handius* ad Stat. Silv. 1, 2, 9. De v. *temperat*, i. e. ad arbitrium regit, conf. *Lambin.* ad Od. 1, 8, 7. *Mitscherl.* ad Od. 4, 3, 18. Quae genera versuum praeter jambum Archilochus invenerit, uberius et plenius edocet *Liebel* in Archil. Reliq. p. 23 sqq., de metris et poesi *Alcaei* praeter alios disputant *Welcker* in „kl. Schrift.“ I. p. 141 sqq., *G. Hermannus* in „Elem. doctr. metric.“ p. 687 sqq., *Matthiae* ad Alc. Mytil. Fragm. p. 5 sqq. coll. *Fr. Jacobs.* in „Allgem. Encyclop.“ Lps. 1819. III. p. 133. *Bernhardy.* „Grundriss etc.“ II. p. 477 sqq., de *Sapphus* studiis poeticis *F. W. Richter* in: „Sappho und Erinna“ etc. Quedlinb. 1833., *Welcker* II. p. 83 sqq. *Bernhardy.* II. p. 483 sqq. coll. *Plehn.* in Lesbiac. libro p. 169 — 198. et *Neue* l. l. p. 12 — 17. De *ordine* autem, i. e. metrorum variatione et connexione *Welckero Bentlejus* praeivit. Rursus *Hocheder ordinem* „die innern Motive zum Gesange“ intelligit et *Welckero* ita adversatur *Düntzer*, ut dicat (p. 525): „Wenn er aber erklärt: „„*Sappho* und *Alcaeus* mischten in ihre Lieder Verse des *Archilochus* von verschiednem Rhythmus und verschiedner Länge,““ und *ordine* auf „„die Folge und Verbindung der verschiedenen Versarten““ untereinander erklärt, so können wir nicht beistimmen. *Pes* ist im Allgemeinen die Art, die Weise des Liedes. Vgl. carm. 4, 6, 35. *Ordo* kann seiner Verbindung wegen hier nicht auf die Folge der Verse gehn, sondern nur auf die gesammte Art,

chilochi, i. e. numeris (*ῥυθμοῖς*) variisque versuum generibus, quibus Archilochus praeter jambos usus est quaeque illi suis carminibus immiscuerunt, sed *dispares rebus*, i. e. argumentis ab ipsis tractatis, et *ordine*, i. e. versuum inter se connexione, uti acute vidit *Welcker*, Vir summus. *Mascula* autem dicitur *Sappho* propter ingenii vim *), qua ipsos poetas aequavit. Paulo angustius Schol.

---

den Charakter der Poesie. Vgl. 1, 1, 99. Plaut. Trin. 421." De hac v. *ordine* interpretatione paene adducor, ut ei assentiar, de interpretatione *pedis* non item.

*) Conf. quae Sappho de se ipsa apud Ovid. Her. 15, 27 sq. dicit: *At mihi Pegasides carmina blandissima dictant: Jam canitur toto nomen in orbe meum. Nec plus Alcaeus, consors patriaeque lyraeque laudis habet: quamvis grandius ille sonet.* Strab. 13, 2. p. 137. Tauchn. Delect. Epigr. graec. 4, 25 — 28. (ib. Fr. Jacobs) Dorv. ad Charit. 3, 9. p. 408. Rader ad Mart. 7, 58 (68), 9. et quos laudat laudatores Sapphus *Welcker* in doctissima dissertatione: „Sappho von einem herrschenden Vorurtheil befreit." Kleine Schrft. „II. p. 82 sq., ne commemorem *Jo. Chr. Wolfium* in Sapph. poetriae Lesb. Fragm. et Klog. p. 168 sqq. Ab illa, quam supra posuimus, interpretatione non dissident *Lambinus*, *Schmidius*, *Bothius* ap. Fe., *Orellius*, *Hocheder*, *Düntzer*, *Dillenburger*, et eam probat *Bernhardy* l. l. p. 489. Contra *F. W. Richterum*, qui l. l. p. 19. „den männlichen Schwung der Verse" sentit, disputat *Welcker* II. p. 116. sententiam eorum comprobans, qui cum *Turnebo*, *Barthio*, *Jos. Scaligero* (Auson. Lectt. 2, 18.) *saltus viriles* significari opinantur. *Porphyrioni*, quocum consentit Auctar. Comm. vet. ap. Cruq. *masculam* „vel quia in poetico studio versata est, in quo saepius enituit, vel quia tribas diffamatur fuisse" dicenti in hac quidem re assentitur *Britannicus* et ad h. l. et ad Juv. 6, 311. 2, 47. Eam sententiam non repudiant *Volger* in Sapph. Carm. et Fragm. (Lps. 1810) p. XXXII. et *Plehn* in Lesbiac. libr. p. 186., pro vero simili habet *Daru*. Neque ea opinio omni probabilitatis specie caret, si contuleris Lucianum in Dial. meretr. 5, 2. male narrantem: *τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγουσι γυναῖκας ἀῤῥενωπούς, ὑπ' ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ πλησιαζούσας ὥσπερ ἄνδρας.* Alios locos indicat *Welcker* p. 86. N. 14. et p. 120. N. 68. Mediam quasi interpretandi viam cum *Torrentio* et *Baxtero* ii ineunt, qui ambiguitatem nolunt remotam. Quid de hoc loco *Buttmannus* senserit, ex ejus dissertatione „Uiber das Geschichtliche und die Anspielungen im Horaz" in *Comment. Soc. Berol.* a. 1804 — 1811. p. 42. atque ex praefat. *Mythol.* II. perspicitur. Conf. etiam *Walckenaer*. II. p. 69 sq. et p. 355, ubi is *Sappho masculam* „les chants mâles de Sapho" dicit. Quodsi *Daruus* tali interpretationi rationem carminis Sapphici convenire negat: „Il serait d'autant plus difficile d'appliquer ce *mascula* à sa poésie, qui d'ailleurs n'a point ce caractère, que cette idée ne se lierait pas avec celle que présentent le mot *temperat* et le reste de la phrase," nos quoque poetriam in suis strophis mollem ac delicatam neque concitatiorem nisi in ceteris sentimus, at quis est, qui illud Epitheton artioribus limitibus includat ac non ad virilia studia poesi ornata referat?

Cruq.: „metrica ratione virilis et fortis.“ Alii aliter, ut *Turnebus* (Adv. 10, 2. coll. *Barth.* Adv. 32, 14. p. 1489), qui *masculam* intelligit, „quae tam audaci animo fuerit, ut de Leucade petra praecipitem dare se ausa sit.“ Ad hanc interpretationem faciunt Auson. Id. 6, 24. *Et de nimboso saltum Leucate minatur Mascula Lesbiacis peritura sagittis.* Stat. Silv. 5, 3, 154 sq. Ovid. Her. 15, 171 sqq. A toto autem coelo aberrant, qui sententia satis obscoena virilem illam poetriam, quod tribas fuerit, illo Epitheto ornatam opinantur.

V. 30. 31. *Temperat Alcaeus* etc. Quam facile vel optimo interpreti sit, labi atque errare, id indicio est, quod *Lambinus*, postquam vv. antecedentes mire explicavit: „Sapphica carmina, quae scripsi in libris carminum ad exemplum Sapphus et Alcaica, quae ad Alcaei, temperant Archilochi jambos nimis atros et contumeliosos, quibus usus sum in libro Epodon,“ vocabulum *dispar* ad Archilochum hac sententia refert: „Archilochus, quem ego meis versibus exprimo, dissimilis illi Archilocho, cujus versus acerbissimi et atrocissimi sunt, neque socerum quaerit.“ *Lambini* vestigia legit *Dacerius*. At Poeta addidit haec, ut demonstraret, quomodo Sappho et Alcaeus suis argumentis ab Archilocho discesserint. Ad dictionem *vers. oblin. atris*, i. e. perniciosis, venenosis conf. Od. 1, 37, 27. 3, 4, 17. Epist. 2, 2, 60. Schmid. ad 2, 1, 236. Ruhnk. ad Ovid. Her. 9, 115., ad vv. *famoso carmine* Suet. Caes. 73. *famosa epigrammata*. Id. Octav. 55. *famosi libelli*, alias ut Epist. 2, 1, 153. *malo carmine*. *J. Merkel:* „Er, der — keiner Verlobten das Seil umschlingt durch höhnende Lieder.“ Inde Lycambidae*) apud Dioscorid. in Delect. Epigr. 4, 24, 5. *καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥιγηλὸν ὄνειδος Φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος.* Mitsch. ad Epod. 6, 13.

V. 32 — 34. *Hunc ego — teneri*, i. e. Alcaeum, quicquid dicunt *Turnebus* (Adv. 10, 2.), *Weichertus* (l. l. p. 94.), *Orellius*, alii, qui istud Pronomen ad Alcaeum et Sappho suppresso quidem nomine ut Od. 3, 30, 13. coll. 4, 3, 12. 6, 35. et 1, 26, 11. 32, 4 sq. propter Od. 2, 13, 25. referre non dubitant. Horatius enim ut in Satiris Lucilium, ita in Epodis Archilochum, in Carminibus Alcaeum (Od. 1, 32, 5.) pro auctoribus habet, quos uti antesignanos

*) Archilochi *socer* Lycambes v. 80 vocatur non tam ob id, quod ille Neobulen in legitimum matrimonium, ut ait *Fr. Jacobs* l. l. ad v. 10, petiit, quam propter certam ipsius matrimonii spem, de qua dicendi consuetudine vid. ann. ad 2, 28. coll. Hildebr. ad Apul. Met. 8, 12. p. 682.

se secutum *) esse profitetur. Si enim Sapphus mentionem facere voluisset, facillime *Hos* scripsisset. Alio modo ii errant, qui Porphyrione et Scholiasta Cruq. auctoribus ut *Britannicus*, *Piscator*, *Chabotius*, *Rodellius*, *Desprezius* et e nostratibus hac quidem aetate *Wielandius* et *Hocheder* Archilochum intelligunt. Neque enim Horatius de solis Jambis, sed de tota poesi lyrica, ut ei propositum erat, dixisse censendus est. Commode etiam *Bentlejus* ineptum et putidum esse dicit, bis idem intra paucos versiculos ingerere recteque addit, neminem omnium Archilochum Lyricis adscripsisse, quanquam nos ipsi ex nostra quidem judicandi ratione ejus poesin ad lyricae primordia *Astio* duce („Grundriss der Philologie" p. 87. § 28) referre malumus. Huc accedit, quod saepe alii monuerunt ut *Rosenheynius* (in Seebod. „Archiv f. Phil. u. Paedag." 1832. I, 3. p. 369 — 373), metrum Sapphicum bis a Catullo (11. et 51.), nunquam Alcaicum esse tentatum **). Inde etiam clarior lux exoritur verbis; *non alio dictum prius ore*. Eodem referunt Od. 3, 30, 13. 4, 9, 3. Qui cum *Landino* non Alcaeum, neque Archilochum, sed *pedem* jambum vident, eos notandos, non refutandos arbitramur. Verba *Latinus volgavi fidicen* illustrant Od. 4, 3, 23. *Romanae fidicen lyrae* et Od. 4, 6, 27. *Dauniae — decus Camenae* coll.

---

*) Quam non anxie et serviliter Horatius Graecorum poetas omnino imitatus sit, luculenter enodarunt *C. Passovius* N. 269 sqq. *Weber* l. l. p. 213 sq. et quos laudat *Teuffel* in Paulyi „Real-Encyclopädie" III. p. 1478., quibus adde *Theod. Arnoldi* Quaestionis de Horatio Graecorum imitatore particulam. Hal. 1845. Sobrie *Bernhardy* („Grundr. der Gr. Litteratur" II. p. 483): „Im übrigen ist das (auch von *Müller* Geschichte I. 306. ausgesprochne) Verurtheil, dass die Odenpoesie des H. trotz der Feinheit und Kunst gegen ihr Muster in Schatten trete, weil ihr das leidenschaftlich bewegte Gemüth des Alc. fehle, durchaus ungerecht, da H. als Realist und als Dichter der resignirenden Lebensweisheit beurtheilt sein will, folglich auf das Gebiet des individuellen Pathos und dessen subjective Interessen verzichtet."

**) *Alcaeum* h. l. intellexerunt *Badius*, *Glareanus*, *Baxter*, *Bentlejus*, *Sanadonus*, *Sieryus*, *Rosenheynius*, alii, contra *Frankius* cum *Weicherto* facere videtur. Propter rei gravitatem *Hochedri* verba apponenda nobis videntur: „Nach meiner Ansicht versteht Porphyr. den Archilochus ganz richtig; nicht wie es Döring dem Bentlei nachmeint, den Alcaeus. Dadurch würde die Einheit des Gedichts gestört. Sappho und Alcaeus stehen nur in einem untergeordneten Bezuge zur Thesis, die V. 23. 24. Mit ihrem Beispiele rechtfertigt der Dichter nur seine Nachahmung, in Betreff der er mit diesen anerkannten, berühmten Mustern dem Archilochus, ihrem gemeinsamen Originale, gegenüber auf gleicher Linie steht."

Fea ad v. 25. Ovid. ex Pont. 4, 16, 28. de Rufo: *Pindaricae fidicen — lyrae*, de Horatio ipso conf. Trist. 4, 10, 49 sqq. Sidon. Apollinar. Epp. 8, 11. *Aut quo (stylo) tu Latium beas, Horati, Alcaeo melior lyristes ipso.* Alteram eamque falsam scripturam *Latinis* olim explicabant vel „Latinis modis ac verbis," vel „Romanis, in Romanos." — V. 33. *juvat* uti Od. 1, 1, 4. 4, 1, 29. A. P. 377. de jucunditate intimo animo percepta, non ut *Wielandius:* „warum sollt' ich's nicht gestehen? Mir schmeichelt's *), wenn." — *immemorata ferentem.* Porphyr. „a nullo ex Latinis ante dicta." Conf. Od. 3, 25, 8. et locos v. 21 — 23 laudatos. Verbum *ferentem* ambigue dici dicunt tum de dono oblato A. P. 175, tum de re procreata ut Sat. 1, 5, 42. Virg. Ecl. 4, 39. (ib. Forbig.); in illam sententiam *J. Merkel:* „Freude gewährt es, zu sehen das neue Geschenk in den Händen Edeler Männer und fesseln den Blick der gebildeten Leser." At simpliciter est „nova ferre, nuntiare" ut Tacit. Ann. 6, 47, 2. *commentarii ad senatum missi ferebant, Macronem praesedisse.* Sic Graeci φέρειν, cf. Wund. ad Soph. Antig. 1151. Quod *Weichertus* (p. 95) illa verba sensu praegnanti ut v. 24. *ostendi*, ut Poeta quasi μυσταγωγός sit, dici vult aeque arcessitum videtur ac tecta illa τῆς ἀῤῥηφορίας a Pausania 1, 27. (I. p. 95 sq. Siebelis) commemoratae significatio. — V. 34. *Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.* Ex ratione linguae ut v. 40. *Grammaticae tribus* et 16, 16. 37. Similiter Pers. 5, 16. *ingenuus ludus* et Cic. Brut. 69, 244. *memoria nota et aequalis.* Id. de Or. 1, 29, 133. *mos rhetoricus.* Ceterum illa dictione (13, 17. 2, 1, 53. A. P. 269.) aperte significatur is liber, quo maxime delectamur quemque ipsi anagnostarum opem non exspectantes volvimus ac revolvimus, „ein Lieblingsbuch;" similiter Ciceroni Epist. ad Div. 16, 22, 2. *nostris oculis et auribus servire* is dicitur, quem libenter et audimus et videmus. Intelligit autem Poeta tales lectores, quales Sat. 1, 10, 81 — 87. enumerantur, qui ingenuae indolis ut Tibullus ille (3, 1.) *candido judicio* (Ovid. Trist. 2, 80.) carmina legunt. Speciosior quam verior est *Orellii* ratio, qui *ingenuos libertinis*, quo ex genere plerique grammatici, Horatii obtrectatores, fue-

*) Verbum *juvandi* pluribus illustravit *Jahnius* in luculenta „Disputatione de Horatii carmine primo." Lips. 1845. p. 20. Ad scr. *Latinus fidicen* facit elegantissima conjectura *Schneidewini* ad Prop. 2, 34, 31. *Tu Latiis Meropem Musis imitere Philetam.* Vid. Philol. I, 1. p. 170.

rint, opponi opinatur. Aliter sibi contraria finxerunt *Cruquius* et *Baxter*, quorum ille haec ad discrimen Archilochi Graeci inferri sibi persuadet, cujus „odiosa maledicentia ab ingenuis et honestis viris legi indigna fuerit," quorum hic „pudicos" intelligi vult. Utrique quasi auctor Porphyrion *) fuit. Ceterum de hoc Poetae, quod carmina sua in dies a compluribus laudari atque amari experiretur, incitamento conf. *van Heusde* ad Sat. 1, 9. p. 8.

V. 35. 36. *Scire velis — limen iniquus?* „Exponit Horatius deinceps causas, quibus permoti homines quidam *opuscula* ipsius publico odio persequantur." *Ingratus* autem *lector* audit non propter acerbitatem quandam, „manch unfreundlicher Leser," uti vertit *Vossius*, sed quia quibus domi delectatur, ea delectationis immemor in hominum circulis inique imminuit ac deprimit. Ita Liv. 22, 59, 10. *nec premendo alium me extulisse velim.* Ovid. ex Pont. 3, 1, 115. *Quae praestat virtute sua, ne prisca vetustas Laude pudicitiae saecula nostra premat.* Quintil. 11, 1, 16. *Qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur ceteros.* Ibid. 12, 10, 14. Similia vide apud Fabr. ad Liv. 22, 12, 12. Forbig. ad Virg. Aen. 11, 401. Rupert. ad Tac. Ann. 15, 49, 1. Kühner. ad Cic. Tusc. 4, 28, 61. A vero igitur longissime absunt, qui auctore Scholiasta **) Cruq. („celet et ceteris invideat") ut *Chabotius* explicant: „taceat in congressu et coetu hominum," aut ut *Doeringius:* „premat invidia." — *opuscula* ut 4, 3., quae v. 42. *nugas*, v. 44. *poetica mella* et 1, 10. *versus et cetera ludicra*, 13, 17. *Carmina, quae possint oculos aurisque morari Caesaris* dicit. In sententiam conf. Mart. 6, 61.

V. 37. 38. *Non ego — vestis.* Similitudo a candidatorum ambitu petita irrisionis plenissima est. *Plebs ventosa* ut illa *mobilium turba Quiritium* Od. 1, 1, 7. (ib. Mitsch. et nostr. ann. ad 6,

---

*) Is sic: „Hoc vel ad Archilochum refertur, multa obscoena dicentem, vel ad Lucilium, qui aeque multa punice (de conjectura *Dillenburgeri*: „cynice") spurca composuit." Concinit Auctar. Commentat. vet. ap. Cruq. p. 694.: „Hoc vel ad Archilochum refertur multa obscoena dicentem: vel ad Lucilium, qui aeque multa princeps (de conjectura *van Heusdii*: „deinceps") spurca composuit."

**) Porphyrion quum ad *Scire velis* hoc observat: „deest *audies*, ut sit: *Si velis scire, audies*," totam enuntiationem eo modo, non interrogando, accepit, quo nos v. 26 — 28. per intelligendum verbum *scito* explicavimus. Sit sane!

52 — 54. 16, 34.) modo huic, modo illi aut favet aut invidet nulla fere constantia. Inde illa Epitheti notio, qualis 8, 11. 12.; quapropter non assentior *Weicherto* (p. 96.), quum *plebem* literatam *ventosam* i. e. „mendacem" auctore Schol. Cruq. dici opinatur propterea quod *suffragia* ista *coenarum impensis* aliisque muneribus eblandita ideoque *mendaci* assentatione coll. A. P. 419 — 28. adulterata fuerint. *Impensis coenarum* ut Petron. 10. *Multo me turpior es tu, qui ut foris coenares, poetam laudasti.* Mart. 2, 27, 1. (ib. Rad.) *Laudantem Selium, coenae quum retia tendit, Accipe sive legas sive patronus agas.* Id. 6, 48, 1. *Quod tam grande sophos clamat tibi turba: Non tu, Pomponi, coena diserta tua est.* Id. 1, 50, 37. 3, 50, 9. 10. 9, 82, 3. 4. Horatium respexit, ut ait Schol. Cruq., Pers. 1, 53 (ib. interpp.) *Calidum scis ponere sumen: Scis comitem horridulum trita donare lacerna.* Lucil. ap. Jacobs. ad Delect. Epigr. gr. 6, 74, 1. *Ποιητὴς πανάριστος ἀληθῶς ἐστιν ἐκεῖνος, Ὅστις δειπνίζει τοὺς ἀηδοσαμένους* *). Conf. Haberf. ad A. P. 422. Rupert. ad Juv. 1, 1. Gierig. ad Plin. Epist. 2, 14, 4. De donatione *togarum tritarum* ad fautores alicujus rei sibi parandos conf. praeterea Mart. 3, 36, 9. 12, 72, 4. Lucian. de Merced. conduct. 37. Negat igitur Horatius ut saepe alias se populo placere (C. Passov. N. 52) et laudem tam vili re emptam *venari, θηρᾶν*, velle ut 1, 78. ubi vid. anm. coll. Dorv. ad Charit. p. 555. et Cic. ad Herenn. 4, 3, 5. Laus ista maxime recitationibus **), quas Hor. v. seq. significat, quaesita est, vid. Schmid. et Riedel. ad 2, 1, 228. Heind. ad Sat. 1, 3, 86. C. Passov. N. 143. Loers. ad Ovid. Trist. 3, 15 (14), 39.

V. 39. 40. *Non ego, — dignor.* Sententia loci vexatissimi ad meum quidem sensum haec est: „Ego, qui nobiles tantum scriptores recitantes audire iisque mea scripta qualiacumque sunt vicissim

---

*) *Marullus*, qui *impensas coenarum* pro verbo coquinario habet, condimenta et ciborum lenocinium cum cibis ipsis intelligit. „Nec enim tam cibi, inquit, quam impensae gumiis coenam faciunt" coll. Apic. 4, 2. 8, 8. 9, 4. et Arnob. VII. [p. 231. ed. Lugd. Batav.] *quid diversis cum fartilibus confectionis jure multiplici atque impensarum varietate conditis?*

**) De recitationibus illis post *Gierig.* ad Plin. Epist. II. p. 538 sqq., *Thorbeck.* Commentat. de Asin. Pollion. vit. et scriptis p. 96 sqq. 104 sqq. plenius et uberius disseruit *Ern. Chr. Gu. Weber* in Commentat. de poetarum Romanorum recitationibus. Vimar. 1828. p. 9. et 13. Conf. *Hess.* ad Tacit. Dial. 9. p. 57.

recitare soleo, dignitatis et personae esse nego, candidatorum more Grammaticorum captare suffragia.“ Tecte igitur eos poetas carpit, qui vana fama illecti Grammaticorum scholas vel collegia ambire soliti sunt; conf. 2, 2, 102 sqq. — *Non ego*, de hac formula cf. O. Jahn. ad Pers. 1, 45. *Nobiles* autem, quod verbum extra εἰρωνείαν positum ἀντίφρασιν vv. *gramm. tribuum* efficit, eos significat viros cordatos, quorum amicitia Hor. Sat. 1, 10, 81 sq. gloriatur, in quorumque judicio et istic et hic v. 34. se acquiescere gratus profitetur. Hinc non incommode Schol. Cruq.: „*nobil. script.* meorum Romanorum, Pollionis, Virgilii, Varii“ etc. Ut illos amicos scripta sua recitantes, quod praeter ceteros ab Asinio Pollione factum esse constat, benevole audivit (Epist. 2, 2, 67.), ita illos sua ipsius quoque scripta (Sat. 1, 4, 72) audire coegit, ut eos quasi ulcisceretur; quo quidem verbo humane indicat, se pro melioribus deteriora suis amicis reddidisse. Ita Juv. 1, 1. *Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?* Ex parte Cic. pr. Cluent. 51. (quem locum contulit Orellius) *Crassus tum ita Brutum ultus est, ut illum recitationis suae poeniteret.* Pari elegantia hic *ultor*, qua apud Plin. Epist. 1, 13, 5. *creditor* legitur et eadem sententia 2, 2, 105. coll. vv. 97. 98. *impune legentes**) interpretaberis. Qui ut *Weichertus* (p. 101.) *ultorem* ad obtrectatores referunt, ut Horatius praestantissimorum scriptorum auditorem eorumque ab iniquis reprehensionibus *vindicem* (*Wieland:* „Verfechter“) se dicat, non vident, ad audiendas recitationes neminem arcessitum videri, a quo qui legerent vel criminationes vel vituperationes possent exspectare, neque Horatii, siquidem arrogantiam evitare vellet, fuisse, uti recte observat *Dillenburger*, *nobilium scriptorum* **) injurias et malevolorum iniquitatem ulcisci. Neque probabilis est *Weicherti* altera interpreta-

---

*) Dissentio igitur a Viro quodam docto in Ephemerid. literat. Lips. 1825. N. 180., qui *nobiles* antiquos, bonos intelligit, quos Horatius et audiat et vindicet. „Wer,“ ut ait, „an das Gute, Schöne gewöhnt ist, kann das Gesudel nicht ertragen.“

**) Dictionem *nob. script.* pluribus illustravit *Bentlejus* ad Od. 1, 29, 13. Interpretationis v. *ultor* a nobis initae auctor *Lambinus* videtur esse. Eum sequuntur *Bentlejus*, *Gesner*, *Schmidius* ad 2, 2, 97., *Hockeder*, *Orellius*, *Düntzer*, *Dillenburger* (Progr. Aquisgr. 1841. p. 19), *Weber* (Corp. Poet. lat. ad h. l. et ad 2, 2, 105), *Fr. Jacobsius* V. p. 657. In sententiam autem alteram *J. Merkel:* „Weil ich, nur Zuhörer und Rächer der trefflichen Dichter, An der Grammatiker-Zunft Lehrstuhl nicht bettle um Beifall.“

tio auctoritate Scholiastae Cruq. innixa, qua Horatius amicorum recitationibus et *auditor* et *judex*, censor *) interfuisse dicitur. Ab altera parte loci sententiam plane ii immutant, qui cum variata illa v. *ultor* explicatione particulam negativam ad utramque enuntiationem referunt nomine *nobilium* aut proprie aut ironice accepto. Hanc negationis viam praeter alios ingressi sunt *Chabotius*, *Lubinus*, *Dacerius*, *Baxter*, *Bentlejus*, *Sanadonus*, *Dorighello*, *Wielandius*, *Haberfeldus*, *Bothius* ap. Fe., *J. H. M. Ernestius*, *Doeringius*, *Düntzer* **), qui quidem sic explicat: „Nicht bin ich ein geduldiger Zuhörer und Wiedervergelter grosser Dichter, die sich gegenseitig als erste Lichter des poetischen Himmels preisen; nicht suche ich etc.“ At si sunt, qui *Bentlejo* auctore Horatium sua scripta propter v. 41. et Sat. 1, 4, 73. recitasse negent, eos in suam rem prave illos locos detorsisse dixerim, vide *Grotefendum* de hac re in „Zeitschrift f. d. Alterthumsw.“ 1845. N. 116. p. 926. subtiliter disputantem. — V. 40. *Grammaticas ambire tribus* ex similitudine ab ambitu petita,

---

*) Interpretationem a *Landino* praemunitam, qua Hor. optimorum scriptorum errata notarit et castigarit nullique per adulationem pepercerit, *Desprezius* magis ad rem habet, quod mox addatur: *non ambire pulpita dignor*. De sententia *Marcilii* quoque hic „definitio critici κατ' ἔπαινον est. Criticus *nobiles scriptores* audit et ulciscitur. Et quidem ulciscitur multifariam. — — — — — Peccant qui *ultorem laudatorem* accepere; magis qui pro *ultore actorem* reposuere: maxime qui sic interpretati: Horatium neque auditorem nobilium scriptorum recitantium esse velle, neque mutua eos suorum poematum recitatione ulcisci. Hoccine ut conveniens Horatianae menti? citius aqua flammis.“

**) *Düntzerum*, qui similitudinem apud Ovid. Am. 8, 2, 1. sentit, sequi videtur, quanquam recte distinxit, *Dillenburger* his in editione sua additis verbis: „Nam qui insulsa nobilium ac divitum hominum carmina audit, deinde sua non meliora recitat, is illos quasi ulciscitur; simul igitur est auditor et ultor.“ etc. Aliter *Doeringius* et ipse recte distinguens: „Ego haud dignitatis meae esse puto, ambitiose petere *grammaticorum — tribus* et *pulpita* — —, ut, quum virorum nobilium scripta recitantur, ego adsim et auditor et *ultor*, (defensor, judex, qui injuriam ulciscitur, et, quod rectum atque aequum est, defendit, aut quod in reprehensionem incurrit, reprehendit“). Disputant in hunc fere negativum modum *Jan. Dousa* in Succidan. Append. c. 5. apud Cruq. p. 680., *Schirachius* (Clav. p. 382). De ironico autem usu v. *nobilis* noli dubitare coll. Sat. 2, 3, 243. A. P. 259. Hinc *Sanadonus* praeeunte *Dacerio*: c'est que je me soucie peu d'entendre nos beaux esprits me réciter leurs ouvrages, et de leur lire à mon tour les miens, pour me venger de l'ennui qu'ils m'auroient causé: c'est que je dédaigne de faire ma Cour à un tas de Grammairiens, afin qu'ils donnent vogue à mes poésies dans leurs classes.“

ita ut criticorum sectae, collegia („cliques") XXXV illis tribubus populi Romani comparentur. *Grammatici* autem (A. P. 78) sunt, qui 2, 1, 51. et a Cicerone (Epist. ad Div. 9, 10, 3.) *critici* („Aesthetiker, Kunstrichter") vocantur. Ii explicandis maxime veteribus poetis operam navantes de ipsis fere sententiam ferebant, quo quisque loco ponendus esset; quapropter quam vim in vulgus et plebeculam literatam habuerint et quam non curarit Horatius eorum leve ac parum accuratum de veteribus et recentibus poetis judicium, ex Epistola 2, 1. facile perspicitur. Inde Mart. 10, 21, 5. *sane mea carmina, Sexte, grammaticis placent et sine grammaticis.* Non ipsos autem Grammaticos, sed homines altioris doctrinae laudem, vel potius speciem prae se ferentes et illo nomine tantum salse appellatos intelligi vult *Doeringius*, sed conf. *C. Passov.* N. 13., imprimis *Mansonis* „Vermischte Abhandlungen" p. 65 sqq. 96., *Al. Wittich.* in Progr. Isenac. 1844. de *Grammatistarum* et *Grammaticorum apud Romanos scholis* p. 7 sqq. et quos laudant *Fr. Gotth. Fritschius* in *Commentat. de origine atque indole progymnasmatum rhetoric.* Partic. I. Grimae 1839. p. 8. N. 11. et *A. Baumstark.* in Paulyi „Real-Encyclopädie" III. p. 950 sqq. At eos quoque taxandos censeo, qui ut *Gesnerus* et *Schirachius* viles puerorum ludimagistros coll. 20, 17. hic odorantur. Pravae interpretationis quasi auctores Porphyrion et Auctar. Commentat. vet. apud Cruq. p. 694. sunt, qui „*grammaticas tribus* ipsam discipulorum multitudinem, *pulpita* vero ipsos magistros dici" ajunt. Immo *pulpita* hic quidem grammaticorum cathedrae, e quibus poemata et recitabantur et explicabantur; vid. Rader. ad Mart. 1, 63 (77), 13. *Illic* (in foro) *aera sonant: at circum pulpita nostra Et steriles cathedras basia sola crepant.* Quintil. Inst. 11, 3, 130. *quum in angusto quodam pulpito stans diceret.* Sueton. de Ill. Gr. 4. *repeto quendam Principem nomine — post meridiem remoto pulpito declamare solitum* *). De simili verbi *ambiendi* usu cf. Tacit. Dial. 9. *rogare ultro et ambire cogatur, ut sint qui dignentur ambire.* Qui in illo verbo non studium benevola captandi suffragia virorum eruditorum, sed optatum vident, ut grammatici i. e. ludimagistri Horatianos libros discipulis ediscendos proponere velint, deliramenta pravae opinionis fundunt. Conf. 2, 2, 103.

---

*) *Torrentius pulpita* hic pro auditorio accipere mavult, partem pro toto; sed conf. *Weichert.* l. l. p. 98.

V. 41 sqq. *Hinc illae lacrimae!* Quum Poeta nisi amicis propioribus, *nobilibus* illis *scriptoribus*, scripta sua non recitaret publicaque quasi recitantium auditoria, quae facile libros edendos *) in vulgus commendarent, aut parum aut nihil curaret, fieri non potuit, quin apud populum literatum in suspicionem vel arrogantis vel sibi soli sapientis placentisque incurreret. Vox autem illa Terentiana (Andr. 1, 1, 99.) a Cicerone quoque (pr. Coel. 25.) usurpata in proverbium abiit; conf. Rupert. ad Juv. 1, 168. *Theatra*, quae alias *auditoria* (Plin. Ep. 7, 17, 13. Tacit. Dial. 34. ib. Hess. p. 229) audiunt, ex ea dicendi consuetudine dicuntur, qua hoc verbum quamlibet frequentiam vel spectatorum vel auditorum significat. Ita Cic. de Or. 3, 60, 196. (ib. Ellendt.) *theatra tota reclamant.* Plin. Epist. 3, 18, 9. *olim theatra male musicos canere docuerunt.* Conf. Gierig. ad Ovid. Met. 11, 22. Kühner. ad Cic. Tusc. 1, 44, 106. Ita Plat. Symp. 17. (p. 83. ed. Stallb. et ib. Fr. Jacobs) convivas audientes τὸ θέατρον vocat. Similiter *spectacula* Ovid. Met. 10, 668. de ipsorum spectatorum frequentia. Matthaei ad Chrysost. Homil. II. p. 73. Falluntur igitur, qui *theatra* **) proprie sic dicta hic intelligi malunt. Ad *v. spissis* conf. A. P. 205. *spissa sedilia* et 2, 1, 60. *Roma — arto stipata theatro.* — V. 42. *nugis addere pondus*, i. e. carminibus, rebus nihili, aliquid tribuere videri, non, ut *Bothius* explicat, „plausibus inepti vulgi aliquid tribuere, quum de artibus judicare nesciat," neque fecerim cum *Desprezio* et *Merkelio:* „Werthloses mit wichtiger Miene zu lesen." Cic. ad Qu. Fr. 3, 5. *hominum dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat.* Expressit Pers. 5, 19 sq. (ib. Jahn) *Non equidem hoc studeo, pullatis ut mihi nugis Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.* De interpretatione v. *pondus* mira tradunt Scholiastae ***). Ad v. *nugis* conf. A. P. 322. 451. *nugaeque canorae.*

---

*) De *recitationibus* tanquam librorum vel edendorum vel editorum indicibus et praeconibus dixit imprimis *Manso* l. l. p. 279., quocum cf. *Bernhardyi* „Grundriss der Röm. Litteratur." p. 31. et 105. *C. F. Hermann.* ad Lucian. Quomodo historia conscr. cp. 5. p. 87 sq.

**) In alteram partem errat *Weichertus*, quum in Diss. de Cass. Parm. p. 156. hunc locum cum Od. 2, 1, 9. comparat; sed in lyricorum loco de theatris ipsis agi praeter ceteros erudite docuit V. Cl. *Welcker* in „Griech. Tragoedien" p. 1423 sqq.

***) Acr.: „ille in nugis suis pondus laude accumulare gaudent, quia carmina sua inhoneste laudari cupiunt." Schol. Cruq.: „illi nugis suis pon-

Sat. 1, 9, 2. (ib. Heind.) *Nescio quid meditans nugarum.* Catull. 1, 4. *tu solebas Meas esse aliquid putare nugas.* Mart. 6, 64, 7. *tibi permittis felices carpere nugas.* Hieronym. Epist. ad Pammach. 58. II. p. 81. D. *Non sum tantae felicitatis, quantae plerique hujus temporis tractatores, ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim.* Similia suppeditat annotatio ad 1, 10. coll. Axt. ad Vestrit. Spur. 1, 1. p. 31 sqq. Forbig. ad Virg. Ecl. 1, 10. O. Jahn. ad Pers. 1, 55., quibus adde Mart. 2, 86, 9. 8, 3, 11. 9, 1, 5. 10, 17, 4. 13, 2, 4. 14, 183, 2. et 185, 2.

V. 43. *Rides, ait, et* etc. *Rides* non uti *Lambino* auctore multi: „dissimulatione uteris," sed „ludificaris nos," nostrates: „du spottest," uti Pers. 1, 40. *Rides, ait, et nimis uncis Naribus indulges.* Verbum *ait* de uno aliquo, quem obloquentem nobis fingimus. Veteres interpretes fere „invidum" intelligi jubent, sed vide quae post *Bentlejum* et *Heindorf.* ad Sat. 1, 4, 79. de hac dicendi consuetudine observant *Schmidius* ad h. l. *Schmidt.* ad Juv. 7, 242. p. 213. *O. Jahn.* ad Pers. p. 88. *Hildebrand.* ad Arnob. 1, 9. p. 19. coll. *Haasio* ad Reisig. „Vorlesungg." §. 197. N. 344. — *Jovis auribus ista Servas,* uti Mart. 2, 86, 11 sq. *Scribat carmina circulis Palaemon: Me raris juvat auribus placere.* Quodsi illud *Bothius* „invidiose dictum" dicit, non disputabimus contra, siquidem de hominum illorum sententia Poetam quasi tergiversantem et sua soli Augusto servantem sensit; etenim Jovis appellatio uti maxime honorifica, ita a vili adulatione aliena; ab orientalibus enim regibus jam ad principes occidentales, utpote deos ac parentes fortunae, translata erat; similiter Sat. 2, 6, 52. *Deos quoniam propius attingis.* Prop. 3, 3, 1. *Arma deus Caesar dites meditatur ad Indos.* Ovid. Trist. 1, 1, 81. *Me quoque, quae sensi, fateor Jovis arma timere.* Ferendus igitur *Weichertus* (p. 103.) hic non videtur, quum Horatium ad ejusmodi adulationem non se ipsum abjecisse, sed eam alii pariter atque illo Satirarum loco attribuisse dicit. Non aliis quoque locis ipse talia eloquitur? Quis est tam he-

---

dus laudum accumulari gaudent, qui carmina sua inepta laudari cupiunt." Rectius tamen *Dillenburgero* (Progr. Aquisgr. 1841. p. 19.) sic scribendum videtur: „illi nugis suis pondus laude accumulare gaudent, qui carmina etc." Porphyr.: „pro re magna *vastum pondus* pronuntians: Referent alii, qui nugas pejores facere recitando solent." Aliter apud Hecheder. De poetarum usu v. *ponderis* cf. Wernsdorf. ad Poet. lat. min. IV. p. 247. et Bach. ad Tib. 4, 1, 27.

bes, ut, quid rei sit, non videat? Conf. igitur *Schmid.* ad 2, 1, 15 — 17. *Mitsch.* ad Od. 1, 2, 45 — 48. 12, 49 — 60. 3, 3, 12. et 3, 5, 2. 4, 5, 1. 33 — 36 *). *Weicherto* fere assentitur *Car. Passovius* N. 259., ob eam rem notatus a *Webero* in Jahnii „Archiv" 1843. IX. 2. p. 283.

V. 44. 45. *fidis enim — tibi pulcher.* Ironiam particulae *enim*, qua nostrum „freilich" significatur, recte sensit *Schmidius*, quocum consentiunt *Handius* ad Tursell. II. p. 391. et *Schmidtius* ad Juv. 7, 124 sq. In verbis autem *manare postica mella* frequens est quum orationis, tum carminum cum melle aut nectare comparatio. Ita Pind. Olymp. 6, 21. B. *μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.* Isthm. 5, 2. *κρητῆρα Μοισαίων μελέων Κίρναμεν* etc. Fragm. 163. Ita Erinna *Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάζουσα μελίσσης* (Br. Anal. II. p. 460)

---

*) Morem illius aevi alii quoque sequuntur, vid. quos laudant *Jahn.* ad Ovid. Trist. 1, 1, 20. *Spohn.* ad Virg. Ecl. 1, 42 — 44. p. 64. ed. Wagn. *Heyn.* ad Ge. 1, 42. *Forbig.* ad Ecl. 1, 6. Aen. 1, 290. *Loers.* ad Ovid. Trist. 1, 1, 69. *Hertzberg.* ad Propert. I. p. 29. *Markland.* ad Stat. 5, 2, 170. *Wernsdorf.* ad Salei. Bass. carm. ad Pison. 225. *Garaton.* et *Halm.* ad Cic. pr. Sest. 69, 144. *Wüstem.* ad Theocr. Id. 7, 93. *Fr. Jacobs.* ad Delect. Epigr. gr. 10, 53, 6. et Anth. Gr. II. 2. p. 191. et „Vermischte Schriften" V. p. 359. *Frandsen.* „Maecenas." p. 27. et qui de hac omni re sobrie judicat *W. E. Weber* in libro saepe laudato p. 170 sq. coll. *Grotefend.* in Schneidewini Philol. 1846. I. 1. p. 143 sqq. („Verhältniss des Horaz zum Augustus"). De divino honore apud Virgil. Aen. 1, 286 — 296. Augusto habito disputat *Jahnius* quoque in „NJbb." 1844. XL. 4. p. 459., neque conferre pigebit de quaestione, quid Augustus cultu Apollinis apud suos introducto spectarit, *C. Fr. Hermanni* „Commentat. de loco Apollinis in Carm. Saec." p. 18 sqq. et de statua *Augusti — Apollinis* in Palatino posita *Theod. Bergkium* in „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1846. N. 100. p. 795. Neque a re aliena observatio est, Deorum ac Caesarum nomina saepe conjuncta reperiri ut in illo titulo a Germanico facto Tac. Ann. 2, 22. *ea monimenta Marti et Jovi et Augusto sacravisse.* Sic *Sanctitati Jovis et Augusti* in Inscr. in „Voyage de deux Benedictins" I. p. 305. Sed ut rem altius repetamus, quam supra indicavimus, conf. Cic. Or. pr. Dom. sua 34, 92. *inducis etiam sermonem urbanum ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem*, ubi Clodium loquentem facit; ipsius Ciceronis verba in Epist. ad Qu. Fr. 1, 1, 10. *in istis urbibus cum summo imperio et potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas et in deorum numero collocatas vides* et de Rep. 1, 12. *ut militiae propter eximiam belli gloriam Africanum ut deum coleret Laelius.* De Graecorum proverbio *θεῶν ὠσὶ*, quod huc ut Virg. Ecl. 3, 73. translatum putant, disputare non attinet neque de formula: *diis quam hominibus propiorem esse*, de qua *Ruhnkenius* ad Vell. Paterc. 2, 35. dixit.

dicitur. Lucret. 4, 20. *volui tibi suaveloquenti Carmine Pierio rationem exponere nostram, Et quasi Musaeo dulci contingere melle.* Id. 1, 946. Similia suppeditant Mitsch. ad Od. 4, 2, 27 *). Nitzsch. ad Plat. Ion. p. 33. [IV. p. 187. Bip.] Drak. ad Sil. Ital. 15, 458. Gierig. ad Plin. Epist. 4, 3, 3. Gies. ad Cic. de Divin. 1, 36, 78. Gernh. et Ott. ad Cic. Cat. maj. 10, 31. Forbig. ad Virg. Ecl. 3, 89. Wüstem. ad Theocr. 8, 82. Burm. ad Anth. lat. I. p. 426. *Manare* autem transitive ut A. P. 429. *stillabit rorem.* Juv. 6, 623. *longam manantia labra salivam.* Senec. Agam. 376. *lacrimas — Marmora manant antiqua novas.* Vid. quos laudat Bach. ad Ovid. Met. 6, 312. et de Graecorum verbo *χέειν, ἐχχέειν* Bähr. ad Plutarch. Alcib. 6. p. 92. — V. 45. *tibi pulcher.* Porphyrion: „judicio tuo contentus te ipsum laudas.“ Tangitur igitur non tam opinio, qua nullum sibi parem existimet, ut vult *Desprezius*, quam illa poetarum *φιλαυτία*, qua, ut ait 2, 2, 107. *se venerantur et ultro, Si taceas, laudant quicquid scripsere beati.* Talem poetam respicit A. P. sic de se gloriantem: *ego mira poemata pango.* Sic Catull. 20, 16. de Suffeno: *neque idem unquam Aeque est beatus ac poema cuum scribit: Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.* Mart. 13, 2, 7. de detrectatore: *qui se mirantur, in illos Virus habe.* Vital. Blesens. Get. 20 sq. (ed. Müller). *Quem juvat iste labor, soli sibi scriptitet ille Et sibi pulcher eat et sua solus amet.* Cic. Tusc. 5, 22, 63. *in hoc enim genere nescio quo pacto magis, quam in aliis, suum cuique pulchrum est; adhuc neminem cognovi poetam — qui sibi non optimus videretur* **).

V. 45 — 47. *Ad haec ego — posco.* „Ad talia ***) naribus

---

*) Frequentem in talibus *nectaris* comparationem illustrant Boeckh. ad Pind. II, 2. p. 168. Wüstem. ad Theocr. 7, 82. Pass. et O. Jahn. ad Pers. prol. 14. Hertzb. ad Prop. 4, 1, 59. Barth. ad Nemesian. Ecl. 4, 150. Burm. ad Anth. lat. I. p. 583. Wernsd. ad Licent. carm. ad Augustin. 148. IV. p. 542.

**) Illam *φιλαυτίαν* olim observarunt Plato de Rep. 1, 4. (p. 330 C.) *ὥσπερ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι* etc. et Aristoteles in Eth. 4, 1, 20. *καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί.* Ibid. 9, 7, 3. coll. Erasm. Adagg. 1, 2, 15. Muret. (ad Catull.) Opp. II. p. 751. Ruhnk. Eckst. et Hess. ad Tac. Dial. 3. p. 13. Gierig. ad Plin. Epist. 7, 4, 9.

***) Formulam *ad haec Bentlejus* ad Epod. 9, 17. rectius interpretatur quam ad Sat. 1, 6, 87., ubi vult dici *ob* vel *propter;* quodsi *Handius* (Turscll. I. p. 126) *in his* explicat, rationem supra indicatam sequi malo. Discrepat quoque explicatio vv. *naribus uti;* Porphyr. enim apud Hoched.:

corrugatis derisionem et contemptum significare formidine quadam percellor et, ne hominum irritabilium iracundiam in me concitem, ab iis me abstinere satius duco.“ Haec κατ' εἰρωνείαν dici constat. *Weichertus* autem (p. 103) locutionem *naribus uti*, de qua conf. Heind. ad Sat. 1, 6, 5. Reisig. ad Sat. 1, 3, 29. ap. Wüstem. Pass. et Jahn. ad Pers. 1, 40., ad iram et indignationem, qua commotum se fuisse fingat Poeta istorum dictis quamque expromere vereatur, referri mavult. Mire *Rodellius* ad Proculeji dictum apud Dion. Cass. 53, 24. respici suspicatur. At recte *J. Merkel:* „Mit Hohn zu erwiedern Trage ich Scheu,“ magis ad verbum *Guttmann:* „Ich hüte mich höchlich, die Nase darauf zu rümpfen.“ — In verbis *acuto ne secer ungui* imago illa *Schmidio* a gladiatoribus coll. 2, 2, 97., *Orellio* ab athletis potius petita videtur. Atque haud scio an omnino rixantium iracundia describatur, qua qui inter se luctantur, si vincere nequeunt, *acutis unguibus* utuntur. Quicquid est, Horatius istorum Grammaticorum furorem a veteribus poetis celebratum extimescit, propter quem Καλλιμάχου πρόσωπες sive Ζηνοδότου σχύλακες audierunt, uti commode observat *Weichertus* coll. Fr. Jacobs. ad Anth. Gr. II, 2. p. 123 = Delect. Epigr. 6, 82. p. 211. — V. 47. *Displicet* *) *iste locus*, i. e. locus recitationum (Sat. 1, 4, 76.), quem recte intelligit uterque Scholiasta, additque *Orellius* improbante *Düntzero:* „probe enim praevideo fore, ut clanculum postea in me et in mea invehantur obtrectatores mei.“ Minus recte *Haberfeldus* aliique rem, de qua litigetur et *Xylander* locum, in quo tum sit cum altero colloquens sentiunt, ac fortasse in hanc sen-

---

„sannis vituperantium“; Acr.: „illius ad verba vereor libere et urbane tendere (lege ex Schol. Cruq. „respondere“), ne eum ad iracundiam provocem.“ Ad hunc prope accedit *Doeringius* in ed. min., quam explicat: „in medium proferre, quod odoramur, pro vulgari: dicere, quod sentimus.“ Rursus *Hecheder*, qui recte vituperat *Vossii* interpretationem utpote nimia diligentia factam „die Nase kräuseln,“ intelligi mavult: „Haec in malam partem accipere non audeo.“ Perperam autem *Landinus*, quocum quodammodo facit *D. Heinsius*, *Ad haec — locus* pro ipsis Poetae verbis in adversarios jactis habet: „Ad haec respondeo, non idcirco non recitare, quia putem mea scripta Jovis auribus servanda, sed quia timeo *uti naribus*, i. e. acutiori judicio“ etc. *Desbillons* ad Fab. Aesop. 8, 30. p. 253. comparat Plaut. Epid. 1, 1, 3. *oculis uteris.*

*) Qui *ille locus* scripserunt, non observarunt v. 43. *ista servas*, 10, 8. *simul ista reliqui*, 14, 23. *angulus iste* et plura alia, de quibus dixit *Heindorfius* ad Sat. 1, 2, 73.

tentiam i. e. praesentia publicae arenae intellecta interpretati sunt *Dacerius*, *Sanadonus*, *Campenon*, quorum hic: „Je m'écrie que ce champ de bataille ne me convient pas *).“ — *et diludia posco.* „Gewährt mir doch noch eine Frist!“ Sic recte *Dünzer*; similiter *Gutmann*: „und fleh demüthigst um Frist nur.“ *C. Passov.*: „und fordere Rasttag;“ *Merkel* et *Voss*: „Aufschub.“ Schol. Cruq. „spatium emendandi carmina et intermissionem ac dilationem ludorum exposco. Diludia autem dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum **), quibus pugnatur.“ Sic et Porphyrion aliique (Turneb. Adv. 22, 5.) „intermissionem vel dilationem ludorum“ intelligunt. Quum jocose Poeta molesto recitandi officio se subtrahere fingat, non probatur neque *Bondii* explicatio, qua praeeunte Scholiasta Cruq. „spatium emendandi carmina exposcitur,“ neque *Lipsii* (Saturn. 1, 19.) sententia, qua *diludia* esse suspicantur, quam medii ludi (i. e. scenici) alio genere spectaculi interrumpantur et quasi diffindantur, cujus rei testes praeter alios 2, 1, 185 — 86. citat. *Torrentius* verbum illud ad omnes ludos spectasse arbitratur, maxime tamen gymnicos, ut certantes respirarent. Sed et in scenicis vitandam fuisse satietatem spectatorum, unde et *exodia* orta essent interpositis Atellanis, ut apud Graecos olim Satyris. Qui cum *Salmasio deludia* scribunt, ut cessatio a ludo vel ludi καταλύσις significetur, non debebant linguae lege moniti cum *Sanadono* et *Dorighellone* tempus quietis intelligere, quod concessum fuisse hic dicit gladiatoribus, antequam in campum, arenam descendissent lusuri, ita ut ille verteret: „Je me contente de leur dire que je tremble à la vue du champ de bataille, et que je demande du tems avant que de m'y exposer.“

V. 48. 49. *Ludus enim — funebre bellum.* Sententiarum ordo: „Si cum talibus hominibus commercium habere me nolle dixi, metuo equidem, ne me cum iis congredientem risus et jocus in mala seria

*) Non improbabiliter *Hoeheder*: „in gladiatorischer Sprache, an die man durch das *luctantis* und *diludia* erinnert wird, könnte man es als ein *loco cedere* fassen. — *clamo* drückt sowohl die Grösse der Sehnsucht nach Frieden, als der Verlegenheit aus.“

**) Discrepat paululum Acro: „*diludia* dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur, ut intra *dies quinque* pugnent.“ Sed quum *Gu. Canterus* (Nov. lectt. 6, 4. ap. Grut. III. p. 644) in antiquo exemplo Acronis invenisset: „— intra dies munerum, quibus pugnant,“ ab imperitis e *quibus* factum *quinque* esse non male opinatus est.

ducant." Similiter contraria *ludus* et *seria* Sat. 1, 1, 27. A. P. 226. atque *nugae* et *seria* 451. ponuntur. Apparet autem, quanta tractet levitate homines illos deteriore luto factos. Sed locum planum fecit salebrosum et asperum dissensio interpretum. Alii enim *ludum* auctore Scholiasta Cruq., cui ille „concio" est, pro loco recitationum habent, unde Poeta sibi rixam et bellum metuat, alii, ut *Bothius*, jocum istum intelligunt Eridis deae, quo malum illud in concionem deorum conjecerit, alii altercationes vel leves et ludicras impolitorum hominum pugnas, alii, ut *Lubinus*, similitudinem inferunt hacce sententia: „uti in pugilum congressibus *ludus**) contentionem gignit, contentio — — —, ita poetarum contentio gignit trepidum certamen" etc. De sententiarum gradatione novum somnium habet *Dacerius*: „Horace, par cette gradation, veut sans doute se moquer de ces méchans Poëtes, qui employoient ridiculement les figures dont ils se servoient." Sed non incommode addit, Poetae animo locum quendam Epicharmi obversatum esse videri. Is legitur apud Athenae. 2, 1. p. 36. D. (= 2, 3. p. 137. Schwgh.) *ἐκ μὲν θυσίας θοίνη — — Ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο.* B. *Χάριεν, ὡς γέ μοι δοκεῖ.* A. *Ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία* [*συανία*]. *Ἐκ δὲ θυανίας δίκη* [*γένετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη,*] *Ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία.* Similia vide apud Hoched., quibuscum comparari possunt Cic. de Fin. 1, 18, 44. Virg. Aen. 8, 700 sqq. Juv. 1, 165 — 170. Singula explanavit *Schmidius***), quem confer.

---

*) In nostram sententiam elegantissimus *Duru*: „Car on commence par des jeux; Bientôt on se met en colère, L'inimitié vient d'entre deux, Et l'on se trouve en pleine guerre." *J. Merkel*: „Was als Spiel anfängt, regt hastige Kämpfe und Zorn auf." *Gutmann*: „Denn es erzeuget der Scherz den hitzigen Streit" etc. Signa praetulerunt *Vossius* et *C. Passovius*. Aliena immiscuit *Scheller*: „Zitternden Eifer und Zorn regt auf ein dichtrisches Wettspiel." *Düntzero ludus* videtur „das Einlassen auf die Sache." Dignus *Doeringius* quoque est, qui a nobis non nihil discedens et eleganter de toto loco ad v. 45. disputans hic conferatur.

**) Is *genuit* aoristice i. e. „gignere solet" interpretatur. Diximus de illa re ad 2, 48. p. 121. coll. Schmid. et Orell. ad 2, 2, 171. Heinr. ad Juv. 10, 7. Loers. ad Ovid. Trist. 3, 4, 25. Jahn. ad Virg. Ge. 1, 287. De *ira* i. e. furore eorum, qui vel pugnant vel pugnaturi sunt, Mitsch. ad Od. 4, 15, 19. Broukh. et Huschk. ad Tib. 1, 3, 47.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA XX.

AD LIBRUM SUUM.

Vertumnum Janumque, liber, spectare videris,
Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.
Odisti clavis et grata sigilla pudico,
Paucis ostendi gemis et communia laudas,
Non ita nutritus. Fuge, quo descendere gestis. 5

Ad libr. suum [*loquitur*. Lips. 3.]. ms. Lips. 2. al. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. *Ad librum*. Ms. Mon. 1. al. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. 98. Loch. 498. *Qu. Hor. Fl. libro suo s.* Edd. Ven. 477. 79. 81. — V. 1. *Vertunnum*. Ms. Pulm. 7. Edd. vett. Ald. 501. (non 19., neque Junt. 514. 19.) Lamb. Min. *Pertunnum*. Ed. Zar. *Vortumnum*. Cod. Mentel. Ed. Cuningh. — *sectare* Ms. Fe. 5, f. *spectare vetaris*. Ed. Praedic. — V. 2. *sociorum*. Mon. f. — *in pumice*. Ms. Gott. 1. et notatum teste Fea ex ms. in ora ed. Ald. 509. in Bibl. Barb. *punice* m. Gu. 2. 3. — *pum. nudus*. Mss. Fe. 1, a. 2, d. cod. Mentel. et aliq. Parisin. ap. Hauthal. ad Pers. 1. p. 8. (Lips. 1833.). *pum. purus*. Ms. Fe. 1, d. — V. 3. *pudicis*. Mss. Fe. 1, d. 2, i.

V. 4. *gemis* emisso *et* Ms. Mon. g. — *laudes*. Ms. Ik. 1. — V. 5. *descendere*. Mss. et aliorum et nostri fere omnes. Edd. Ven. 477. 78. (teste Bentl.) 79. 81. Britann. 520. Baxt. Bentl. (qui def.), quem sequuntur plerique; def. Fea, al. *discendere*. Ed. Zar. ap. Gesn. *discedere*. Mss. plurim. ap. Lamb. Alt. ap. Haberf. Fe. 2, g. Rudolst. et ut vid. Corbei. Edd. quas laudat Fea, etiam Lips. 492. 98. 502. Loch. 498.

Non erit emisso reditus tibi. „Quid miser egi?“
„Quid volui?“ dices, ubi quis te laeserit; et scis
In breve te cogi, quum plenus languet amator.
Quodsi non odio peccantis desipit augur,
Carus eris Romae, donec te deserat aetas;

Argent. 515. Ascens. 519. Glar. Lamb. quem sequuntur fere omnes usque ad Baxter., def. Dac. et receperunt e recentt. Jon. Valart. Camp. De commutatis vv. *disc.* et *desc.* cf. Fe. ad A. P. 387. Cort. ad Lucan. 1, 335. 10, 418. Oudend. ad Appul. Met. XI. p. 790. interpp. ad Val. Flacc. 4, 645. — *gliscis.* Ms. Orell. d. — V. 6. *qui miser egi.* Cod. Mentel.

V. 7. *disces.* Ms. Guelf. 2. — *ubi quis.* Mss. Lamb. ut vid. omn. Pulm. 4. Comb. B. F. G. Bad. 1. Alt. ap. Haberf. Fe. 1, e. g. i. k. q. r. t. 2, f. g. i. 3, d. 5, e. Pott. aliq. Orell. d., e nostr. Gu. omn. Gott. 1. 2. Lips. 1. Mon. a. c. e. g. i. l. m. Rudolst. Dorv. 1. 2. Corbei. [*qui.* Goth. — ut Ik. 4, 5.] Edd. vulg. usque ad Bentl., def. Haberf. Fe. et Schmid. — *quid te* Schol. Cruq. in lemmate, mss. Pulm. 1. 2. 3. 7. 10. Bersm. quatt. Bentl. fere omn. Oberl. ut vid. duo. Comb. C. D. Fe. reliq. Ik. ut vid. 1. 6. Pott. 1. 2. 3. 6. 7. 10. 14. Orell. bSc. Berol. 1. Dess. 2. 3. Lips. 2. 3. Mon. b. d. f. Morell. [*quod* cod. Mentel.] Edd. Bentl. anonym. Traj. ad Rhen. 713. San. Merv. Sandb. Gesn. Franc. Bask. Dorigh. Sivr. Oberl. Comb. Bipont. Wakef. Bad. Wetz. Zeun. Praedic. Hunt. Jack. Both. Pott. Meinek. et, teste Fea, Bod. *ubi te quid* Ed. Cuuingh. — *qui te deserit.* Mss. Ik. 4. 5.

V. 8. *cogi te.* Ms. Fe. 5, e. — *quum plenus.* Sic cum aliis aliorum mss. Gu. omn. Berol. 1. Dess. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. a. b. c. d. e. f. g. Vict. Morell. Rudolst. cod. Ment. et Acro in lemmate. Edd. usque ad Bentl. et post eum praeter al. Jen. Sandb. Val. Praedic. Pott. Jahn. Zell. Schm. Hocked. Web. Pass. Meinek. Braunh. Orell. Dillenb. Süpfl. *plenus quum.* Ms. Bentl. 15, b. Comb. B. D. F. (?) Bad. 1. (?) Fe. 5, f. Dess. 2. Mon. i. l. m. Edd. Bentl. (qui def.) anonym. Traj. ad Rhen. 713. Merv. Phil. Franc. Bask. Gesn. Sivr. Dorigh. Oberl. Comb. Bipont. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Hunt. Zeun. Both. Fe. Ik. Camp. Doer. Charp. Amar. Contra hunc quem putant elegantiorem ordinem recte disputat Jahn., cf. Fe. ad A. P. 260. *languet plenus.* Ms. Bersm. un. *languit.* Ik. 4. — V. 9. *Quo si.* Ms. Bad. 1. — *dissipit.* Fe. 1, t. *dissidet* cum schol. „vel *desipit.*“ Mon. e. *despicit.* Fe. 6, c. Morell. *decipit.* Ik. 4. 6.

V. 10. *deserat.* Mss. Lamb. et Pulm. ut vid. omn. Bersm. duo. Oberl. et Comb. et Pott. et Ik. ut vid. omn. Val. aliq. Fe. pleriq. Orell. bod. Berol. 1. (a 2. m.) Dess. 2. 3. Dorv. 1. Corbei. Gott. 1. 2. Gu. 2. 3. Lips. 1. (suprscr. i) 2. 3. Mon. a. b. c. g. i. l. cod. Mentel. et schol. Cruq. in lemmate. Edd. Ven. 481. 92. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Britannic. 520. Asc. Glar. Lamb. Pulm. Fabr. Steph. Torr. quos sequuntur praeter al. complures Talb. Dac. Maitt. Gesn. Oberl. Comb. Bip. Bad. Wakef. Hunt. Zeun. Wetz. Fe. Ik. Camp. Pott. Both.

Contrectatus ubi manibus sordescere volgi
Coeperis, aut tineas pasces taciturnus inertis,
Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus, ut ille,
Qui male parentem in rupis protrusit asellum

Jahn. Zell. Hoched. (qui def.) Web. Meinek. Charp. Amar. Orell. (qui def.) Dillenb. Süpfl., tuetur Bach. in Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1834. p. 1046. *deserit*. Cruq. ut vid. omn. Bersm. duo. Gesn. 3. Val. sex. Fe. 1, b. r. 6, c. Berol. 1. (a 1. m.) Dorv. 2. Goth. Gu. 4. Mon. d. e. f. Morell. Rudolst. Edd. vett. ap. Fe. et Schm. etiam Ven. 477. Loch. 498. Lips. 492. 98. 502. Cruq. Bentl. (indicta causa) Haberf. Schm. (qui def.) Doer. (ed. min.) Pass. Braunh., comprobat Dünzer p. 532. *deseret*. Mss. Bersm. duo. Val. quat. Fe. 1, i. k. s. 5, f. Orell. s. Gu. 1. Mon. m. Edd. Med. 477. Bersm. Chab. Cun. San. Merv. Jon. Sandb. Franc. Bask. Val. Sivr. Dorigh. Bodon. Doering (ed. maj.) — *deserat ἄνθος*. Ed. Praedicov.

V. 11. *Contractatus*. Mss. Gesn. 1. 3. Ik. 4. Dorv. 2. Gu. 3. 4. [*contractus ut tu*. Gu. 1. *sed tractatus*, Mon. e. *contractus verbi mon.* Mon. g.] Lips. 1. 3. Ed. Zar. ap. Gesn. et ed. princ. ap. Comb. Ven. 492. Lips. 492. atque haud scio an Junt. 514. Rutgers. *contractus* exhibentes. De utraque forma disputat Benecke ad Justin. 13, 5, 8. *Contristatus*. Ed. Asc. 519. (non in commentar.) — *surdescere*. Ms. Goth. — V. 12. *inertis*. Sic Ik. 1. Orell. c. et ante hoc v. *diuturnus* Gu. 3. — V. 13. *vinctus*. Mss. Lamb. ut vid. omn. Cruq. 1, a — d. aliique. Palm. 1. 2. 3. 4. 7. 10. Torr. omn. excepto un. Talb. et Bentl. omnes. Val. tredec. Oberl. et Comb. de suis taceat. Fe. omn. praeter duo. Ik. 1. 4. 5. Pott. omn. praeter un. Orell. bScd., e nostris Guelf. Gott. Goth. Lips. omn. Mon. except. duob. et ni fallor Morell. Berol. 1. Dess. 2. 3., in quibus mss. *vinct.* et *unctus*. difficulter distinguitur. Edd. Asc. 519. Glar. Lamb. (qui restituit) Irenic. Xyl. Cruq. Min. Piscat. Chab. Biedm. Bersm. Rutgers. Despr. Burm. Tart. Talb. Bentl. (qui vindicat), quem sequuntur plerique, etiam Fea, qui explicat. *unctus*. Cruq. aliq. Val. reliq. Bad. 1. Altd. ap. Haberf. Fe. 1, k. 7, b. Pott. 2. Dorv. 1. 2. (?) Corbei (?) Mon. l. m. Victor. Rudolst. et cod. Mentel. Edd. vett. si exceperis ed. 476. ap. Maitt. omn. etiam Lps. 502. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Argent. 515. Britannic. 520. Bas. 527. 80. Palm. Fabr. H. Steph. Torr. (sed probat *vinct.*) D. Heins. Lubin. Schrevel. de Maroll. Fab. Rodell. Zurck. Dac. (qui def.) Bad. Wetz. (qui def.), probant J. M. Mattius in Triga opusc. p. 178. et N. Heinsius (teste Bentl.) non improbat Hoched. ad 2, 1, 269. *victus*. Mss. Cruq. aliq. (qui explicat) Torr. un. Ik. 6. Ed. Valart. indicta causa. De commutatis vv. *vinctus* et *vict.* cf. Drakenb. ad Liv. 5, 44, 7. — *Ilardum*. Mss. Fe. 1, g. 2, i. *Hilerdam*. 2, g. 6, c. *Ilerdae*. Ik. 6. *Hyl.*, *Ylerd.* pauci e nostris.

V. 14. *Rediit*. Ms. Mon. l. Edd. Ven. 483. 86. *Ridebit monitor, non exaud. ut ille, qui* etc. Sic distingui jubet Rosellus apud Dorigh. — V. 15. *in rupem*.

Iratus: quis enim invitum servare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Quum tibi sol tepidus pluris admoverit auris,
Me libertino natum patre et in tenui re
Majores pennas nido extendisse loqueris,
Ut quantum generi demas, virtutibus addas;
Me primis urbis belli placuisse domique;
Corporis exigui, praecanum, solibus aptum,
Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.
Forte meum si quis te percontabitur aevum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembris,

Mss. Bersm. duo. Dess. 2. — *protrusit.* Mss. et aliorum et nostri paucis exceptis, quos deinceps indicabimus. Edd. Lamb. Pulm. Fabr. Min. Chab. H. Steph. Bersm. Bond. Schrev. de Maroll. Fab. Talb. Dac. Tart. Baxt. Bentl. et recentt. paene omnes. *protrudit.* Ms. Cruq. un. Fe. 1, t. g, a. Mon. b. (sed ab ead. m. *protrusit*) *pertruxit.* Ik. 4. *promisit.* Fe. 1, e. *detrusit.* Mss. Fe. aliq. Mon. b. m. Victor. et Rudolst. Edd. vett., etiam Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Lips. 502. Argentor. 515. Asc. 519. Britannic. 520. Bas. 527. 80. Ven. 559. Glar. Irenic. Xyl. Piscat. Cruq. Torr. Biedm. Heins. Rutgers. Rodell. Despr. Zurck. Burm. 699 et 713. Maitt. Val. Sivr. Camp. — *in rupe asp'ra trusit asellum.* Ed. Praedic. — V. 16. *laboret.* Ms. Fe. 5, f.

V. 18. *extremis tunicis.* Ms. Mon. un. (prim.) — *blanda senectus.* Ms. Bersm. un. *bella senect.* Orell. b. et cod. Mentel. — V. 19. *trepidus.* Mss. Fe. 1, p. 2, i. 6, b. Guelf. 2. [eadem varietas ap. Fe. ad Sat. 1, 3, 81.] — *pluris.* Sic ms. Ik. 1. Orell. c. et Lips. 2. Mon. f. — *amoverit.* Ms. Bersm. un. et Victor. *ammoverit.* Sic ms. Goth. — *annos.* Mss. Comb. B. G. Fe. 1, k. (a 1. m.) 2, b. (a 2. m.) Dorv. un. Gott. 1. (sed suprascr. *aures*) Guelf. 4. *ignes.* Gu. 1. *Cum tibi sol tepidus pluris admoverit auras.* Sic versum laudant Priscian. 7, 17, 86. Kr. (p. 270. ed. Bas. 1554.) et Voss. Arist. II. p. 639. Vulg. scripturam ab altera lectione *annos* defendit Fea. — V. 20. *patre natum.* Mss. Fe. 1, e. (a 1. m.) t. 9, a. — V. 21. *pinnas.* Ms. Pulm. 4. Fe. 2, c. Orell. c. Mon. b. f. *plumas.* Orell. d. — *loquaris.* Ms. Bad. 1.

V. 22. *Ut gen. quant. demas.* Ms. Fe. 2, i. *demas generi.* Pulm. 11. Ik. 6. — V. 23. *Me primis.* Mon. l. — *bello.* Mss. Pulm. 1. 11. Oberl. C. (a 2. m.) Fe. 5, f. *bellé.* V. l. in marg. Min. — *domoque.* Ik. 5. — V. 26. *percontab.* Mss. Bersm. quat. Orell. bSc. Dess. Lips. et ut vid. Mon. omn. Goth. Gu. 2. 3. 4. Morell. et cod. Mentel. *perconctabitur.* Gott. 1. *percunt.* Rudolst. *percunctabitur.* Orell. d. Gott. 2. Gu. 1. et ut videtur Dorv. 1. 2. Corbei. Vid. supra 18, 69. 96. — *aevom.* Ed. Cuning. — V. 27. *Me*

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

mater. Ms. Mon. f. — *undenum*. Fe. 2, b. a 1. m. — *sciet* Guelf. 1. — *inplevisse*. Sic ms. Dess. 2. — *Decembris*. Ms. Lips. 3. et Morell. Propter hanc Accusativi formam versum laudat Priscian. 7, 17, 85. p. 349. Kr. (p. 269. ed. Bas.) coll. Voss. Arist. II. p. 639. — V. 27 — 29. post clausulam habet Mon. e. — V. 28. *duxit quo*. Ed. Cuning. *quo dixit*. Ms. Berol. 1. Ed. Doering. ex conjectura, sequitur Meineke. Contra disputavi in Seebod. „Krit. Biblioth." 1825. fasc. 3. p. 286. et in Jahn.: „NJbb. f. Phil. u. Paedag." 1836. XVI, 1. p. 39. De commutatis vv. *dicere* et *ducere* quamquam nemo dubitabit coll. Fea ad Sat. 1, 10, 44. 2, 2, 56. Drak. ad Liv. 38, 43, 1. Bach. ad Tib. 2, 1, 54., tamen scriptura vulg. vernaculae festivitatis neque sollicitanda est. — *Lolius* Ms. Gu. 4. et Lips. 1.

COMMENTARII

IN

HORATII LIB. I. EPISTOLAM VICESIMAM.

Horatius quum volumen Epistolarum emissurus esset, hanc illi tanquam Epilogum addidit Epistolam. Eam non sine festivitate alloquitur tanquam personam *) et quae exeuntem in lucem maneant praedicit. Jocose igitur fingit librum invito quasi auctore in publicum prodire gestientem, cui scriptor ut augur plus incommodi quam commodi vaticinatur. Quanquam si rem ad vivum reseces, nisi jucundam apostrophen non videbis, qua, ut *Gesnerus* observat, sibi blanditur potius et epistolas suas (non *carmina*, quae dicit *Gesner*) in scholas et provincias delatum iri pollicetur quam ut iis metuat. Conf. alia similis argumenti vaticinia Od. 2, 20. 3, 30. Quae *Wielandius*

---

*) De hac personificatione vide *Morgenstern.* de Satirae atque Epistolae Horat. discrimine p. 10. et quae contra *Düntzerum Orellius* disputat. Mire Porphyrio: „Mirum est, hanc locutionem inter epistolas poni, quum neque ad absentem neque ad praesentem hominem scripta sit, nisi quia receptum est et principia et fines in omnibus libris nullius legis formula contineri etc.“ Bene autem addit: „Sane ex his versibus et in principio sequentis libri apparet, Horatium hoc volumen quasi novissimum totius operis habuisse; nam secundum epistolarum coactus adjecit.“ Quae *Weichertus* (Lectt. Venus. p. 74) de hoc poematio singulatim observat, pro explosis haberi possunt.

et *Haberfeldus* de hujus Epistolae fictione sibi persuaserunt, statera auraria ponderare in animo non est, sed potius, utrum Poeta allegoria quadam usus sit, qua Epistolarum volumen cum filio bene ac pudice educato aut cum filia aut cum puero amasio comparaverit nec ne, abnormi quadam sapientia pensare. Allegoriam esse negat *Düntzerus*, ajunt *Schmidius Orelliusque* et recte, modone hic Vir doctissimus rem plus aequo anxisset. Quodsi *Baxteri* explicationem: „carmina sua vulgo prostitui dolet," *Gesnerus* „severe nimis conceptum lemma" et „totam hanc dilogiam," quam ille sensit, „sibi non placere" dicit, tantum abest, ut *Wielandius Gesnero* assentiatur, ut ad *Baxteri* sententiam prope accedat *). Sed ut dicam quod sentio: similitudo illa a puero filio sumpta neque Romanorum stomacho, neque Horatianae ludendi arti adversatur, ut tale quid pro scurrili joco habeas et mimico. Materies enim ridiculorum apud veteres Romanos latior et quasi crassior quam apud politiores hujus aetatis homines erat. Illius rei testimonia nobis videmur ad 13, 9. 19. satis multa attulisse. Sed quod animum inclinat, ut similitudinem a puero filio **) sumptam esse opiner, hoc est, quod poetae sua scripta *natos, viscera* ***), similia seque ipsos *parentes* vocant. Quidni Ho-

*) Is *Gesneri* morositatem sic eludit: „Indessen ist die Dilogie nun einmal im Original, und die Delicatesse, womit die ganze Allegorie nüancirt ist, gleicht dem schönsten Gewande, womit jemals die Grazien einen Lysippus gelehrt haben, die keusche Schönheit der Natur, wie mit einem zarten Nebel zu bekleiden. Desto schlimmer für den, welchen bei einem solchen Anblick *sein Auge ärgert!* Er mag es ausreissen, wenn er will: aber das schöne Werk der Natur und Kunst soll er uns unverhudelt lassen."

**) *Puerum filium* sine dubio sensit Scholiastes Cruq., quum in hunc modum commentaretur: „Hac Epistola alloquitur metaphorice librum suum, quasi rem animatam, puerumque prostituendum, significans eum in publicum quidem velle procedere, se vero prohibere." Eandem sententiam habent *Ascensius, Torrentius, Rappoltus, Zurckius, Schmidius*, alii; contra *puellam* prostitui gestientem διλόγως intelligunt *Wetzel, Zeunius, Wielandius, J. H. M. Ernestius, Fr. Jacobsius* (ad Theocr. 16, 6. ed. Wüstem.) et *Welchertus* in Lectt. Venus. p. 73. A *puero* autem *amasio* similitudine depromptam putat *Morgensternius* in Probabil. critic. expens. p. XXXI., cui nunc assentitur *Fr. Jacobs.* in Zimm. „Zeitschrift f. d. Alterthmsw." 1835. p. 470. sive in Vermischt. Schriften" VIII. p. 122. neque ab hac sententia abhorret *Orellius.*

***) De hac similitudine conf. Ovid. Trist. 1, 7, 20. (ib. Loers.) *viscera nostra;* inde reliquos, quos ediderunt, *fratres* appellant ut Ovid. Trist. 1, 1, 107. *Aspicies illic positos ex ordine fratres* coll. 3, 1, 65. Mart. 12, 3, 6.

ratius imaginem sollemnem expresserit? Huc accedit, quod aetas puerilis alienae vi maxime τῶν παιδομανούντων obnoxia in vulgus credita est, quapropter pueris sine custodibus exire non licuit, vid. Casaub. ad Pers. 5, 30. et Heind. ad Sat. 1, 6, 81. Hinc explicabis anxiam illam rationem, qua Poeta dissimulanter libro suo praecipit, ut domi se contineat. Cetera in promptu sunt. Observa autem poetarum morem, suos vel libros vel singula carmina alloquendi officiique admonendi ut Catull. 35, 2. Ovid. Trist. 1, 1. 3, 7. ex Pont. 4, 5. Stat. Silv. 4, 4. Mart. 1, 4. 2, 1. 3, 2. 4. 5. 4, 91. 7, 97. 8, 1. 72. 9, 100, 5 sqq. 10, 104. 11, 1. 12, 3. Auson. Epist. 16. et Epigr. 39. Exempla posterioris aetatis suppeditat *Burmannus* ad Lotich. l. l. p. 364. Exemplum autem libri Romam missi et suam sortem narrantis habes apud Ovid. Trist. 3, 1.

De tempore scriptae Epistolae, quod, si vv. 27. 28. spectes, ad annum 733. respici multis visum est, infra in Epilogo dicemus. Singulatim Epistolam in patrium sermonem vertit *Doederlinius*, V. Cl., in „Reden und Aufs." p. 293. Frigide Horatium imitatus est *Boileavius Despr.* in Epist. X. p. 176. I. ed. Paris. ann. 7.

V. 1 — 4. „Allocutio libri, qui uti filius (puer) e patria domo in publicum prodire gestit." Qui *librum* dilogôs de uno filio filiave dici opinantur, habent quo singularem numerum tueantur, ut Quintil. Decl. 2, 8. *Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam* etc. Conf. Voss. ad Arist. I. p. 477. et quos ibi laudat Foertsch., quibus nunc adde Heumanni „Handlexic. zum Corp. jur. civ. s. v. p. 311. *Spectandi**) verbum hic notionem vel exspectatio-

---

Propter eandem rem scriptores *parentibus* comparantur ut Ovid. Trist. 1, 1, 45. *si qua est tibi cura parentis.* Id. 1, 7, 35. *Orba parente suo — volumina.* Id. 3, 1, 57. *nostro placata parenti.* Ibid. 3, 1, 66. ex Pont. 4, 5, 29. *Quidque parens vester agam.* Mart. 10, 104, 14. 15. *Secessus pretio paret salubri, Qui pigrum faciant tuum parentem.* Imitatur veteres elegantissimus *Petrus Lotichius* Eleg. 5, 17, 13. ed. Burm. sive 5, 34, 13. ed. Friedem. (suos alloquens elegos): *Saepe pater metuens, cur, inquit, abire paratis? Hospitio fesses qui juvet, ecquis erit?* Huc facit, quod apud Platonem de Rep. 1, 4. (p. 18. Stallb.) poetae sua carmina *uti liberos* amare dicuntur.

*) Mire in hoc verbo ludit Cruquius, quum auguralia significari conjicit et Epistolarum librum hos rerum commutandarum Deos, Vertumnum et Janum, spectare dicit, ut ipsis quasi propitiis feliciter exeat in lucem, cui Horatius tanquam jus omne auspiciorum habens pericula obnuntiet eumque apud se habere studeat. At Poeta hoc unum vult: „videris mihi, liber, ad publica illa loca oculos conjicere ac torquere, ut ibi venalis exponaris Sosiorum biblio-

nis vel desiderii habere recte observat *Torrentius* apteque comparat *Orellius* Italorum *adocchiare*. Eleganter *Doederlein*: „Blickst, mein Buch, so verlangend zum Janus hin und Vertumnus; Möchtest vom Bimstein glatt feil stehn in der Sosier Laden.“ *Vertumnus* autem (Heind. et Wüstem. ad Sat. 2, 7, 14.) ad forum in *vico Tusco* (Heind. et Wüstem. ad Sat. 2, 3, 228) sacellum cum simulacro habuit, in cujus vicinia *Janus* (annot. ad 1, 54. et Wüstem. ad Sat. 2, 3, 18.), erat. Intelligitur autem, nisi fallor, *Janus summus* *) in foro Romano contra *Vertumnum* positus, non *imus*, ut opinatus est *Beier*, *neque Janus Quadrifrons* (Arco di Giano), de quo disputat *Preller* in „Beschreibung Rom's“ Stuttg. u. Tübing. 1845. p. 288., quique longius in Velabro distabat. Ad illum locum praeter alias res vendibiles (Nardini Rom. vet. 5, 5. Wernsd. ad Colum. de Cult. Hort. 308) librariorum tabernae cum pilis vel scriptis postibus fuerunt, nisi cum *Prellero* (Paulyi „Real-Encyclop.“ IV. p. 1040) credere mavis, ipsas tabernas in porticibus fuisse, in quarum postibus indices librorum affigerentur. Vid. interpp. ad Sat. 1, 4, 71. A. P. 373. coll. Scalig. ad Catull. 55, 4. (Castig. p. 51. et 39.) interpp. ad Cic. Phil. 2, 9, 21. Rader. ad Mart. 1, 95 (118), 11. p. 183 **).

V. 2. *Scilicet ut prostes*, ut δηλονότι non sine irrisionis nota, conf. ann. ad 1, 9, 3. et Heind. ad Sat. 2, 5, 87. — *Sosiorum*

---

polarum opera ornatus.“ Ita Mart. 1, 4, 1. *Argiletanas mavis habitare tabernas, Quum tibi — nostra scrinia vacent.*

*) Porphyr., quocum consentit Auctar. Comm. vet. apud Cruq. p. 694.: „*Vertumnus* autem deus est praeses vertendarum rerum, h. e. emendarum ac vendendarum, qui in vico Thurario sacellum habuit. *Janus* quoque similiter vicus est ab Jano gemino sic appellatus, qui in eo arcum habet sibi consecratum. Per quos deos significat loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri venales erant.“ De illius loco conf. *Beier*. ad Cic. de Offic. II. p. 175. *Hertzb.* ad Prop. 4, 2, 5. 6. *Sachsii* „Gesch. u. Beschreibung“ etc. I. p. 297. *Bunsen*. „Beschreibung“ etc. III. p. 47. *Becker*. „Handb. d. Röm. Alterth.“ I. p. 154. *Preller*. „Regionen der Stadt Rom.“ p. 151. 155. [quae *Th. Mommsen* de statua Vertumni in „Archäolog. Zeitung“ 1846. XIII. N. 38. disputarit, me nescire profiteor]; de hujus loco vide *Becker*. l. l. p. 326 sqq. et, qui aliter sentit, *Prellerum* in „N. Jen. Lit. Zeitung“ 1844. p. 492. itemque in Schneidewini Philol. I, 1. p. 100. N. 96. *Bunsen*. III, 1. p. 339 sq. una cum *Hertzbergi* „nova fori Romani et adjacentium locorum adumbratione“ libello *de Dis Romanorum patriis* adjecta.

**) Adde *Beckeri* Gall. I. p. 176 sqq. *Manzoni* „Vermischte Abhandlungen“ p. 280. et *Walckenaer*. I. p. 148. II. p. 137. *C. Passov*. N. 104.

pumice mundus, i. e. omni ornatu perpolitus. Monstrum dicit Acron, quum Poetam „Sosiorum mensam poetica licentia *pumicem* vocasse“ opinatur. Quanquam aspera quaevis vel charta vel membrana, imprimis exterior illa, qua liber obvolvebatur, pumice laevigata est, tamen hic non tam partem membranarum exteriorem, quam solam nescio quo pacto intelligit *Orellius**), quum *frontes* sollerter circumcisas et pumice politas, quas nostrates „den Schnitt“ vocant, intellexerim. Horatiana carmina quidem in charta, non in membranis inscripta fuisse, ad 13, 6 — 8. observasse nobis videmur. Isid. Origg. 6, 12. *Circumcidi libros Siciliae primum inorebuit. Nam initio pumicabantur.* Inde Catull. 1, 1. 2. *Quoi dono lepidum novum libellum Arida modo pumice expolitum?* Id. 22, 6 — 8. Ovid. Trist. 3, 1, 13. *Quod neque eum cedro flavus nec pumice levis.* Mart. 1, 57 (67), 10. (ib. Rader p. 143). *Sed pumicata fronte si quis est nondum, Nec umbilicis cultus et membrana: Meroare tales* etc. Id. 1, 95 (118), 15. *De primo dabit alterove nido Rasum pumice purpuraque cultum Denariis tibi quinque Martialem.* Id. 4, 8 (10), 1. *Dum novus est neque adhuc rasa fronte libellus.* Id. 8, 72, 1. (Rader p. 600) *Nondum muries cultus asperoque Morsu pumicis aridi politus, Artanum properas sequi, libelle.* Pumicem quoque sentit Mart. 3, 2, 8. *frontis gemino decens honore.* Vide *Diss.* ad Tib. 3, 1, 9. *Jahn.* et *Loers.* ad Ovid. Trist. 1, 1, 5. coll. *Ch. Gottl. Schwarz.* de Ornamentis librorum p. 81 sq. 210 sq. *Becker.* ad Gall. I. p. 171. et ad Elegeiam Rom. p. 242 — 244. *O. Jahn.* ad Pers. 3, 10. *Preller.* in „Real-Encyclop.“ IV. p. 1043. De hominibus delicatioribus pumice item tritis**) (Ovid. A. A. 1, 506. Mart. 14, 205) vide *Schmidium* ad h. l. *Sosiorum* autem nomen bibliopolarum est (ut Dori, Tryphonis, Pollii, Aucti, Atrecti, de quibus conf. Rader. ad Mart. 1, 95 (118), 13. 4, 57 (72), 2. 13, 3, 4. Senec. de Benef. 7, 6. A.

---

*) Similiter errat *Walckenaer* II. p. 137.: „On polissait le revers des parchemins sur lesquels les livres étaient écrits avant de les mettre en vente, afin de les rouler plus facilement, et pour qu'ils fussent plus doux à la main de ceux qui s' en servaient.“

**) Dilegiam hic improbat *Hecheler*, non sentit *Düntzer*; contra in verbo *prostandi* praeeunte *Lambino* praeter alios elegantem quam dicunt dilegiam observarunt *Buttmannus* in Commentat. I. p. 28. et *Weichertus* l. l. p. 73., propterea quod in vico Tusco praeter mercatores etiam lenones et meretrices fuerint teste Plauto in Curcul. 4, 1, 21.

Gell. 2, 5. 5, 4.) eorumque fratrum A. P. 345 quoque commemoratorum. *Sosii Seneciones* gens plebeja satis nota, *C. Sosius* cum *Cn. Domitio Ahenobarbo* consul fuit a. u. c. 722. Varr., alios laudat *Baiterus* in Onomast. Tull. III. p. CCXXVIII. Num bibliopolae Horatii e libertino genere fuerint, quod quidem suspicatur *Orellius*, neque affirmare neque negare ausim. Porphyrion: „Sosii illo tempore fratres erant bibliopolae celeberrimi.“ Schol. Cruq. ad lemma *pumice:* „cura et opera Sosiorum, qui fratres fuere *βιβλιοπῶλαι*, i. e. librorum venditores, pumice polientes, concinnantesque libros suos venaleis *).“

V. 3. 4. *Odisti clavis — communia laudas.* Schol. Cruq. „odisti, inquit, clavibus includi et sub sigillo esse, quod pudicis gratum esse consuevit, qui fugiunt conspectum publicum.“ Significat igitur, ut ait *Zurckius*, „*οἰκουρίαν* fidelemque custodiam, qua liberos domi retinebant.“ Quapropter plus nimio pressit verbum *pudico* (de quo cf. Heind. ad Sat. 1, 6, 82) *Fürstenavius* (l. l. p. 16), quum „argumenta in Epodis hic illic tractata eaque non semper pudica“ significari olim opinaretur, et premit nunc, quum mente mutata longiora Epodon claustra videt. De libro ipso respicit Hor. non obsignationem epistolarum **), quasi, ut ait *Cruquius*, noluerit amplius liber consignari et ad certos amicos sub sigillo mitti, sed vel capsulas domesticas clavi obseratas et vinculo quodam, quo commodius circumferri posset, adornatas vel scriniorum sigilla et claves, quae dicuntur, de qua re conf. Schwarz. l. l. p. 232. et Becker. l. p. 191. coll. Schmid. ad 2, 1, 113. Rader. ad Mart. 1, 2 (3), 4. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 1, 106. Hinc simile illud apud Mart. 1, 67, 5. *Secreta quaere carmina et rudes curas, Quas novit unus scrinioque signatas Custodit ipse virginis pater chartas, Quas trita duro non inhorruit mento.* Virginem ipsam comparatam qui illo Martialis loco inducti cum *Rodellio* intelligunt, eos quod inter *vir-*

*) Librarios eosdem fere glutinatores fuisse, ex hoc loco facile concluditur. Vide praeter laudatos supra *Gabr. Peignot.* in „Essai historique et archéologique sur la reliûre des livres et sur l'état de la librairie chez les anciens. Avec planches. Paris 1834. et *Mailtm.* in „Neuest. Weltkunde.“ 1839. IX. p. 160 — 169. „Die Verfertigung der Bücher, der Bücherverkehr und die Kunstgriffe der Buchhändler im alten Rom.“

**) *Hocheder:* „*Sigilla* fasse ich blos, als auf die Beschaffenheit und Verhältnisse der Briefe anspielend: *versiegelt* waren sie vor fremden Augen gesichert, vergl. Tib. 4, 7, 7. A. P. 389.“

ginem filiam et *virginem chartam* interest discrimen fugisse videtur. De uxoribus, concubinis, pueris delicatis domi in custodia saepe retentis in alteram similitudinis partem a *Schmidio Orellio*que religiosius observatam qui plura scire cupiet, ad illos ipsos vel ad *Weichertum* p. 73. delegandus erit. — V. 4. *Paucis ostendi gemis.* Ex hoc loco viri docti recte concluserunt, Horatium Epistolas singulas, antequam liber emissus esset, cum paucis hominibus et sine dubio cum amicis communicasse. Vide quem laudat *Frankius* (p. 72) *Massonum* in „Histoire critique de la république des lettres" V. p. 170. Not. b. — *communia laudas*, i. e. „majore in theatro conspici mavis;" de aliorum sententia: „libertatis amore incitatus in publicum jam prodire vis." *Loca* autem *communia* lupanaria quoque honestius nominata esse observat *Orellius* coll. Senec. Controv. 1, 2. p. 83. Bip. *Meretrix vocata es, in communi loco stetisti; superpositus est cellae tuae titulus, venientes recepisti.*

V. 5 — 7. *Non ita nutritus* *), ut Graecorum οὐχ οὕτως Od. 1, 24, 11. 2, 15, 10. Quum Hor. librum non eo consilio a se altum dicit, ut is publico serviat, haud scio an simulate Epistolas publicae lectioni non scriptas finxerit. Qui vulgarem dicendi rationem (Hand. Tursell. III. p. 490 sq.) auctore *Chabotio* sequuntur, contra ipsius poetae sententiam (19, 39. 40.) dici malunt: „non admodum expolitus et limatus es, ut judicium criticorum cum honore subeas." Quum volenti non fiat injuria, Poeta indignabundus quasi adhortans addit: *fuge, quo* etc., addit tamen quae consideranda sint, i. e. *semel emisso reditum non fore.* Simili sententia atque haud scio an ex Horatio petita Mart. 1, 4, 11. *Aetherias, lascive, cupis volitare per auras: I, fuge; sed poteras tutior esse domi.* At sententiam tam planam nescio quo pacto pravam reddidit Schol. Cruq. hisce verbis: „Devita conspectum hominum, ne redeas deterior." Hallucinatur cum *Lubino* et *Doeringio* (ed. min.) *Hocheder* **) sua

---

*) Recte improbat *Düntzer Orellii* interpretationem: „Tam bene et pudice non ideo te educavi, ut tu tam lascivus evaderes." Ad rem propius accedit *Cruquius*: „Non imbutus a me tam stulta temeritate, ut egredi vulgarique periculose, quam tuto malis apud me et amicos manere."

**) Is nihil agit, quum ante *quo* „locum" vel „descendere in locum" intelligendum ait, *eo* negat. Ante verba quae sequuntur *Non erit*, ne utraque enunciatio discrepet, *nam* intelligi jubet *Lubinus*. In nostra explicatione quid suppleas facile intelligitur. Poetae enim si concitatius loquuntur, talia non curant. Miror autem cum illis interpretibus *Doederlinium* quoque facere,

horum verborum explicatione: „fuge locum, in quem descendere gestis.“ Dicitur *descendere* non „in periculum, in insidias,“ ut *Jani*, neque propter Horatianam in Esquiliis habitationem, ut *Weichertus* et *Walchenaerius* opinantur, sed quia ad forum loco humili situm Romanis circa habitantibus fere descendendum fuit. Ita Cic. de Petit. consul. 1. *Prope quotidie ad Forum tibi descendenti meditatum sit.* Id. ad Attic. 4, 3. *quum sacra via descenderem, insecutus est me cum suis.* Plura dabunt *Bentl.* et *Sohmid.* ad h. l. *Garaton.* ad Cic. pr. Plane. 14. p. 85. ed. Orell. In ipso v. *Weichertus* (p. 74) dilogiam inesse arbitratur, a nullo dum observatam Interprete, quandoquidem ad lupanaria s. fornices i. e. cameratas subter terra cellas descendendum fuerit. coll. *Heindorf.* ad Sat. 1, 2, 34. Judicium penes eos esto, qui in talibus quasi habitant! — V. 6. *Non erit emisso reditus tibi.* Sic de scriptis suis Cic. Epist. ad Div. 7, 33, 2. *si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus.* Plin. Epist. 1, 2, 6. *libelli, quos emisimus.* — *Quid miser egi? Voss*, quem sequantur *C. Passovius*, *Merkel*, alii: „Wehe, was that ich!“ Recte quidem, quanquam impedebat *Hocheder*, qui mavult: „Wo habe ich hingedacht!“ Comparant Terent. Andr. 1, 1, 112. *Quid feci, quid commerui, aut peccavi, pater?* Quum illa verba, tum quae sequuntur: *Quid volui?* pertinent ad verba *dices, ubi quis te laeserit*, i. e. sero sapiens factus. *dices*, ut non sit audiendus *Badius*, de cujus sententia „liber quasi filius dolens a patre renuntiari et abdicari quaerit: *Quid miser egi?* propter quod scilicet mihi reditum vetes, ad quae respondeat Poeta: *Tu dices, quid volui*“ etc. Ceterum v. 7. *quis te laeserit*, non *quid;* illud ad libri personam multo accommodatius recte interpretatur Schol. Cruq.: „postquam aliquis te reprehenderit,“ nove *Düntzer* „te inhumane arripuerit, mit rauhen Händen angepackt.“ In alteram partem laudant Ovid. Her. 5, 104. *nulla reparabilis arte Laesa pudicitia est.* Senec. Controv. 1, 2. p. 89. Bip. *Non est, quod audeas laedere pudicitiam.*

---

vertit enim: „Nicht so zog ich dich auf. Nein, fliehe den Ort, wo du hinstrebst! Lass ich dich fort, nicht kommst du zurück.“ Similiter *Naumann*: „Flieh lieber das Ziel, das du wünschest. Bist du heraus, nie kannst du zurück.“ Usitatis verbis ad nostrum stomachum ita utitur *Wielandus*, ut lectissimis utatur: „Aber, weil du's dann nicht besser haben willst, so geh, wohin so weh dir ist! Die Reue wird dich nur zu bald ergreifen, aber leider! dann zu spät. Einmal hinaus, so“ etc.

V. 8. *et scis, In breve te cogi, quum* etc. i. e. „te, quum lector legendo satiatus languet et te fastidit, convelvi et in capsa vel scrinio loculis reponi, unde forsitan tibi nullus sit reditus.“ Illa igitur dictio opponitur libro *explicito* Mart. 11, 107, 1., qui demptis loris uncisque relaxatis evolutus lectori patet*). Similiter Martialis libro suo vaticinatur fore, ut ne legatur quidem 11, 1, 1 — 4. *Quo tu, quo, liber otiose, tendis — Vadas et redeas inevolutus.* Alii Porphyrione auctore ut *Landinus, Ascensius, Xylander, Bothius* apud Gesn.: „in compendium contrahi“ vel „percurri tantum et obiter perlegi aut ne totum quidem“ coll. Liv. 39, 47, 5.; alii ut *Desprezius:* „in angustum et discrimen redigi; festive, quamquam crassa Minerva, *Dürntzer:* „in angulum abjici et premi, in eine Ecke geworfen und hart bedrängt werden.“ De puero comparant Terent. Heaut. 4, 2, 2. Prop. 4, 1, 128. Additur non sine sensu communi: *quum plenus languet amator.* Hoc autem *plenum* i. e. saturum esse (Ovid. ex Pont. 3, 4, 55.) sic describit Martialis 2, 6, 2 sq. *Lectis vix tibi paginis duabus Spectas ἰσχιατικόν, Severe, Et longas trahis excitationes.* Id. 4, 29, 2. *Lectoremque frequens lassat et implet opus. Languet* non solum auditor lectorque (Quintil. Inst. 9, 3, 27.), verum etiam *amator*, ut Ovid. A. A. 2, 496. *Et si nulla subest aemula, languet amator. De amatore libri* conf. Mart. 7, 97, 10. Qui *Dacerium* secuti, ut *Zeunius, Dorvius*, amatorem ipsum Horatium intelligunt, libro qui in aliorum

*) Nostrae interpretationi a *Lambino, Cruquio, Torrentio, Schwarzio* (l. l. p. 93), aliis comprobatae autor Schol. Cruq. est, qui explicat: „scis te complicari,“ contra *Marcilius* coll. Terent. Heaut. 4, 2, 2. mavult: „cogi in angustias, periculum sc. ἀποδοκιμασίας et ἀδετήσεως.“ *Heckedero*, qui confert 19, 36. nulla pervulgata explicatio probabilis videtur. „Das Praesens,“ inquit, „führt auf einen *allgemeinen* Satz hin, dem *te* widerspricht, und *amator*, so wie der ganze Ton deutet auf eine Diagia, die die Ausleger hier nicht nachgewiesen haben. Vergleichen mag man auch, ob nicht hier von einem βραχέα, συντόμως λέγειν die Rede sei, da ja der Liebhaber, der es satt hat, kurz angebunden ist, und keine weitere Umstände, nicht viel Redens, liebt. Vergl. ad incitas redigi Plaut. Poen. 4, 2, 85. Trin. 2, 4, 186.“ At in Praesenti *scis* haec vis inest: „accidit libro optimo cuique, ut mox, id quod bene novisti, quum ejus quamvis amati satietas lectorem ceperit, in loco suo inclusus teneatur.“ Praedicit igitur scriptor libro suo simile infortunium, a quo liberari satis insipiens paulo ante gestiit. Hoc acumen loci ab interpretibus fere neglectum est. In hanc sententiam *Doederlinius*: „zusammengerollt.“

manibus est, non bonam praedicant sortem, propterea quod ipse amator sive libri auctor plenus *) ac satiatus ejus vel aspectu vel usu interdum langueat eumque fastidiat. Sed explicationem mirificam recte improbarunt *Bentlejus* et *Sanadonus*.

V. 9. 10. *Quodsi — deserat aetas.* Sententia, quam Scholiastae junctis verbis *peccantis augur* paululum immutant, haec est: „Quodsi non plane falsa **) augeror levitate tua offensus, qua mihi bene monenti morem non geris, tu Romae [non Dativus, quem sentit *Hochedor*] placebis, donec novus sis.“ Ita Virg. Aen. 1, 392. *Nuntio — Ni frustra augurium vani docuere parentes.* Ibid. 7, 273. *Si quid veri mens augurat.* Ovid. Met. 12, 18. *veri providus augur.* Ambigue dici *peccantis* hic quoque volunt interpretes coll. Mitsch. ad Od. 1, 33, 9. Wüstem. ad Sat. 1, 2, 63. Pro *aetate* non perperam ἔνθος scripsisset *Praedicovius*, si verbum *aetas* sensu strictiore uti 2, 2, 216. et Ovid. Met. 9, 719. (ib. Bach.) dici didicisset. Vid. Schm. ad h. l. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. 1, 21. p. 158. Seyff. ad Cic. Lael. 10, 33. De amore, quo homines *nova carmina* amplectuntur, *Dacerius* confert Homer. Od. 1, 351 sq. et Pind. Olymp. 9, 48. Huc referunt et Pollionis *nova carmina* ***) apud Virg. Ecl. 3, 86., sed tutius comparabis *gratiam novitatis exuere* apud Plin. Epist. 1, 2, 6.

V. 11 — 13. *Contrectatus — Ilerdam.* „At ubi ab ingenuis lectoribus taedio tui affectis in sordidas plebeculae manus perveneris, aut non lectus tinearum epulae eris aut in provincias migrabis novitate alios lectores allecturus.“ Ad vv. *contrectatus sordescere* conf. Sat. 1, 4, 72. *libellos, Quis manus insudet volgi Hermogenisque Tigelli.* Juv. 7, 226. *quum totus decolor esset Flaccus.* Mart. 11, 1, 7. 8. (ib. Rader.) *Ecquid te satis aestimas beatum, Contingunt tibi si manus minores?* i. e. volgi. Occulta autem a re Venerea ad illum tactum translatio, nam *contrectare* ut *tangere* (Sat. 1, 2, 28.) libidinis vocabulum †) est; quod sensit Schol. Cruq. hisce verbis:

*) Perperam Acron et Scholiasta Cruq.: *plenus* „ebrius ac satiatus lector piger est ad legendum.“

**) *Dorighello*: „Quodsi vere ego praesagio neglectum tui propter odium infaustae tuae petitionis, tu tantisper lectoribus tuis placebis, dum“ etc.

***) De illo Virgiliano loco praeter *Weichertum* de Lucio Var. et Cass. Parm. Vit. et Carm. p. 52 et 149 dixit *Welcker*, Vir summus, in „Griech. Tragoedien“ p. 1422., cui assentior.

†) Exemplis a *Schmidio* allatis: Plaut. Mil. Glor. 4, 2, 61. Suet. Dom.

„servat metaphoram, quasi de scorto loquens.“ — V. 12. *taciturnus**), non „despectui habitus, jam tacentibus de te hominibus,“ sed quatenus liber „sive non lectus sive non recitatus perpetuo tacere fingitur.“ — *tineas pasces inertis* ut Sat. 2, 3, 119. (ib. Heind.) *Blattarum ac tinearum epulae*, sed *inertis* aut propter earum naturam, qua quasi immobiles libris insidunt eosque lente adedunt, aut quia jocose literatis et doctis opponuntur ob eamque rem artium et cognitione et amore destitutae nesciunt, quales res in hisce chartis arrodant ac devorent. Simile contrarium apud Arnob. 2, 39. (ib. Hildebr.) *simulacris inertibus sacrificarent.* In hanc sententiam Sympos. Aenigm. 16. apud Wernsd. VI. p. 492., ubi *tinea* loquens inducitur: *Litera me pavit, nec quid sit litera, novi. In libris vixi, nec, sum studiosior inde.* Alii aliter **). Ceterum Poetam in hac re commemoranda multi scriptores sequuntur ut Ovid. ex Pont. 1, 1, 72. *Conditus ut tineae carpitur ore liber.* Juv. 7, 26. *Aut clude et positos tineae pertunde libellos.* Stat. Silv. 4, 9, 10. *Tu*

---

1. Tac. Ann. 14, 35. adde Plaut. Poen. 5, 5, 32. *Tunc his amator audes esse, Aut contrectare, quod mures homines amant?* Id. Asin. 3, 1, 20. Ovid. Her. 20, 141. *Contrectatque sinus et forsitan oscula jungit.* Maximian. Eleg. 5, 57. *Contrectare manu coepit frigentia membra Meque etiam digitis sollicitare suis.* Apulei. Met. 8, 157. *cunctis tamen mentitae pietatis officiis studium contrectandae mulieris adhibere.* Aurel. Vict. Epit. 5, 5. *utrique sexui genitalia vultu contrectabat.* Senec. Controv. 1, 2. p. 85. Bip. *contrectata os alicujus osculo, alicujus amplexu.* Ibid. p. 87. *Puta enim virginem esse te, sed contrectatam oculis omnium.* Conf. Ruhnk. et Brem. ad Suet. Ner. 26. Beneck. ad Justin. 7, 3, 4. Hildebr. ad Apul. Met. 8, 7. p. 662. et ad Arnob. 5, 26.

*) Illa explicatio, quae apud *Desprezium* legitur, ex Erasmi observatione per se rectissima, *tineas pascere* dici, quae neglecta situ pereant, orta videtur esse.

**) Illam explicationem praeeunte *J. Merkelio*: „Wirst du, traurig verstummt, still nagenden Motten zur Speise,“ comprobat *Orellius*, hanc, qua nihil Horatiano ingenio festive ludenti accommodatius est, proponunt *Doederlinius* (Synonym. IV. p. 211. et in „Reden u. Aufsätzen“ p. 293. „Bist du einmal von der Hand des Pöbels betastet, Gemeingut, Dienst du, im Schrank stumm liegend, den rohesten Motten zur Nahrung“) et *Dillenburger*, neque ab ea abhorrent *Scheller*, qui „unwissende“ vertit aut *Hocheder*, qui conjectat: „die Kunstwerke nicht zu würdigen wissen“ aut *Dünzer*, qui mavult „ungeschickte“ coll. Juv. 3, 206. *Et divina opici rodebant carmina mures.* Notionem dilatant *Doeringius* et *Sokmidius* meus, quorum ille: „quia, praeterquam quod rodunt, nihil agunt, nisi quis malit: artibus infestas,“ hic „inutiles“ dicit coll. Terent. Heaut. 5, 4, 10. Andr. 3, 5, 2. Sic et Passov.: „nutzlose Motten.“

rosum tineis situque putrem Donas. Mart. 11, 1, 13. *Sunt illic duo tresve, qui revolvant Nostrarum tineas ineptiarum.* Id. 6, 60, 7. 13, 1, 2. 14, 37, 2. Auson. Profess. 22, 8. *Exesas tineis opicosque evolvere chartas.* Id. Epigr. 34, 1. *Si tineas cariemque pati te, charta, necesse est.*

V. 13. *Aut fugies Utiocam*, i. e. „ultro commigrabis in Africam provinciam, quum te tui amantes secum ferent" (Mart. 8, 3, 7.) *aut vinct. mitt. Ilerdam*, i. e. „ut merx colligatus a bibliopolis mitteris in Hispaniam." Bibliopola enim libros Romae tum lectissimos, tum jam vilescentes in provincias mittebant eosque loris ut necesse erat (Petron. 102) constrictos. Hinc A. P. 345. *Hic meret aera liber Sosiis; hic et mare transit.* Mart. 7, 88, 1. *Fertur habere meos, si vera est fama, libellos Inter delicias pulchra Vienna suas.* Id. 10, 104, 1. *I nostro comes, i libelle, Flacco Longum per mare.* Id. 11, 3, 1 — 6. 12, 2, 1. 2. 3, 1 — 6. Plin. Epist. 9, 11, 2. *cognovi, venditari Lugduni libellos meos, quibus peregre manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector.* Commode *Schmidius* ob illam rem libro laudem quandam tecte tributam videt; simulanter enim Poeta, ut recte observat *Doeringius*, ad mala refert, quae carminibus laudis causa vaticinatus est Od. 2, 20. 3, 30. 4, 9. At mire variant verborum *vinctus* aut *unctus* interpretationem. *Vinctum* enim intelligunt catenis oneratum uti fugitivum deprehensum et ad dominum remissum. Ita Malch. Ecbas. Captiv. 1118. *Et famuli nequam vincti mittantur Ylerdam.* Aliis, ut *Dillenburgero*, liber *vinctus cum aliis* mercibus („verpackt") mitti videtur; *Talbotio* auctoribus *Lambino* et *Cruquio vinctus* dicitur lino obligatus, uti opistographis*) sive literarum tegumentis fieri solitum sit, *Zurckio* obvolutus mercibus, *Weicherto* (p. 98) opistographis seu mercium involucris adhiberi, a quo non dissentit *Walckenaer* (II. p. 138): „il servira à envelopper les marchandises destinées pour Utique ou Illerda." *Bentlejus* quanquam primus totum locum melius quam priores interpretes interpretatus est, tamen in eo erravit, quod, quum „*fugies* scilicet sponte" recte dixisset, addidit: „*vinctus mitt.* invitus nempe et coactus a bibliopola coll. Sat. 2,

*) *Lambinus:* „significat igitur, homines ex libro suo integumenta literarum facturos." Illa paulo ante *opistographa* vocat, „quia a tergo chartae inscriptae declararint, ad quem mitterentur." Praeiverunt de *literis opistographis* Acron et Porphyrion.

7, 31., ita ut Horatius finxerit, malle librum, si Roma abeundum esset, Africam petere quam Hispaniam.“ At *vinctus* hic jocose libro sponte *fugienti* et, quum libertatem ex scrinii vinculis v. 3. quaesisset, in novam quasi captivitatem incidenti opponitur. Qui *unctus* legunt, verbum vel ad sordes libro illitas, vel ad merces, acromata et unguenta, quae chartis ineptis (2, 1, 269.) amiciri soleant, vel ad mangonicam artem, qua ille a lenone rursus depexus *) et ornatus prodeat, varie referunt. Commemorat autem *Uticam* et *Ilerdam*, utpote urbes rebus ibi gestis insignes et sine dubio latinitate (*Walteri* „Geschichte des Röm. Rechts“ 1, 86, 299. p. 384) **) donatas. In rem comparant Od. 2, 20, 19. *me peritus Discet Iber.*

V. 14 — 16. *Ridebit monitor — laberet.* Hac sive fabula Aesopia sive alia narratiuncula de asino in rupes protruso, i. e. in voraginem praecipitato (Erasm. Adagg. 2, 5, 52) Poeta maligno illo monitoris risu ridicule indicat, qui bene monenti non admittat aures, eum suae pervicaciae poenas dare idque merito, quia volenti non fiat injuria (Digest. XLVII. 10. tit. 10. §. 5.). Sententiam a *Wielandio* facete explanatam obscuravit *Rosellius*, quum sua horum verborum distinctione comparationem „τὸ *non exauditus*, non τὸ *ridebit* spectare“ diceret. *Protrudendi* vim, quacum conf. Ovid. Met. 3, 80. *obstantes proturbat pectore silvas* praeter alios recte tuiti sunt *Fabricius* et *Fea*, quibuscum conferendus est *Hocheder* ad A. P. 462. Sententiam versus 16. simili exemplo comprobat A. P. 467.

---

*) In similitudinem *pueri Orellius* laudat Liv. 25, 2, 9. de uxoribus adulteris in exilium actis, *Schmidius*, qui quidem *filiam* intelligit, Heinecc. Antiq. Rom. Jurispr. ad Instit. 4, 18, 53 — 56. Lenones meretriculas quaestus gratia alio atque alio misisse, observat *Torrentius*.

**) Mire Porphyrion, a quo non multum discrepat Schol. Cruq.: „Ilerda, Hispaniae civitas ac per hoc bellorum civilium causa adhuc illic Romanum exercitum detineri significat.“ Mire *Cruquius* quoque verba *fug. Ilerd.* de „metu civilis tumultus“ dici putat. Similiter *Lambinus* haec ad bellorum civilium calamitatem refert, ut praedicat Horatius, eos casus suo libro imminere, quos complures nobiles et noti Romani propter bella civilia subierint ac pertulerint. Recte improbat hanc sententiam *Torrentius*. Nimis argutatur *Fea* quoque, quum duo genera exilii, verbo „*fugies*“ latam fugam, verbis „*vinct. mitt.*“ relegationem tanquam rei significatam sentit. Assentitur *Hocheder*. Voluntariam et necessariam fugam i. e. vel exilium vel deportationem senserunt *Lambinus* quoque, *Torrentius*, *Piscator*, *Despreaux*, alii, sed suo quisque modo ad librum accommodarunt. Nove *Düntzer*: „die verbrauchten Exemplare schickte man über Meer, wo sie noch Käufer fanden.“

Invitum qui servat, idem facit occidenti, cui voci obloquitur philosophus Seneca de Benef. 2, 14. *pulcherrimum opus est, etiam invito volentesque servare.*

V. 17. 18. *Hoc quoque — balba senectus.* Quum postrema verba verbum *aetas* v. 10. respiciant, sententia est: „Hoc quoque tibi impendet, ut in scholis pueros elementarios docendo consenescas *)." Hoc libri officium, quo „quasi ipse pueros elementa docturus" dicitur, Scholiastae quoque observarunt. Sunt tamen, qui illam προσωποποιΐαν contemnentes „senem, paedagogum aetate jam balbutientem" intelligant, in quo interpretum numero etiam *Weichertum* et *Düntzerum* esse sane miror. Ille quidem haec διλόγως sumenda et scribenti Horatio obversatum esse opinatur suum magistrum, Orbilium illum plagosum et persenem factum coll. Sueton. de Illustr. gr. 9. Quapropter v. *balba senectus* mavult ad vetulos magistros referri, qui *occupare* dicantur librum h. e. in suum usum ante convertere, quam opistographis seu mercium involucris adhibeatur coll. v. 13.?! At *occupat* h. l. ut Od. 3, 27, 54. et Tib. 1, 10, 40. *quam prole parata Occupat in parva pigra senecta casa.* Melius quidem *Düntzer*, qui *occupandi* verbum indicare ait, „dass der Schulmeister das Buch tagtäglich in die Hand nimmt und es zerbraucht." De *balba senectute* nodum in scirpo noli quaerere. Quodsi *Düntzer* Epitheton *balba* ad librum relatum vi destitutum, contra ad hominem mirae festivitatis esse dicit, poetarum morem modumque parum observasse videtur. Recte *Dillenburger* in illo Epitheto **) libri remota tempora sentit. Etsi verba *extremis in vicis* pauperatis denotationem continere recte dicit *Weichertus*, tamen hoc loco Vertumno et Jano, celebrioribus locis opponi negaverim. *Extremi* ***)

*) *Cruquius*: „tibi eventurum est, ut jam balbus senex effectus doceas passim pueros elementa litterarum et in iis sordibus vilescas." *Sanadonus* et *Dorighellus*: „ut balbus jam senex effectus occuperis in docendis pueris elementa in scholis suburbanis." Nos quidem facimus cum *Doeringio*: „haec quoque tibi destinata est sors, ut pueros in extremis vicis elementa docendo consenescas. „Eleganter *Doederlein*: „Auch harrt deiner das Loos, im äussersten Winkel der Vorstadt Knaben die Syntax lehrend ins stammelnde Alter zu treten."

**) De *balba senectute* conf. Hochad. ad h. l. Fr. Jacobs. ad Tib. 2, 5, 94. in „Lat. Blumenlese" p. 121. Doederl. Syn. III. p. 80. et de *senex magistro* Anson. Edyll. 4, 25. Perperam Acr. et Schol. Cruq.: „ut senescas balbutientium meditatione."

***) Sic etiam *Zeuphius*, *Doerius*, *Schmidius*, *Orellius*, *Düntzer*, alii;

dicuntur utpote remotissimi (1, 45. 6, 6.), quia in talibus propter pergularum et domorum modicum pretium viles ludimagistri fere habitarunt; de sententia Porphyrionis „in ultima vicorum parte, ut Terentius *in ultima platea* dicit“ [Phorm. 1, 4, 38.], quam interpretationem et propter consuetudinem dicendi et loci naturam pauperibus grammatistis aeque accommodatam non prorsus improbaverim. Atque haud scio an idem senserint *Rodellius* et *Sanadonus*, quorum ille „in vicorum capitibus,“ hic „à l'extrémité des fauxbourgs“ illas scholas ponit. Librum autem *pueros elementa docentem* volunt esse, ex quo pueri legere vel *prima literarum elementa* (Heind. ad Sat. 1, 1, 26.), *primam literaturam* (Senec. Epist. 88.) discant, vel qui, ut alii opinantur, pueros carminibus a ludimagistris vel dictatis vel praelectis fingat coll. Sat. 1, 10, 75. Epist. 2, 1, 69 — 71. 126. Rader. ad Mart. 8, 3, 15. p. 546. et de Graecis *Bernhardy* „Grundriss der Griech. Litt.“ I. p. 66 sqq., vel qui, secundum alios *), pueros literarum elementa pingere doceat, ubi praeceptores versus ex eo descriptos illis tamquam scripturae exemplar imitandos proponant. Sed praestat prima interpretatio. In hanc

---

contra *Torrentius extremos vicos* dici opinatur „loca, ubi plures vici in trivia aut quadrivia desinant, ibi enim Grammaticorum scholas fuisse, quo plures confluerent.“ Scholas in triviis ut locis maxime frequentatis habitas etiam *Rappoltus* et *Desprezius* intelligunt. Recte autem *Orellius extr. vicos* minus frequentatos, ubi egeni dumtaxat habitarint, dicit. Melioris enim conditionis *literarum ludi in tabernis* circa forum fuisse videntur, vid. Drak. ad Liv. 3, 44, 6., nisi cum *Sanadono* credere mavis, in regionibus clarissimis quibusque insignes scholas exstitisse. De locis scholarum vide *Leop. Roederi* Diss. de scholastica Roman. institutione. Bonn. ad Rhen. 1828. p. 8. coll. *Krause* in Paulyi „Real-Encyclop.“ III. p. 50. Institutio autem puerilis et apud Graecos et apud Romanos paene in propatulo erat, vid. Drak. ad Liv. l. l. Justin. 21, 5, 9. coll. *Becker*. Charikl. I. p. 46 sq. et Chrysost. or. 20. p. 492. R. *οἱ τῶν γραμμάτων διδάσκαλοι μετὰ τῶν παίδων ἐν ταῖς ὁδοῖς κάθηνται* etc. Ceterum sortem illam quum Virgilio, tum Horatio obtigisse testatur Juvenalis 7, 226. coll. Quintil. Inst. 1, 8, 5. 6. Auson. Edyll. 4, 56.

*) Auctorem hujus interpretationis *Lubinum* inveni. Similem usus est *Chr. Gottl. Schwarzius* l. l. p. 69. his usus verbis: „quum vilescere coepissent libri in voluminibus exarati, aliquando invertebantur et ab altera quoque parte conscribebantur. Imprimis vero charta, quae a tergo nondum scripturam susceperat, usui puerorum cedebat, ut in illa scribendo exercerentur. Quem casum Horatius libro suo vaticinatus cecinit: *Hoc quoque — senectus.* h. e. interprete *Porphyrione:* „„nemo te oraabit ac describet, sed aut carie consumeris, aut fient ex te opistographae epistolae.““ [Eodem respexit Mart. 4, 87, 10. 11. Sed Scholiasta explicat versus 11 — 13.

rem egregius est locus apud Hieronym. Algasiae quaest. dec. III. p. 113. B. *Quomodo enim elementa appellantur literae, per quas syllabas ac verba conjungimus et ad tenendam orationem longa meditatione procedimus* etc. Talis *ludimagister* (Mart. 10, 62, 1.), cujus erat tria docere: scribere, legere et calculare (hinc ibid. v. 4. *calculator* et *notarius*), a Suetonio (de Ill. Gr. 4.) *grammatista*, ab Apulejo (Florid. 20) *literator* (coll. Oudend. ad Nep. Fragm. 6, 4. II. p. 354. ed. Bardili.)*), in Anth. lat. 2, 268, 1. (Burm.) *calculo, qui pubem cogat primas discere literulas*, apud Tertull. de Pall. 5. p. 88. *primus informator literarum*, apud Prudent. Perist. 10, 22. *magister literarum*, a Scholiastis ad v. 19. et apud Hieronym. Epist. ad Laet. 7. *librarius et magister* [apud hunc quidem de Aristotele, qui *Philippi filio librariorum vilitate initia tradidisse literarum* dicitur] non semper honoris causa vocatur.

V. 19. *Quum tibi — auris.* Jam pergit Horatius in similitudine libri tanquam vetuli ludimagistri haecce sententia: „quum scholas tuas auctumni tempore coram frequentiore discipulorum corona aperies, iis, utpote ex me legere discentibus, quis ego sim enarrabis.“ Ridicule autem Poeta grammatistae tribuit, quod grammatici facere soliti sunt, i. e. poetarum, quos explicandos sibi sumpserunt, vitas ante enarrare**). Dicitur autem *sol tepidus* illa aëris temperies, quae mense Octobri Romanae regioni rediit, quo quidem tempore ludimagistri scholas, quae per quatuor fere menses cessaverant, aperiebant, vid. ann. ad 16, 16. et laudatam ibi dissertationem *C. F. Hermanni*, Viri summi, de loco Horatii Serm. 1, 6, 74 — 76. p. 29. Ita Mart. 10, 61 (62), 16. (ib. Rader. p. 726.) *Albae leone flammeo calent luces, Tostamque fervens Julius coquit messem. Cir-*

*) Quum de nomine *grammatistae*, tum de officio et munere talium magistrorum disputant *Salmasius* ad Tertull. l. l. p. 464 sq. *Böttiger* in Opusc. et Carm. lat. p. 115. *Roeder* l. l. p. 12. *Krause* ap. Pauly. l. l. p. 47 — 56. *H. Guil. Vent* in Progr. schol. Vimar. 1833. continente „Capita quaedam de antiqua Romanorum educatione et institutione.“ *Alexand. Wittich.* in Progr. Isenac. 1844. „de Grammatistarum et Grammaticorum apud Romanos scholis“ p. 4 sqq.

**) Commode *Cruquius*: „Solent enim doctores ad docilitatem attentionemque suis auditoribus non parvis efferre praeconiis, quem profitentur auctorem a genere, institutione, educatione, virtutibus, studiis, forma corporis, naturae propensione“ etc. De poetarum lectione et explicatione conf. Quintil. Inst. 1, 4, 1 — 6. et 1, 8, 2. 5. sqq. *Roeder* l. l. p. 27 sqq. et *Cramer* in „Geschichte der Erz. u. d. Unterrichts“ I. p. 409. 440 sqq.

rata. loris horridis Scythae pellis, Qua vapulavit Mareyas Celaenaeus, Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum, Cessent et Idus dormiant in Octobres: Aestate pueri si valent, satis discunt. Jam verba *pluris admov. auris* in ceteris omnibus explicationibus *) paene otiosa frequentes indicant pueros, qui post ferias **) illas finitas novo quasi cursui scholastico affluxerunt. De dictione *admovere auris* ad significandos attentos auditores *Schmidius* laudat Terent. Phorm. 5, 6, 29. Cic. de Or. 2, 86, 153. pr. Arch. poet. 8, 5. Ovid. Trist. 3, 7, 25. 4, 10, 49. Sed hic locus quam latam interpretibus dederit campum, in quo eorum acumen excurreret, dici vix potest. A recta via paululum ii deflectunt, qui in similitudine ludimagistri et puerorum elementariorum permanent, sed de tempore vel diei vel anni definiendo ambigunt. A mente autem Poetae longissime ii absunt, qui similitudine illa relicta librum vel recitatorem facinnt vel lectorem. Praeter ceteros delirant Scholiastae ad verbum paene in sua sapientia insaniente consentientes. Sic enim Acron: „secundum morem librariorum et magistrorum loquitur, qui circa quartam vel quintam horam dictata pueris praebere consueverant, quo tempore tractabiliores sunt.“ Facilius tolerantur qui ut *Landinus* „tempus post ortum solis, quo pueri ad senem docendi venerint,“ vel ut *Ascensius* „tempestatem vernam, quae pueros librum audituros adduxerit,“ significari opinantur. Contra *Doeringius* cum *Gesnero* horas pomeridianas intelligit, quibus solis calor mitior esse soleat, et quo tempore parentes vel alii ludos adisse et, quae ibi docerentur pueri, audivisse videantur coll. Sat. 1, 6, 82. Interpreti illi praeiverunt alii complures, qui ad vesperum et sole jam defervescente dictata discipulis tradita esse dicebant ***). Auditores eosque diversis temporibus, i. e. vel hora tertia aut quarta, vel invalescente die vel

*) Explicationem illam jam attigerunt *Zurckius* et *Schmidius*, nunc egregie tuetur *Fossius*, Vir doctissimus mihique amicissimus, cujus expositionem infra in Excursu transscribemus.

**) Feriae messivae et vindemiales in scholis conjunctae judiciarium quoque curam relaxabant, vid. interpp. ad Minuc. Fel. Octavian. 2. p. 10. ed. Ouzel. (Lugd. Batav. 1672); breviores erant feriae scholarum Saturnales et Minervales, de illis conf. Plin. Epist. 8, 7, 1. Mart. 5, (81) 85, 1. 2., de his Schmid. ad Epist. 2, 2, 197. et Rupert. ad Juv. 10, 115.

***) Ludos literarum matutino maxime tempore aperiri solitos esse testantur loci ut Mart. 9, 70, 1 — 4. (ib. Rader. p. 820.) 12, 57, 5. coll. 9, 30, 7. Rupert. ad Juv. 7, 222. Neque negamus, ad lucernas quoque pueros didicisse coll. Schol. ad Juv. 7, 225.

decrescente audientes sentiunt *Lambinus*, *Xylander*, *Piesator*, *Rodellius*, alii. Mire autem *Lubinus* meridiem intelligi vult, quo tempore *sol tepidus* et fervens (?!) homines in auditorio umbram et refrigerium quaerere cogens plurium auditorum aures admoverit. In hanc fere sententiam *Dacerius*: „Comme les Ecoles étoient d'ordinaire dans les lieux bas, dés que le Soleil étoit un peu haut, beaucoup de gens y alloient chercher le frais et entendre en même temps la lecture des Poëtes" etc. Contra disputat *Sanadonus* tempus intelligens aëris *tepidi*, quo literati viri in aedes quasdam privatas vel in bibliothecas vel in publica compita deambulationi apta ad legendos libros nove emissos convenerint. In similem errorem incidit *Jones*, qui, quum Juvenalis *Augusto recitantes menses postas* commemoret, „in porticibus," inquit, „recitabant, ubi vitandi aestus causa populi frequentes aderant." Recitatum vespertino post decima negotia tempore librum intelligit *Jani*. Neque probabilior *Huberfeldi* explicatio est, qua Horatius librum pro advena Romam adveniente habeat, qui hominum curiosorum studium excitet eosque in coronam consistere cogat. Sed res longa et taedii plena est, omnes virorum et ingenio et eruditione insignium recensere sententias, quapropter honoris causa eos, qui hac aetate in his literis habitant, nominabo. *Orellius*, qui Poetae animum a cogitatione scholae hic abhorrere dicit, *solem tepidum* aestatis tempore horam octavam vel nonam sentit, qua homines politiores carmina nuper in lucem emissa animi causa perlegerint saepeque post coenam hora decima eandem lectionem resumpserint coll. Mart. 4, 8, 6. 10, 19, 18. Hos igitur benevolos lectores fingere Poetam ait per domos suas dispersos velut in unum locum congregatos sibi aures praebere. Quae quidem explicatio *Düntzeri**) assensum non tulit, quippe qui recitationem libri post coenam coram politioribus hominibus faciendam recte significari nunc in Addendis p. 306 sq. profitetur. Suae quemque domi post meridiationem sedentem ac legentem *Dillenburger* videt, quanquam etiam

---

*) Ille p. 306.: „Der Dichter, der bisher humoristisch vom Gebrauche des Buches in Schulen und vom Lesen einzelner gesprochen hat, deutet hier an, dass ihm auch wohl die Ehre zu Theil werden wird, in vornehmen gebildeten Kreisen vorgelesen zu werden." De dictione *plur. aur. admovere* recte quidem monet: „Der Ausdruck deutet, wie uns jetzt scheint, zu bestimmt auf das Vorlesen hin, kann nicht wohl auf verschiedene, von einander getrennt gedachte *Leser* bezogen werden;" at errat in eo, quod Poetam non cohaerentia inter se dicentem facit.

de matutino tempore cogitare (Sat. 1, 6, 122.) non dubitat. At quum Horatius mala libro eventura praedixisset, si sibi ipsi constare vellet, neque de libro ab amicis legendo, neque recitando tanquam re honorifica cogitare potuit.

V. 20. 21. *Me libertino — loqueris.* Hoc quidem verbum cave Imperativi significatione dici credas, qui error ex loco male intellecto manavit; etenim *loqueris* non alienum est ab antecedentibus *dices, eris, pasces, fugies*, ut sententia sit: „tum tu, uti magistrorum mos est, meam vitam enarrabis *)." Hinc parum caute *Orellius:* „Tum clare dicito, me revera (!?) patre libertino natum esse." *Loquendi* verbum, nisi est ut Virg. Aen. 1, 731. aut Flor. 4, 10, 7. (ib. Duk.), non sine quadam loquacitatis notione erit. Etenim *senectus est natura loquacior* Cic. Cat. maj. 16, 55, 1. Observandum autem est, quae hic Horatius de suis natalibus vitaeque ratione librum suum in persona ludimagistri enarrantem facit, talia ipsos scriptores libris a se emissis interdum addidisse. Vide *Broukh.* ad Prop. 1, 22, 1. et *Wagner.* ad Virg. Ge. 4, 559. Imitationem grammaticorum, qui scholarum suarum ab enarrandis poetarum legendorum vitis initium fecerint, rectissime sentit *Orellius*, quanquam „infelix operis summa" censendus est. Ad vv. *libertino natum patre* conf. Heind. ad Sat. 1, 6, 46. 79. Mitsch. et Doering. ad Od. 2, 20, 5. 3, 30, 10 — 12. — *in tenui re*, ut, 7, 54. *tenui censu.* Intelligit *paternum et larem et fundum* (2, 2, 50) vel *macrum patris agellum* Sat. 1, 6, 71. Conf. *Visconti* Iconogr. Rom. I. p. 390. et quos de hac omni

*) *Daru:* „Il se peut faire aussi que ton destin t'appelle A vieillir dans l'école où la jeunesse épelle. Là, souviens — toi de dire à tes lecteurs nombreux" etc. *Walckenaer* (II. p. 138): Pourtant si par un destin trop heureux il arrive que quelque vieux maître d'école des faubourgs se serve de l'orgueilleux volume pour montrer à lire aux enfans, alors — quand le soleil moins ardent aura rapproché de toi un plus grand nombre de personnes disposées à te prêter l'oreille, dis — leur que" etc. Imperativo nostrates quoque, ut interpretes *Vossius, Scheller, Günther, C. Passovius, J. Merkel, Doederlinius* utuntur, hic quidem: „Sammelt einmal mehr Hörer um dich ein kühlender Abend, Melde sodann" — — Ad illos accedit *Düntzer.* Quod idem ad enucleanda quae sequuntur addit: „Der Dichter gibt dem Buche sein Bild mit auf den Weg, ganz offen und frei, weil er weiss, dass seine Gönner und Freunde auch gern von ihm und seinen Verhältnissen Etwas wissen möchten," per se quidem verum est, sed Poeta sui ipsius memor praecepti: „sit quidvis simplex duntaxat et unum," illud in aliena i. e. ludimagistri persona suo libro imposita dicit.

re laudant *Strodtmann.* in Progr. schol. Flensb. 1839. p. VIII. *Teuffel* in „Horaz" Tübing. 1843. p. 2 sq. et in *Paulyi* „Real-Encycl. III. p. 1465. *Weber* l. l. p. 4 sq. *Walckenaer* I. p. 5 sqq. Dictio autem *majores pennas nido extendere* (de qua jocose Lucian. Icaromenipp. 10) eum indicat, qui intra fortunam suam non manet, sed majora consequitur. Comparari potest similis apud Sall. Jug. 64, 2. (ib. Cort.) *super fortunam animum gerere.* Verbum *nido* plerique cum v. *extendisse* jungunt, alii ut *Hocheder*, *Orellius* et *Düntzer* *) ad *majores* pertinere ajunt, alii ad utrumque referunt. Illud solum verum est, dicitur enim pro *μείζονας ἢ κατά* etc. ut 17, 40. *onus — parvo corpore majus.* Sat. 2, 3, 310. *Corpore majorem rides — Spiritum et incessum.* Sat. 1, 10, 54. *versus Enni gravitate minores.* Plin. Epist. 7, 27, 2. *offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque*, i. e. *μείζων ἢ κατ' ἄνθρωπον.* Ad sententiam, cujus imaginem contrariam 2, 2, 50. habes, conf. Liv. 25, 37, 2. *Marcius, animi et ingenii aliquanto quam pro fortuna, in qua natus erat, majoris. Herder:* „Mittelglück ist das goldne Glück des Lebens. Breite nicht das Gefieder über's Nest aus!" Ingenuum autem Poetae animum imminuit *Haberfeldus*, quum humilitatem generis ob eam causam commemorari censet, quo major vis laudi virtutum non dissimulatae addatur. Comparari potest illud Biontis, qui „tenebras natalium suorum clara luce discusserat," apud Diog. Laert. 4, 47. *Ταύτηστοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.*

V. 22. 23. *Ut quantum gen. demas, virt. addas.* Eadem verborum contraria sunt apud Pseudo-Sall. de Rep. ord. 1, 5, 8. *Ea vera atque simplex via est, magnitudinem animi in addendo, non demendo rei publicae ostendere.* De omissa particula *tantum* post *quantum* vid. Markl. ad Stat. Silv. 1, 4, 85. Drak. ad Liv. 2, 10, 12. — V. 23. *Me primis* etc. Fere olim jungebant *primis belli domique*, coll. Cic. Tusc. 5, 19, 55., sed recte jungi jubent *Orellius*, *Düntzerus*, *Dillenburgerus belli domique placuisse;* etenim res militaris (Sat. 1, 6, 48. Epist. 2, 2, 47.) in talibus omitti vix poterat **), quanquam sunt qui *relicta parmula* (Od. 2, 7, 9 — 12.

*) Sic interpretes quoque discrepant ut *J. Merkel:* „Sage: Ein Sohn des gefreieten Vaters — Hätte ich über das Nest vorragende Flügel gebreitet." *Doederlein:* „Uiber das Nestchen hinaus liess kühn die Fittige wachsen." *Voss* et *Passov.:* Sprich nur, dass ich — — zuweit über das Nest hab' ausgespannet die Schwingen."

**) Haud absurde utramque constructionem conjungit *Walckenaerius* (II.

ib. Lübk. p. 239 — 44) offendantur. Ejusmodi morosos judices ad *Schmidii*, *Hochederi* ad h. l. annotata vel ad *Fr. Jacobsii* „Vermischt. Schrift." V. p. 326. et ad *Weberum* l. l. p. 39 sqq. ablegabimus. In sententiam vid. Schol. ad Sat. 2, 1, 76. annot. ad Epist. 17, 35. coll. C. Passov. N. 89. 101. Weber. p. 184 sqq. 158 sqq. De v. *primis*, i. e. primoribus, honestissimo loco natis conf. Forbig. ad Virg. Aen. 9, 453. Halm. ad Cic. pr. Sest. 53, 114. Porphyr. ap. Hoched. „Augusto, Maecenati, Pollioni et caeteris."

V. 24. 25. *Corporis — essem.* Jam transit ad descriptionem corporis, quod ab amicis per jocum subinde derisum est. Suet. Vit. Horat. *habitu corporis brevis atque obesus* — et August. ibid. in Epist. *Sed si statura deest, corpusculum non deest* etc. *). Hinc Sat. 2, 3, 308. *longos imitaris, ab imo ad summum totus modulis bipedalis.* Vid. ann. ad 4, 15. 16. 15, 24. coll. *J. Masson.* de *Horat. effigie ex aereo nummismate delineata Horatii Vitae* praemissa, *Visconti* „Iconogr. Rom." I. p. 395 — 98 et tab. XIII. nr. 2. 3. *C. Passov.* Nr. 287. *Düntzer.* II. p. 373. *Walckenaer.* II. p. 578. *Wüstemann.* ad Sat. 1, 1, 120. *Teuffel.* apud Pauly. III. p. 1468. Quod nigri coloris Horatium Virgiliumque fuisse dicit Scholiasta ad Juv. 7, 227., penes ipsum fides esto. Haussisse sua videtur ex Epist. 7, 25. A. P. 37. — *praecanum.* Schol. Cruq. „ante tempus canum," similiter explicat Porphyrion et recte, nam alii „incanum" (Serv. ad Virg. Aen. 6, 810) „valde canum," ut *praegravis, praecelsus*, similia; est ἄπαξ λεγόμενον, cui respondent *festinatae senectutis insignia* apud Plin. Paneg. 4. et *Intempestivi funduntur vertice cani* apud Boeth. de Consol. phil. 1, metr. 1, 11. De hac praepostera canitie conf. ann. ad 7, 26. et Vanderb. ad Od. 2, 11. p. 255., de tempore disputat *Franklius* in Fast. Hor. p. 60. — *solibus aptum.* Porphyr. „solitum jacere sub sole et chroma facere" et Schol. Cruq. „quia senes sole gaudent **)." Intelligitur si non proprie dicta apricatio sive insolatio, ἡλίωσις, ἡλιοσία, at certe amor caloris fugaque frigoris (ann. ad 7, 11). Poetam enim regiones calidas quae-

p. 138.): „Ajoutes (?!) encore que j'ai su plaire à ce qu'il y avait de plus illustre dans Rome et dans les camps, durant la paix, durant la guerre."

*) Hunc locum egregie illustrat *Weichertus* in fasciculo postumo de *Imper. Caes. Aug. script. Reliq.* Grimae 1846. manca manu edito p. 190 sq.

**) Propter hoc scholion mirabiliter conjicit *Cruquius*: „quid si alludat ad Floralia, quibus festis meretrices nudatae vestibus in publico saltabant: unde Persio dicti sunt Sat. 5. *aprici senes.*"

siase (Weber l. l. p. 189), hiberno tempore mari appropinquasse et propter hiemis lenitatem Tarentum laudasse constat. Huc accedit, quod veteres Romani ad valetudinem firmandam uncti in sole ambularunt otiosaque apricatione gavisi sunt. Praecipit Celsus quoque de Medic. 1, 2. *Melior ambulatio est sub divo, quam in porticu: melior, si caput patitur in sole, quam in umbra* etc. — — *Exercitationem recte sequitur modo unctio, vel in sole vel ad ignem* etc. Respicit illam consuetudinem Persius 4, 18. *assiduo curata cuticula sole* et v. 33. *At si unctus cesses et figas in cute solem* coll. 5, 179. et ad hos locos Casaub. et O. Jahn. Juv. 11, 208. (Rupert. et Heinr.) *Nostra bibat vernum curata cuticula solem.* Mart. 10, 12, 7. (ib. Rader.) *I precor et totos avida cute combibe soles.* Auson. Mos. 393. (ib. Wernsd.) *Tempus erit, quum me studiis ignobilis oti Mulcentem curas senique aprica fovente Materias commendet honos.* Cic. ad Attic. 12, 6, 3. *Et pro isto asso sole, quo tu abuseris es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus.* Plin. Epist. 3, 5, 10. *si quid otii, jacebat in sole.* coll. 3, 1, 8. 6, 16, 5. Senec. de Brev. vit. 13. *Persequi singulos longum est, quorum aut latrunculi aut pila aut exercendi in sole corporis cura consumpsere vitam.* Quodsi olim *Torrentius* locum ad Horatianam apricationem retulit, sane mireris, *Doederlinium* meum et in Lectt. Horat. Decad. p. 16. et in translatione „zugänglich der Sonne" calvitium hic indicari sibi persuasisse*). At quum addubitat, possitne *aptus solibus* idem, quod alias *amans solis* significare ac potius *solibus aptum* festive describi opinatur *latum nitidae calvae campum* Mart. 10, 83, 3. coll. Epist. 1, 7, 26., ego quidem festivam sentio descriptionem proclivitatis ad apricandum ut in

*) Propter viri illius doctissimi auctoritatem supra proposui illos locos et addo de hac corporis cura, vel asso vel uncto sole, quae observarunt *Grennius* de Rusticatione Romanorum etc. Comment. c. 6. in Sallengr. Nov. Thes. I. p. 712 sqq. *A. Franc. Gorius* de Libertorum Columbario in Polen. Thes. III. p. 136. coll. Petr. Victor. V. L. 21, 13. Turneb. Adv. 15, 21. Taubm. ad Plaut. Mil. gl. 2, 3, 69. Torr. et Brem. ad Suet. Claud. 10. Elmenh. ad Arnob. I. p. 11. Hildebr. ibid. 1, 9. Graev. et Heusing. ad Cic. de Offic. 1, 36, 4. interpp. ad Cic. Epist. 1, 9, 35. ad or. pr. Quint. 18, 59. de Or. 2, 14, 60. Gernh. ad Cic. Cat. maj. 16, 57. Ruhnk. ad Terent. Ad. 4, 2, 46. Gesn. ad Chrestom. Plin. p. 9. Gierig. ad Plin. Epist. 2, 17, 20. Macrob. Sat. 2, 4. p. 360. (Zeun.) Simile quid fecisse dicitur Monboddo ille, vid. J. A. Schaefer. ad translat. Plin. Epist. 3, 1. p. 144.

simili dictione apud Ovid. Met. 4, 302. (ib. Bach.) *venatibus apta Nympha*, 14, 637. *saltatibus apta juventus*, apud Mart. 12, 68, 3. *amaris litibus aptus*. Num Poeta plurali numero *solibus* vehementem solis calorem (ut Epod. 2, 41. Lucret. 5, 253.) expresserit, quod quidem dicunt *Barth.* ad Stat. Theb. 4, 331., *Ruhnken.* ad Ovid. Her. 5, 112, dubitari potest. Etenim apricatio magis soli leni, quam torrentissimo convenit et sic *solibus hibernis* Ovid. Met. 13, 793. et de verno tempore Juv. 4, 43. *glacies rupta solibus*. Intellige igitur simpliciter vel solis splendorem vel singulos repetitosque radios ut Epod. 16, 13. coll. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 393. — V. 25. *Irasci celerem, tamen* etc. Sic Charit. 8, 1, 1. ἐγὼ καὶ ὀξὺς εἰς ὀργήν. Auson. Ed. 2, 35. *Irasci promptus properavi condere motum*. Irascendi celeritatem saepe significat Hor. ut Od. 1, 16, 22 sqq. 3, 9, 23. 14, 27. Sat. 2, 3, 323. 7, 36. coll. Bentl. ad Sat. 1, 3, 29. Sed commode Cic. ad Attic. 1, 17, 1. *si ita statueris, et irritabiles animos esse optimorum saepe hominum et eosdem placabiles; et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis* etc. Aristot. Eth. 4, 5, 8. Οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται· καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ· παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. Totus autem locus *Orellio* ex eo genere videtur esse, de quo Plutarchus Symp. 2, 1, 12. p. 570. Wytt. (VIII. p. 513. Rsk.) Καὶ τῶν χαριεντῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτούς· ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα καὶ τὴν οἴνου δίψαν· Κρατῖνος δὲ τὴν Ἡνιόχην ἐδίδαξεν.

V. 26 — 28. De *Orellii* sententia „hoc quoque voluit, ut innotesceret posteris, qua aetate fuisset, tum, quum in Epistolis potissimum elaborandis versatus erat.“ Probabilior sane haec quam Porphyrionis explicatio ad lemma *quater undenos* est *): „annos quatuor et quadraginta dicit et simul ostendit et quo mense natus et *quo anno aetatis suae hunc perscripserit*. Haec verba postrema quam aliena sint a Poetae sententia, in Epilogo pluribus dicam. Ceterum natus erat Hor. a. u. 689. coss. *L. Manlio Torquato* et *L.*

*) Sic poetae numeros majores quum aliarum rerum, tum annorum vitae ambage quadam computare solent. Ovid. Met. 2, 497. *ter quinque fere natalibus actis*. Id. 8, 242. 13, 753. Mart. 10, 103, 7. *Quatuor accessit trigesima messibus aestas*. Id. 1, 16, 3. 10, 24, 4. Vestrit. Spur. Od. 1, 16. Cic. Somn. Scip. 2. Alia aliarum rerum exempla collegit *Dillenburger* in Qu. Horat. partic. I. et II. p. 108, quocum conf. *Forbig.* ad Virg. Ge. 1, 284. Aen. 1, 71.

Aurelio Cotta Od. 3, 21, 1. Epod. 13, 6. idque teste Suetonio VI. Idus Decembris *). — V. 27. *Collegam Lepidum — anno.* Hic locus suum intellectum ex Dione Cassio 54, 6. habet. In consulatu enim Lollius *praecedens* post se Lepidum quasi tardiorem quendam *comitem duxit*, quum auctor fuisset consulatus sibi cum Lepido communicandi. Id senserunt *Marcilius* quoque, *Rodellius*, *Dacerius*, *Sanadonius*, *Massonus*, alii complures. Elocutio igitur rei tam accommodata est quam quae maxime. *Ducere* enim saepe idem, quod habere secum in consortio, in comitatu. Hinc supra 17, 52. *comes ductus.* Cic. Tusc. 1, 2, 3. *Cato objecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset.* Id. ad Attic. 4, 11. *Ego mecum praeter Dionysium duxi neminem.* Quintil. Declam. 269. *ne servos quidem quam duos duxi.* Nep. praef. 6. coll. Fabr. ad Liv. 21, 1, 4. Qui *dixit* scripserunt coll. Liv. 7, 24. 37, 47., elocutionem vulgarem **) ingeniosae et facetae praetulisse censendi sunt. Ceterum de duabus horum consulum inscriptionibus vide *Orellium* ad h. l. et nostr. ann. ad Epist. 2. p. 134 sq.

---

*) Ex nostra computandi ratione VIII. m. Decembris die, quod propter *Dacerium*, qui secundo m. Decembris scripsit, monitum volo.

**) Verissime olim *Sanadonus:* „Augustus étant en Sicile en 733 pour passer delà en orient, on lui déféra le consulat, qu'il refusa. Ce refus et son absence donerent ocasion à de grandes briques de la part de Lépidus et de Silanus, qui prétendoient remplir cette place. Auguste les apela en Sicile, les réprimanda, et leur défendit de se trouver à Rome dans le tems de l'élection. Par ce moien Lollius, qui avoit été doné collègue à Auguste, se trouvant maitre de l'élection, il lui fut aisé de faire tomber le choix sur Lépidus. Ce que signifie le verbe *duxit*." Vertit *Doederlein:* „als Lollius sich zum Genossen des Amts den Lepidus wählte;" *J. Merkel:* „als eben der Consul Lollius sich zum Genossen im Amte den Lepidus nachzog."

EPILOGUS.

Horatii liber Epistolarum in publicum emissus post varia discrimina rerum, quae ei scriptor ut augur praedicit, tandem senescit et in hac misera vitae conditione ludimagister fieri cogitur. Is senex pueros elementarios docet et, quum suas scholas aperit, more modoque grammaticorum vitam ejus, per quem discipulos literarum elementa edoceri vult, enarrat. Proponit igitur illis Poetae genus humile quidem, sed virtutibus conspicuum, commemorat, quo pacto is supra fortunam, in qua natus sit, ascenderit summisque urbis viris in quovis vitae statu placuerit, significat corporis animique naturam. Jam si quis, sic addit ex sua persona Horatius, de mea vel aetate quaerat, is sciat, me Lollio et Lepido coss. quadraginta quatuor Decembris peregisse. Jam vides Poetae vitam hilari arte descriptam. Neque quicquam ne natales quidem a suis lectoribus ignorari vult bonus Horatius. Ita fert quum ejus mos, tum Epistolae ratio. Jam si tibi talia animo parumper et cogitatione fingas, ecquis erit, qui ut *Frankius* (p. 74) dicat, „Poetam nihil aliud sibi voluisse, quam ut indicaret, quo aetatis anno librum edidisset*)." Quam sit illa significatio ab hoc loco aliena, satis est diligenter attendentem penitus videre. Ex consulum illorum commemoratione nihil aliud, nisi hoc efficitur, Epistolam et una cum ea Epistolarum volumen post d. VIII. m. Decembris a. u. 733. emissam esse**). Nolo jam eos co-

*) *Frankio*, qui ad istam sententiam, quam obtineri vult, Porphyrionis auctoritate utitur, assentiuntur *Brückner* in „Zimmerm. Zeitschr. f. d. A." 1840. p. 1014., *C. Passovius* in „Berlin. Jbb. f. wiss. Kritik" 1840. N. 89. p. 710., alii. Editionem Epistolarum intra m. Septembr. et VIII. m. Decembr. a. u. 734. factam opinantur *Lachmannus* l. ad Epist. 13. p. 167. l., *Streuber* („Uiber die Chronologie d. Horaz. Dichtungen." Bas. 1843. p. 179. et *Weber* l. l. p. 228.; de sententia *Merkelii* [Quaest. Ovid. critt. p. 26.] haec Epistola aut extremo mense Decembri anni 733. aut eodem a. 734. scripta est. De illo quidem anno ne quis cogitet, suo jure cavet *Lange* in „Berliner Jbb. f. wiss. Krit." 1835. p. 863.

**) Rem attigi in Jahnii „NJbb." etc. 1835. XV, 1. p. 69., persecutus sum ibid. 1843. XXXVII, 4. p. 366.; versibus autem 27. 28. non tam tempus editionis definiri, quam aetatem scriptoris describi, ita ut aliquot annis post

arguere, qui ut *Massonus* hoc ipso anno Epistolam scriptam opinantur. Ii enim in plagas et retia ad expediendum propter complures Epistolas a. u. 734. scriptas difficilia sese induunt, nisi si, ut *Kirchner* et *Fürstenau* *), hanc Epistolam alii libro emisso, ut Epodon, additam sibi persuadent. At pergit *Frankius*, Vir literatissimus, opinione praejudicata armatus concludere (p. 75): „Poetam non solum hanc epistolam anno aetatis *quadragesimo quinto* i. e. mense De-

---

hoc Epistolium scribi potuerit, etiam *Dillenburger* (Zimm. „Zeitschrift" 1840. p. 673) et *Düntzer* (III. p. 66 sqq.) senserunt. Uterque vir doctus, ille in edit. Horat. p. 22., hic l. l. anno 735. vel 736. librum I. Epistolarum emissum putat. Ad illam sententiam, i. e. hoc unum constare, illo loco nisi peractos m. Decembri natales Horatii non commemorari, accessit *Grotefendus* quoque in „Zeitschrift f. d. Alterthmsw." 1845. p. 931. Si *Weichertus* (de Luc. Varii et Cassii Parm. vit. p. 167.) editionem ad initium anni u. c. 738. refert, *Teuffel* („Horaz." Tübing. 1843. p. 24.) ad annum 742. et *Rodellius* ad ann. 744. prorogant, mea quidem sententia illi viri facultate computandi maxime insignes sup jure utuntur.

*) Vid. *Kirchneri*, Viri doctissimi, Quaest. Horat. p. 87, *Fürstenavii* commentat. de Carm. aliq. Hor. Chronologia. Marburg. Hass. 1838. p. 15. et in „Zeitschrift f. d. Alterthmsw." 1846. N. 11. p. 82 — 83., quocum confer *Schillerum* dissentientem ibid. 1841. p. 451. et in „Horatianis." Schwerin. 1844. p. 23. Praeivit quodammodo *Massonus* (Vit. Horat. p. 261), qui Epistola ad ann. 733. relata haecce disputat: „Si vero haec Epistola — — ad priorem Epistolarum librum pertinuerit unaque edita fuerit, tum esset dicendum, illam temporis notam a Poeta hic appositam eo fine non fuisse, ut ea designaret annum, quo hunc emisit librum ipsamque Epistolam; alias enim idem complectitur, quae certissime aliquot post hunc annis conscriptae fuerunt. Forte adeoque, ut nonnulli censent, ista Epistola ad aliud Horatii volumen spectaverit, quod hoc tempore, vel proxime subsequente, publici juris fecerit." Iisdem anni 733. finibus Epistolam et Epistolarum librum terminat *Walckenaer* et ita, ut illum posthac decem Epistolis auctum (II. p. 231. et 344) prodisse opinetur. In eadem repetitae editionis sententia *Ludovicus* quoque *Bauer* („Auswahl Römischer Satyren u. Epigramme." Stuttg. 1841. p. 31) est, qui praeter alia haec observat: „Man möchte vermuthen, Horaz habe in zweiter Ausgabe diese Briefe von späterem Datum eingeschaltet, das Schlussstück aber wegen seines passenden Inhalts da gelassen, wo es früher gestanden hatte etc." *Kirchnero* olim assensus est *Orellius*, sed in editione II. mutavit mentem et hanc Epistolam ad ann. 734. retulit, quo duae aliae re vera sint compositae. Illum autem numerum indicatum esse dicit, quia commode ac venuste versiculis exprimi potuerit. Quae quidem ratio vereor ut cuiquam probetur. Probabiliorem supra nobis attulisse videmur. Annum u. c. 734. praeter alios sentiunt *Morgenstern.* (de Sat. atque Epistol. Horat. Discr. p. 2.) et *Strodtmann* in Progr. schol. Flensburg. 1839. p. XIX.

cembr. ann. u. c. 733. aut anno 734. sed ante diem VI. Id. Decembr., quo quadragesimum sextum auspicabatur, scripsisse, sed totum etiam volumen pervulgasse.“ Quodsi totum Epistolarum volumen cum hac Epistola, de qua omnis institutus est sermo, evulgatum ajo, editionem brevi illo temporis confinio factam hic re vera significari praefracte nego. At si quis me percontetur, qua mente Horatius Lollii et Lepidi consulum mentionem fecerit, habeo, quid respondeam. Voluit enim Poeta regulam quasi in manus lectorum tradere, qua scriptoris natales et vitam exinde peractam ipsi metirentur. Scribenti autem commode se obtulit Lollii, viri Poetae amicissimi, consulatus turbis ambientium maxime insignis et propter id ipsum hominibus cujusque ordinis notissimus. Et quis est, qui nesciat, quam prompto animo Horatius data quavis occasione utatur, amicorum et fautorum memoriam recolendi eorumque nomina nobilitandi atque in omne aevum prorogandi? Lectorum autem Romanorum nihil sane interfuit scire, utrum Epistola primo, an secundo, an tertio post illum consulatum anno scripta diceretur. Neque nos hujus rei ignorationem profiteri et prae nobis ferre pudet ac pudebit.

H. Ed. Fossii, Viri Cl., *Excurs.* ad Horat. epist. I, 20, 19 sqq.

De hoc loco iudicari recte non potest, nisi simul de totius epistolae argumento disputetur. Alloquitur Horatius librum quasi puerum domi nutritum et severe adhuc custoditum, iam vero evolandi e domo et in publicum prodeundi cupidum. De filio an de servo poeta cogitarit, quoniam id ipse noluit accurate significare, ut iam Düntzerus intellexit, non anxie quaerendum, neque enim allegoriam scripsit, sed nihil nisi animam libro attribuit personamque facit. Ita enim omnia exprimit, ut, quamquam hominis ei partes tribuit et loquentem, gementem, docentem eum inducit, appareat tamen, eum alloqui librum, non hominem. Multo minus igitur de dilogia a Bentero indagata cogitandum, quam prorsus indignam Horatio esse judico qui profecto non tam humiliter de libro suo sensit, ut cum scorto eum compararet. Invitus quidem, at dimittit tamen Horatius librum (v. 5), sed, tanquam augur (v. 9), fortunam ei miseram, qua usurus sit, praedicit, significans hac ratione, se, quamquam librum in vulgus emittat, tamen non tam vanum esse, ut omnibus illum Romanis ac semper placiturum esse speret. Jam usque ad versum 18 aperta quidem omnia et clara sunt, minus tamen manifestum, altera epistolae pars (a v. 18 usque ad fin.) quo modo cum priore cohaereat. Et Düntzerus quidem Horatium inde a v. 19 ad amicos et fautores se convertere putat, ita ut duabus ille epistolae partibus significet, se vulgo quidem rudi atque impolito displiciturum, contra hominibus elegantioribus et ingenio doctrinaque praestantibus placiturum. Neque tamen haec Düntzeri sententia mihi probatur. Primum enim ne uno quidem verbo significat Horatius, his quidem versibus se de amicis et fautoribus, antea de vulgo hominum loqui, deinde vero ne

poterat quidem hic de illis agere, quoniam antea iam iis librum ostenderat. Neque enim alii sunt *pauci* (v. 4), quibus ostendi gemit liber, nisi amici et fautores, quorum plausu ille haud amplius contentus erat. Deniqne si sperabat Horatius, se ingeniosorum nobiliumque virorum assensum et approbationem assequuturum esse eamque sortem libro praedixit, profecto non adeo misera haec erat, neque licebat ei, tam invitum se fingere, dum dimitteret illum. Nam quae tandem solet esse vel praestantissimorum librorum fortuna, nisi haec ipsa, ut vulgo displiceant, ingeniosis viris placeant. Hac ipsa de caussa ne Orellio quidem assentior, qui haec de multo maiorum lectorum, quos se inventurum esse poeta sperarit, numero dicta putat eosque lectores paullo post *benevolos* vocat. Omnino autem plura mihi obstare videntur, quominus illa verba ad *lectores* sive benevolos illos sive malevolos referamus. Sententia eorum tum sine dubio haec est: „quum plures lectores inveneris, de me ipso iis nonnulla narrabis.“ Sic autem cum proxime antecedentibus, quibus de ludis agitur literariis, quum nullo prorsus vinculo cohaereant, non possunt nisi cum superioribus illis (v. 5): *fuge, quo descendere gestis*, coniungi, ita ut hoc totius epistolae argumentum sit: „quamquam invitus te dimitto, quum misera te fortuna maneat, abi tamen. Ne vero lectores fugiat, quis sit, qui te scripserit, enarra iis, qualis fuerim.“ Haec sententia, quamquam minime inepta est, mihi tamen ab Horatio aliena videtur esse, propterea quod tam abrupte verba *Quum tibi sol tepidus plures admoverit aures* antecedentibus apposita sint neque, quo pertineant, significetur. Deinde etiam *loqueris* tum imperativi significationem habet, quum antecedentia futura (*dices, eris, pasces, fugies*) aliter sint usurpata. Denique verba ipsa, ad lectores relata, difficillima sunt neque aptos explicatus habent. Dubium primum est, quod tempus significetur verbis *sol tepidus*. Et plerique quidem explicant illa *vesperascente die*, at solebant Romani mane legere atque etiam mane sol tepidus est. Quod quamquam minime ignorabant editores, ad vesperam tamen ea de caussa confugiebant, quia verba *plures admoverit aures* ad recitationem, cui plures interessent auditores, referenda esse putabant. Hoc tamen minime opus est, nam quum librum poeta animantem esse fingat et loquentem faciat, fingere etiam debebat, lectores eum non percurrere oculis, sed audire. Itaque quum verba *sol tepidus* et matutinum et vespertinum diei tempus significent et quotidie, quoties sol tepidus est, liber invenire possit lectores, intelligitur, Horatium ei praecipere,

ut quotidie, *quoties* lectores invenerit, de se narret. At quis non videt, hanc sententiam ineptam prorsus et tanto poeta indignam esse, quum liber, nisi lectores invenerit, ne possit quidem quicquam narrare. Alia difficultas in verbo *plures* posita est, quod, siquidem de lectoribus agitur, otiosum plane et ieiunum est. Nam quum comparativus esse non possit, quoniam non alius numerus adest, quocum lectorum numerus comparetur, positum sine dubio est pro *complures*. Quid igitur? tum tantummodo liber de Horatio narrabit, quum complures lectores invenerit? quum unus vel duo aures praebebunt, tacebit? An, si quis fortasse ad recitationem confugere velit, tum tandummodo narrabit, quum coram pluribus recitabitur? quum ab uno legetur, non item? Quis tandem eiusmodi ineptias Horatio obtrudat! Is si voluisset libro praecipere, ut etiam de se nonnulla lectoribus narraret, nunquam profecto a sententia tam otiosa et inani exorsus esset, sed indicasset caussam, cur id vellet. Quae quum ita sint, manifestum est, verba, de quibus agimus, non ad lectores referenda, sed cum antecedentibus accurate coniungenda atque de schola accipienda esse. Horatius ita libro suo praedicit fortunam, ut tres eius quasi gradus futuros esse auguretur. Primum, inquit, quamdiu tibi flos erit iuventutis, placebis Romanis (— v. 10), quum defloruerit aetas, neglectus iacebis et in provincias ablegaberis (— v. 16), senex denique pueros docebis et, ut solent ludimagistri, vitam meam enarrabis (— fin.). Sic omnia apte inter se cohaerere, facile intelligitur. Reliquum tamen est, ut quaeramus, *quando* enarraturus liber sit vitam Horatii h. e. quomodo versus 19 explicandus sit. Jam sponte apparet, non quotidie id fieri potuisse, itaque verba *sol tepidus* neque ad vespertinum neque ad matutinum diei tempus, sed potius, ut iam Schmidius significavit, ad anni tempestatem eam, qua sol tepidus est simulque plures quam antea pueri scholas frequentare solent h. e. ad auctumnum referenda esse. Per aestatem etiam hodie scholae inferiores, praesertim ruri, quum liberi propter agrestia negotia domi retineantur, minus frequentes, quam per hiemem sunt. Apud Romanos propter aestivos calores multi non obibant scholas, nam, ut Martialis (ap. Schmid.) dicit: *aestate pueri si valent, satis discunt*. Ab idibus Octobribus pueri frequentes aderant et novum quasi discendi cursum ingrediebantur, tum igitur etiam ludimagister, cuius partes iam ad librum transferuntur, apte a poetae, cuius carmina explicaturus erat, vita exordiebatur. Manifestum est autem, Horatium hac occasione usum esse, ut de se suaque vita nonnulla inse-

reret. Ex his, quae modo disputavimus, intelligitur, *occupet — balba senectus* significare *consenescas*, neque vero *senectutem* esse *ludimagistrum vetulum*. Nam quum *docentem* antecedat, apparet, ludimagistri partes ad librum transferri eamque ob causam hunc non posse a ludimagistro occupari.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

THIS BOOK IS DUE ON THE LAST DATE STAMPED BELOW

AN INITIAL FINE OF 25 CENTS
WILL BE ASSESSED FOR FAILURE TO RETURN THIS BOOK ON THE DATE DUE. THE PENALTY WILL INCREASE TO 50 CENTS ON THE FOURTH DAY AND TO $1.00 ON THE SEVENTH DAY OVERDUE.

MAY 22 1936
MAR 5 1947
JAN 4 1966 64
REC'D LD
JAN 21 '66 -12 AM
SEP 21
JUN 20

LD 21-100m-7,'38

YC 55189

U. C. BERKELEY LIBRARIES

C045997181